tū euāgelicū. ⁊ terra ve. testa. Et hoc est qđ intendit dicere dō in hoc vñu. vnde ait. Ego ponā totaꝫ spem ⁊ fidē meā in salutari. i. in saluatore meo iesu cū venerit in carnē. Et fiducialiter. i. cū cōfidentia agā in eo. i. oia opa facā sm̄ p̄cepta ⁊ sm̄ legē suaꝫ euāgelicā: eo qđ talia p̄cepta sūt eloq̄a dñi. i. a deo plata. Et sunt eloq̄a casta ⁊ verissima absq; mēdacio: q: docēt ocīn vītatē ⁊ vtutē ⁊ phibēt oē vitiū ⁊ mendaciū. Est sunt eloq̄a adulterina ⁊ adulatoria sicut eloquia oratorū ⁊ poetaꝝ tartūi magicaꝝ ⁊ sicut superstitiōes gentiliū que ptinent ad mēdacium. Item eloquia xp̄i euāgelica sunt argentū igne spūssancti examinatū ⁊ ꝓbatū. Et terre. i. ex terra purgatū ⁊ purificatū septuplū. per xp̄m ⁊ p apl'os ⁊ doctores. Put dcm̄ est. Et etiā purgatū ⁊ purificatū septuplū ⁊ septies per illa septē principia ⁊ p decē regulas in plogo tractatu. iij. p̄missas sine q̄ bus perfecte ⁊ integre nō pōt intelligi scripturave. te. nec ex ea argentū euangelicū extorqueri vt dictū est ibi. ⁊ ly septuplū ponitur p multipliciter ideterminate q: multis modis ⁊ exemplis ⁊ multi⁹ doctrinis ⁊ per multos doctores lex euangelica fuit examinata ꝓbata ⁊ purgata ⁊ elucidata. q. d. concludendo qđ postq̄ lex euāgelica est ita vera ⁊ pfecta ideo finaliter agam ⁊ viuam in ea ⁊ opabor ꝫ eius p̄cepta. Deinde cum dicitur.

ij. q. vij. c. testes §. xp̄o.

Tu dñe seruabis nos: ⁊ custodies nos a generatione hac in eternum.

¶ Petit ⁊ resumit qđ in p̄ncipio incepit peteꝫ. s. liberari ꝙ xp̄m ab oi mendacio ⁊ detestabili superstitiōe gētiliū ⁊ gñatiōe magoꝝ ⁊ micromāticoꝝ zoroastroꝝ sp̄erū ⁊ a prava gñatione prauoꝝ iudeoꝝ cauſidicoꝝ ⁊ a fermēto ⁊ falsa doctria ⁊ malicia scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ de quib⁹ dictū est in p̄ma pte de quibus miseriaꝫ ⁊ afflictionib⁹ ⁊ dolis ⁊ decepti onib⁹ nemo poterat mundū liberare nisi solꝰ iesus messias in lege p̄missus. Ideo ait ppheta. tu dñe iesu xp̄e qui venturus es in carnē: saluabis ⁊ custodies: ⁊ liberabis nos in eternū ab hac prava ⁊ detestabili gñatione magoꝝ superstitiosoꝝ malefi coꝝ ⁊ deceptoꝝ ⁊ de miserabili seruitute demonū. ⁊ a prava ⁊ falsa doctrina: ⁊ fermento scribarū ⁊ phariseoꝝ. qui negauerūt xp̄m ⁊ eius legē euāgelicā ⁊ falsificauerunt scripturas legis ⁊ ppheta rū: in quib⁹ xp̄s p̄mittitur et figuratur. Et subdit.

xxiij. q. iij. c. hec tricus. et c. qđ aūt

In circuitu impij ambulant: scōm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

¶ Oēs isti iph ambulant nō recte p viā veritatis sed in circuitu p deuia mēdacia: vt decipiant simplices ī strātes viā veritatis. vñ p̄mo ambulāt ī circuitu oēs magi ⁊ micromātici deuiātes a p̄ma vītate qui est deꝰ: ⁊ q̄rentes auxilia a spiritib⁹ immundis ⁊ mēdacib⁹: q: dyabolus ab initio in veritate non stetit. Et ideo mendax est ⁊ pater ⁊ dux oīs mēdacij: ⁊ semp ambulat in circuitu: quomodo decipiat hoīem: ⁊ facit ipm deuiare a via veritatis ⁊ rectitudinis: ⁊ per cōsequēs oēs eius sequaces ambulant per eundem circuitum extra centrum veritatis. Secō in circuitu ambulāt omēs sacerdotes gen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tilīū qui cū suis sup̄stitionib⁹ ꝓpter lucrū decipiebat populū. Tertio i circuitu ambulabāt oēs pocte ⁊ adulatores ⁊ passionari rex gestarū scriptores qui ad demulcēdas aures audiētiū multa mendacia scripserūt. Et sic in eodē circuitu ambulāt oēs qui legūt ⁊ erunt ꝯps legēdo eorū scripta. Item in circuitu ambulāt oēs sarraceni ⁊ infideles ⁊ hereticī cū sua dolosa ⁊ impura ⁊ execrabili doctrina. Itē in circuitu ambulant oēs falsi iudices ⁊ causidici qui cupiditate lucri falso tobliquo modo iterpretando leges detinēt simplices pl̄ares ⁊ pauperes ⁊ viduas in longo litigio: vsq; quo destruūt ⁊ expoliant eos. Item in circuitu ambulāt impij ⁊ ceci iudei extra, centrū veritatis euangelice: qui vt defendant p̄teritatē ⁊ obstinationē suā: ⁊ falso glosant sacram scripturā veteris te. retrahentes eā a vero sensu spūali: cōfingentes enormia ⁊ execrabilia ⁊ irridēda mendacia: de messia quē frustra ⁊ falso expectant: vt p⁹ per totū discursum thalmud. ⁊ in glosis eorū. de quib⁹ oibus dicit ꝓpheta: tu dñe iesu xp̄e scrutabis ⁊ custodies nos in eternū ab hac gnatiōe impioꝝ qm̄ oēs isti impij ambulant in circuitu p deuia mēdacia ex cētro veritatis euāgelice doctrine. Mā euāgelica doctrina est cētrū ⁊ mēsura oīs veritatis: eo ꝙ est tradita a xp̄o: qui est ꝓma veritas simpl'r. Et sic iudei moderni vsq; adve sperā mundi vt canes circuibūt ciuitatē euāgelicā non valētes intrare sanctuariū veritatis euāgelice psal. lxiij. Ex supradictis ꝑz ꝙliter xp̄s qui est prima veritas reparauit oēs veritates que fuerāt diminute a filijs hoim. Unde sicut sol p suos radios pellit oēs tenebras illuminat totū hemisperiū: ita xp̄s sol iusticie p radios legis euāgelice fugauit ⁊ extinxit nō solū tenebras pctōꝝ ⁊ ignorātie: sed ēt fugauit oia mēdacia, ⁊ sup̄stitiones ⁊ execrabiles ritus gētilū: ⁊ fermētū phariseoꝝ. ¶ Deinde cum dicit. Scōm multitudinem tuā multiplicasti filios hoiz. Rndet cuidā tacite qōni quā faciebat porphirius ꝛ xp̄ianos: ⁊ q̄ nūc ꝓtinue fit p curiosos. Vñ dicūt ꝙ si ita est ꝙ magici ⁊ necromātici ⁊ syderuz obseruatores ⁊ oēs superstitiosi ⁊ gētiles ⁊ sarraceni ⁊ iudei moderni oēs ambulāt i circuitu p deuia mendacia extra centrū veritatis: ⁊ꝙ soli xp̄iani boni ambulāt in via rectitudis ⁊ veritatis per legem euāgelicā. q̄ ꝛre deus ꝓmisit multiplicari p mūdū supradictos infideles in tā magno numero: q: sem p fuerūt ⁊ sunt in mūdo plēs infideles q̄ fideles. Itē si xp̄s solus erat liberaturus mūdū ab hmōi infidelitate ⁊ petō: q̄ ꝛre distulit tm̄ aduētū suuz: itē si soli xp̄iani ambulāt p viā rectā. q̄ ꝛre deus ꝓmisit multiplicari iudeos ⁊ sarracenos ⁊ hēricos ⁊ oēs alios infideles: cū sint in maiori numero q̄ xp̄iani. Et sic apparet ꝙ paucos saluauit xp̄s: q: plēs sūt dānati q̄ saluati. Ad hoc rndet ꝓpheta ꝙ nemo pt hoc archanū cōprehēdere in hac vita q: hoc pinet ad solā altitudinē ⁊ pfunditatē sapie ⁊ scie dei: iō dicit dō o dñe. Memo q̄rat solutionē huj⁹ qōnis in hoc mūdo: qm̄ tu multiplicasti. i. multiplicari ꝓmisisti filios hoim. s. carnales ⁊ terrenos ⁊ infideles: ꝛz altitudinē tuā. i. sm̄ pfundū ⁊ altū secretū ⁊ archa

Quare dō infideles p mūsit multiplicari

mū sapie tue inaccessibilis ⁊ incōprehēsibilis: dicat ergo xp̄iana humilitas. O altitudo diuiciaꝝ sapie ⁊ scie dei ⁊c. Littera ꝺo Hieronymi bz in circuitu i pti ambulāt cū exaltati fuerint vilissimi, filioꝝ hominū. Et tunc est sensus ꝙ ipsi mali ⁊ peruersi homines nō exaltarēt nec multiplicār diuitias nec acquirūt dignitates ambulādo p viā iusticie: sed i circuitu extra iusticiā. i. per rapinā ⁊ dolum ⁊ cū adulatiōib⁹ ⁊ ceteris illicitis. ¶ Ex toto ergo isto psal. ⁊ dictis in eo pñt recolligi. xij. cōclusiones.

¶ Prima ꝙ ille dicitur verus qui adequat ⁊ confirmat ⁊ subhcit, intellectū suū credibilib⁹ in lege domini reuelatis: siue ille qui cōformat prime veritati que est deus: que quidē prima veritas manifestatur in lege domini. i. Scda

¶ Secūda: ꝙ ille est vere iustus. qui cōformat voluntatem suā diuine voluntati ⁊ adequat operationes suas diuinis preceptis. ij. Scda.

¶ Tertia cōclusio: ꝙ ille est vere sctūs: qui recte ordinat vitam suam viuendo fm̄ legem dñi per fidem ⁊ spem ⁊ charitatem. iij. Scda

¶ Quarta: ꝙ q̄ adā peccauit: ⁊ defecit a toeuiauit a prima veritate ⁊ iusticia ⁊ sanctitate in quib⁹ constiebat originalis iusticia in qua fuit creatus. ⁊ per ꝙsequēs diminuta fuit in eo veritas ⁊ iusticia. iiij. Scda

¶ Quinta: ꝙ postq̄ adā peccauit: cōtinue ⁊ successiue fuerūt diminute veritates a filijs hoium vsq; ad xp̄m ⁊ per ꝺns diminute fuerūt iusticie ⁊ sctitates: q: postq̄ hoies pdiderūt fidē: ceperūt incidere in detestabiles ritus ⁊ superstitiōes ⁊ falsas opiniones ⁊ prauos mores in populo gentili. v. Scda.

¶ Sexta: ꝙ nō solū in pplo gētili fuerit diminute vitates ⁊ iusticie: ꝛz ēt in pplo iudaico. p̄ glas erat ditiōes scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. ⁊ multo magis p falsam fictionē ⁊ fermētū thalmudistarū. vj. Scda.

¶ Septima: ꝙ solus xp̄s in suo aduentu delcuit ⁊ eliminauit falsas sup̄stitiones gētilitū detexit fermentū phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ ⁊ restaurauit veritatē deperditā ⁊ verificauit legē ⁊ ꝓphetas. ⁊ hoc p radios lucidos legis euangelice. vij. Scda

¶ Octaua: ꝙ lex euāgelica est casta ⁊ inuiolata ⁊ septuplū igne sp̄ūsancti examinata ⁊ purgata. ciō in sola ipsa est viuendū ⁊ fm̄ ipsam operandum ⁊ in sola ipsa est spes ⁊ fiducia ponenda. viij. Scda.

¶ Nona: ꝙ solus xp̄s custodiuit ⁊ liberauit mundum a prava generatione idolatraꝝ ⁊ paganoꝝ ⁊ iudeoꝝ ⁊ infidelium. ix. Scda.

¶ Decima. ꝙ sicut fol̄ catholici ābulāt p viā, rectitudinis ⁊ veritatis ⁊ iusticie. ita oēs impij ⁊ infideles ambulant i circuitu extra viā ⁊ cētrū veritat⁊ x. Scda.

¶ Undecima: ꝙ hoc archanū. s. quare deus ꝓmittit ipios ⁊ infideles ⁊ petōres multiplicari: est soli deo cognitū fm̄ altitudinē sue sapientie. xj. Scda.

B ¶ Ex supradictis infert. xij. cōclusio. s. ꝙ iste ps nō est factus nec cōmode ꝙ debite pōt exponi ſaliter de pdimento ciuiū ceyle machinato ꝛ dō: sed est factus ⁊ est exponendus de diminutione ⁊ corruptione humane nature facta in adam ꝓpter peccatū que erat per soliū xp̄m restauranda. p gratiam ⁊ per legē euangelicā: eo modo quo dictum

est qō nō solū ꝓbatur ex sacra scripturavtriusq; testamenti: sed etiā ex glosis ⁊ dictis thalmudistarū ⁊ magistroꝝ hebreoꝝ. ¶ Ad cuius pbationē est aduertendū ꝙ ista dictio toldach in hebreo idē est ꝙ generationes latine que quidē dictio vbiq; scribitur diminute: per sola puncta syllabicata: ꝑterq̄ in duobus locis: scz Geñ. ij. vbi dr iste sunt gñationes celi ⁊ terre ⁊c. Et Ruth. vltī. c. vbi dr iste sunt gñationes phares ⁊c. In q̄bus duobus locis ista dictio toldach scribit pfecte cū oibus suis litteris integre. vbi querit Rabi salmay: q̄ est causa quare dictio toldach in oibus alijs locis scribit diminute: ꝑterq̄ in his duobus locis. Ad qō rndet ꝙ causa est hec. Mā in principio oia fuerūt creata in plenitudine pfectionis siue. sed q̄ peccauit Adam primus hō: oia fuerūt corrupta ⁊ diminuta: ⁊ maxime gñatio humana. Et dicit vlterius ꝙ ista corrupta ⁊ diminuta nō reuertent ad pfectū ⁊ integrū statū ⁊ dispositionē donec veniat filius phares ⁊ dauid s. xp̄s messias in lege ꝓmissus. Vñ dicit ꝙ ista dictio toldach: ideo Geñ. ij. scribitur integre cū oibus suis litteris: q̄n dr iste sunt gñationes celi et terre ⁊c. eo ꝙ adā nōdū peccauerat. Jō oia erāt p fecta ⁊ integra in sua natura sed q: postq̄ adā peccauit oia fuerūt corrupta ⁊ diminuta. Ideo vbiq; ꝙ ponit postea hec dictio toldach: scribit diminute. ió Geñ. v. vbi dr he sunt gñationes adā. ⁊ Geñ. vj. he sunt gñationes noe. ⁊ Geñ. xxv. he sunt gñationes ysmael ⁊ gñationes Ysaac ⁊ Jacob ⁊c. semp ista dictio toldach scribit diminute: ad denotandū ꝙ tota humana gñatio erat corrupta in oib⁹ illis. Sz postea Ruth. vltī. q̄n dr iste sunt gñatiōes phares: ista dictio toldach scribit integre: per q̄ denotat ꝙ tota gñatio humana corrupta ⁊ diminuta in adā debebat restaurari ⁊ reintegrari ⁊ refici p xp̄m in lege ꝓmissum filiū phares ⁊ dauid. Ex q̄bus pz ꝙ iste Rabi salmay in suis dictis cōcordat cum dō in hoc psal. fm̄ pdictā expositionē: q: nihil aliud intēdit pdicere dauid in hoc psal. nisi ꝙ q̄n adā decit a prima veritate ⁊ iusticia ⁊ sanctitate: tūc tota hūana natura fuit in eo corrupta ⁊ diminuta: et sic successiue diminute fuerūt oēs veritates a filijs hoim: ꝛz q: hūana natura nō poterat restaurari nisi p xp̄m. Jō dauid vocat eū. vt veniat ad saluādum genus humanū a peste supradicta: put dictum est.

no. ppt perm aō oia ōpa nata.

de sima trini. ⁊ fi de cath. ca. j.

Squequo dñe obliuisceris me in finez: vsqquo auertis faciem tuam a me.

¶ Titul⁹ victori siue in finē psal. ipi dauid. Ex titulo apꝑet ꝙ dauid fecit hūc psalmū dirigēs nos in xp̄m q̄ est finis legis ⁊ ver⁹ dō victor: cōtra diabolū: q̄ q̄dē xp̄s siue dauid in mundo, expectabat saluator: redēptor. In quo psalmo ꝓpheta in ꝑsona ipsius adā ⁊ totⁱ⁹ corporis mistici cōq̄rit de lōga mora xp̄i ⁊ lōga sua captiuitate ⁊ liberādū ipm de captiuitate diaboli: ⁊ excitare tenebarū. Ubi est aduertendū: ꝙ ly iste psal. sit gnus in littera tū est magnus in sūa virtute ⁊ utilitate eo ꝙ sub eisdē verbis explicat. Primo desideriuz patriarchaꝝ de aduentu xp̄i. Scdo statū petōris penitētis desiderātis p gr̄am iustificari ⁊ a petō liberari. Et sic iste psalmus est simul ꝓpheticus et penitētialis: ⁊ sic op⁹ ꝙ dupliciter exponat. Primo ꝓpphetice. Scdo moraliter. ¶ Quātū ad primum sensum tria facit dō in hoc psal. Mā primo dolēdo de lōga mora aduētus xp̄i explicat miserabilē statū suū. Scdo petit liberari. Tertio ꝓmittit se gratias acturū. Scda ibi respice ⁊ exaudi. Tertia ibi. Ego aūt in mia tua speraui. B ¶ Quātū ergo ad primū est notādū ꝙ ante aduētū xp̄i totū genꝰ hūanū erat in triplici miseria cōstitutū. Primo q: erat pcctū a facie dei ꝓpter petrū ade. ⁊ p ꝙs extra gr̄am. Scdo q: erat subiectum diabolo ꝓpter petrū ⁊ idolatriā. Tertio: q: diu expectauerat xp̄m ⁊ nōdū veniebat: ió dō in ꝑsona totius gñis hūani deflendo lōgā miseriā suā ⁊ lōgā moraꝫ xp̄i cupiēs liberari ait. Alsqquo dñe obliuisceris me in finē. i. deducere me ad te q̄ eo finis legis: ⁊ finis oīs miserie: q: p te dz finiri oē petrū ⁊ oīs miseria: q: in tuo aduētu finē accipiet petrū introducēt iusticia sempiterna. Dan. ix. q̄ adā mystice cupiēs liberari per xp̄m futurū dicit. Alsqquo dñe obliuisceris me in finē. i. obliuisceris venire. vt des finē legi ⁊ ducas iusticiā. Et vsqquo auertes facie tuā ꝛgr̄am: a me differēdo aduētū tuū. Et vsqquo exaltabit diabolus inimic⁹ hūp me: q: totⁱ mundo dñat: ⁊ possidet gen⁹ hūanū in hoc seculo p idolatriā ⁊ petrū. Et in inferno oib⁹ dñatur p penā sensus aut dāni. Et q: hō semp erat in tali q̄rela ⁊ meditatiōe cōsiderando suū miserū statū: ⁊ q: erat pcctus a facie dei ⁊ captiuus in ptāte diaboli: ió affligebat in mēte ex cōtinua meditatiōe in nocte: ⁊ affligebat in corde ⁊ corpe ex ꝓtinuo dolore ⁊ timore pene: ió subdit. duplex expositio.

Quandiu ponā cōsilia in aīa mea dolorez in corde meo per diem. de pe. d. j. c. spēa

¶ Quādiu ponā cōsilia in aīa mea. i. vertā ⁊ agitabo cogitatiōes in mēte ⁊ ponā ⁊ patiar dolorē in corde p dīē. i. p totā vitā meā timendo penā ⁊ exspectādo te vt liberes me. Quia dū tu ꝛdas: diabolus semp dominab⁹ in mundo. Ideo o dñe.

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice ⁊ exaudi me dñe deus meus. vij. q. j. c. cum per cussio.

¶ Usqq̄ exaltabit sup me: q: i toto orbe adorab: ⁊ colit⁹ a paganis. Usqquo tu venias ⁊ ejcias euz foras: q̄ vsqquo tm̄ tardas. Respice ⁊ exaudi me dñe deꝰ meꝰ. Hic expōit suā petitionē peredo liberationē dicēs. O xp̄e dñe deꝰ meꝰ: q: hucusq; auertisti faciē tuā ⁊ oblitꝰ es mei: ió nūc respice misērēdo ⁊ gratiam conferendo: ⁊ exaudi me tuum aduētum accelerando. Et.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiaz in morte: ne quando dicat inimicus meus p̄ualui aduersus eum. xxj. q. ij. c. visis.

Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero ego autem in misericordia tua speraui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Illumina oculos meos. i. aiam meã cecã tigno rantẽ t reprehensam t falsã superstitione seductã in tenebris peccatoꝝ obrutã. Et hoc facies p legem euangelicã: t ecclesiastica sacramẽta. Me vnꝰ ob dormiã in morte peccati t ignorantie in qua sim. Ne inimicus meꝰ diabolus dicat aliqñ nec possit gloriari dicendo. Ego preualui aduersus eũ: scꝫ aduersus hoiem in eterna eũ captiuitate possidẽdo. Mã si ego motus fuero ab hac vita sine fide euangelica t charitate: tũc inimici mei diaboli qui tribulãt me: in cuius potestate sum tunc exaltabunt eternaliter me crucifixo t in potestate sua possidẽdo. ergo veni: ne differas t noli tardare: vt liberes me. ¶ Ego añt. Dic pmittit se gras acturũ postq̃ fuerit liberatus t redẽptus post aduẽtũ t passionẽ xpi: t hoc in exhibẽdo xpo verum cultum. B

¶ Unde nota q̃ verus xpi cultus cõsistit in tribꝰ principaliter. Primo interius in fide spe t charitate. Mã fides est in intellectu: spes t charitas in volũtate. Secũa pars cultus diuini cõsistit in laudãdo deũ. i. confitẽdo eũ ore cordis bonis: t agendo gras beneficioꝝ siue ex beneficijs receptis. Tertio in bene operando erga primũ. Unde primo credimus t diligimus deũ t ponimus spẽ nostrã in eo: t hoc pertinet ad actũ interioꝛẽ aie. Secũo ex hoc proꝛũpimus in laudes eius t verã adoratiõnẽ. Et exinde operamur opera mie erga primũ. Et hoc seruat ecclesia. Mã primo pcipit t dat fidẽ: t spẽ t charitatẽ: t dona spũssancti per sacramẽta ecclastica. Secũo ordinauit officia ecclesiastica q̃ septies in die deo cãtamus. Et ordinauit festiuitates in q̃ bus cãtamus beneficia q̃ xps nobis exhibuit per suã incarnationẽ t natiuitatẽ t passionẽ t resurrectionẽ t ascẽsionẽ t pdicationẽ. Et sic pdicamus in eccla oia beneficia xpi agẽdo gras t quotidie recõmemoramus passionem xpi: t offerimus xpm mediatorẽ dei t hominũ in sacramẽto eucharistie. Et in his consistit secũa pars diuini cultus. Tertio operando opera mie erga primũ ppter deũ: que est tertia pars diuini cultus. ¶ Hoc ergo puidẽs dauid in spũ dicit. O xpe veni in carnẽ t illumina oculos mẽtis mee per tuã legem euangelicã. Me vnꝰ obdormiã ꝛc. Mã demones qui tribulant me exultabũt. i. exultarẽt si motus fuero a stabilitate fidei t fine redẽptione ab hac vita: añt pro sed: sed q: p fidẽ t spem mee redẽptionis intẽdo saluari: in qua oẽs antiqui saluabantur. q. d. q̃ si motus fuero t recessero ab hac vita sine redẽptione: tunc diaboli exultabunt ergo veni ad liberandũ me ꝛc. Ideo semper in mia tua speraui: q: tu per miam tuã t passionẽ me saluabis. Et cũ fuero a te p passionẽ saluatus: t cũ reposueris t cõstitueris me in lege gratie: tunc reddã tibi verum cultum.

ẽ. vñ. d. **Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit mbi: t psallam nomini domini altissimi.**

¶ Primo exultabit cor meũ in salutari t redemptione tua ex firmia fide t spe t charitate. Et hoc quo ad primã partẽ diuini cultus: q: gaudebo et exultabo me esse a te t per te redẽptum. Et sic dolor quẽ in corde hẽbã ex statu miserie cõcepi mihi in gaudiũ t exultationẽ per aduẽtũ tuũ. Secũo cantãdo dño patri q̃ bona tribuit mihi mittẽdo filiũ suũ. Et sub eodẽ cultu t adoratiõe cãtabo laudes dño iesu xpo filio suo qui tribuit mihi bona scꝫ beneficia incarnatiõis t natiuitatis t legis euãgelice t passionis t redẽptionis: ꝛc. Et sic confitebor ipsum verũ deũ t pdicabo publice per vniuersum mundũ beneficia recepta t celebrabo officia in festiuitatibus septies in die ꝛc. Tertio adimplebo legem suã bene operando erga proximum. Et sic ergo tripliciter colã ipsam. i. corde ore t opere: t vita contẽplatiua: t actiua. Et sic tripliciter agã gras pro beneficijs a deo receptis in suo aduẽtu.

¶ Sed q: intentio Dauid in hoc psalmo nõ solũ est pphetare desiderãdo t predicãdo aduentũ xpi vt expositum t dictũ est. sed etiã intẽtio eius fuit deducere nos adverã penitentiã exẽplo sui. Ideo iste psalmus est moraliter exponẽdus p quolibet pctõe penitente. Uñ forsan dõ fecit hunc psalmũ post petrũ adulterij Bersabee: qõ per annum cela tus tenuit vt patebit psalmo. I. Ideo deflet in hoc psalmo miserabilẽ statum suũ t longam moram in illo peccato per qõ fuit separatus per annũ a gra dei t a spũ pphetico. Ideo in hoc psalmo agens pniam duo facit. Mã primo describit totũ processum t decursum vere penitentie. Secũo vero discursum t processum status gratie post pniam in quo homo satisfaciat peccato: ibi: ego añt in mia tua speraui ꝛc. Quantum ad primũ est notandũ sm Augustinũ libro de vera t falsa penitentia q̃ penitentia est q̃ dam dolentis vindicta. puniens in se qõ dolet cõmisisse. Gregorius vero dicit q̃ penitẽtia vera est peccata preterita commissa plangere: t plangẽda iterum non cõmittere. Et sic omnes assignãt tres partes penitentie. scilicet contritionem: t cõfessionem t satisfactionem. Sed in prima parte multa precedunt scilicet ad cõtritionem. Nam processus penitentie debet correspõdere processui peccati: qõ similiter cõsistit in corde t ore t opere: vnde in prima parte multa continentur. Nam quis primo ponit peccare: sed cognitio precedit propositum. Nam primo homo considerat t cognoscit apparens bonum: ad qõ conuertitur etiã habet cognitionẽ dei t legis eius: a quibus auertit. Et postea conuertitur ad cõmutabile sibi apparens bonum. Primo ergo auertitur ab ꝰ cõmutabili sibi cognito bono ex lege sibi data. Secundo conuertitur ad cõmutabile sibi apparẽs bonum: t ponit peccare. Et hic dicitur primus gradus peccati scilicꝫ in corde per qõ ilico perdit gratiam dei homo in qua erat. Secundo sequitur locutio per os vel effectus t opus peccandi. Tertio sequitur psecutio Et ideo oportet q̃ tripliciter poeniteat scilꝫ corde per cõtritionem: t ore per confessionem: t opere p satisfactionem. Sed q: propositum peccandi precessit cogitatio. Nam ideo dicitur peccatum: q: positum t volũtarij. Ita ideo dicitur propositum quid est pnia.

Exaudiꝰ pnie

t voluntarij: q: pcogitum. Ita pariter vera contritio dicitur que est pcogitata t pcognita. Ideo duo vel tria pcogitantur ante cõtritionem. Nam primo peccato: considerat deũ quez offendit: et a quo separatus est. Et gratiã quã pdidit. Et legem cõtra cuius pceptũ t iusticiã fecit. Secũ do cõsiderat vilitatem peccati t miserabilẽ statũ in quo est: t detestatur peccatũ t reuertitur ad deũ. Et tunc cõuertitur in corde versando supradicta. Et sic dolet se cõtra deũ peccatũ ꝺm̃sisse. Et iste est primꝰ gradus penitentie. Et sic in eodem gradu t statu pponit duo. Primo dimittere peccatũ. Secũdo confiteri. Tertio numq̃ amplius cõmittere. Et sic pficitur primus gradus penitẽtie: t sequit̃ secundus. s. cõfessio peccati apud ecclesiã si adest facultas t oportunitas. Tertio sequit̃ post confessionez satisfactio t bona operatio in statu gre. Et hunc ordinẽ seruat pic dauid: t docet seruare omnẽ penitentẽ. Mã cõuersus ad se: t videns miserũ statũ suũ separatus a gra dei: eo q̃ a deo fuerat auersus t deus ab eo: t subtraxerat gratiã ppter peccatũ: t puisse p longũ tẽpus manere in ipso: ideo dicit dauid ad deũ. O dñe vsq̃quo obliuiscẽris me in finem: pmittendo me tãdiu manere in peccato. Et vsq̃quo t quãdiu auertes facie tuã a me subtrahẽdo graciam. Secũo considerando peccatũ t miserũ statũ suũ dicit: q̃diu ponam consilia in aia mea. i. cogitabo peccatũ in quo suz tã detestabile t abhominabile: t bucusq̃ nõ potui nec volui exire. Tertio ex hoc sequit̃ dolor tẽtritio in corde: ideo ait q̃diu ponã dolorẽ in corde meo per diẽ. i. cõtinue dũ recordatus fuero peccati: t offense dei. Et sic sequitur detestatio peccati in quo diabolus dominatur sibi cũ dicit: vsq̃quo exaltabit̃ t dñabit̃ diabolꝰ inimicus meus sup̃ me: possidẽdo me p peccatũ: t hec est vera cõfessio: q: cõfitek petrũ suum: t pponit dimittere: t amplius nõ cõmittere: ideo petit liberari p gratiã gratificantẽ dicẽs. Respice dãdo gratiã: o dñe deus meus: posq̃ per tantũ tẽpus auertisti faciẽ tuã a me ppter meũ peccatũ: t exaudi me: dando venã t dimittẽdo culpã. Et illumina oculos mentis mee. Me vnꝰ obdormiam in morte. i. ne mortar in mortali peccato: q: tũc esset petrũ obstinationis: t finalis impenitẽtie qõ non dimittit̃ in hoc seculo nec in alio p quo nõ est oza dũ. Et gloriaretur diabolus se preualuisse aduersum me. Et ideo nequãdo. i. aliquando inimicus meus diabolus dicat: ego preualui aduersus eũ tu propter miam illumina oculos meos lumine tue gratie mihi preteritã culpã remittẽdo: ne amplꝰ similia peccata ꝺmittã. Mã si motus fuero ad hanc vitam t decessero sine penitẽtia: tunc demones qui tribulant me tentãdo per peccatũ: tũc exultabunt t ponitur futurũ indicatiui pro coniunctiuo: eo q̃ hebrei carent optatiuo t coniunctiuo: vt frequenter dictum est. quasi dicat. Si decederẽ sine penitẽtia tũc exultarẽt inimici mei demones. ¶ Ego autem. hic describit statũ gratie in quo sit vera satisfactio. ¶ Mam sicut status peccati habet tres gradus: scilicet malũ propositum t executionem t psecutionẽ. q: corde ore. t opere pcõ: offendit deum. Ita pariter in statu gre iustus tripliciter deo seruit. s. corde per fidẽ: spem t charitatẽ. Secũo ore deũ laudando t de bñficio remissionis peti adepto t penitẽtia facta gras agendo. Tertio bona opera per charitatem exercendo. t pro reatu t pcõ quodam cõmisso plene satisfaciendo. Et ista tria tãgit dõ in hac littera. Unde dicit pio: ego autez postq̃ egero veram pniam t mihi fuerit remissa culpa: t illuminatus fuero per gratiã. tunc in mia tua speraui. i. sperabo: t hoc per fidẽ veram t spem: ex q̃ bus sequitur charitas t vera exultatio in corde. nã sicut eũ erã in peccato: delectabar in eo. Ita post actam penitentiam delectabor in statu gratie per fidem: spem: t charitatez. Et sic exultabit cor meũ in salutari tuo. i. salute anime mee quã per pniaz acquisiui: t tunc delectabiliter seruiã deo. Primo in vita cõtẽplatiua deũ laudando: t gras agẽdo p beneficijs receptis. t sic cantabo domino qui tãta bona tribuit mihi culpã remittendo: t gram cõferendo. Secũo psallam nomini domini altissimi bene operando erga primũ: t pro pctõ satisfaciendo. Unde nota q̃ tria ponunt̃ in hoc versiculo. s. exultatio cordis: per quã intelligitur status t gaudium fides t spes t charitas dei t primi. Secũo ponitur cantus per quẽ intelligitur gratiaz actio: t vita contemplatiua. Tertio ponitur psallere per quod itel ligitur bona operatio ad laudem dei t vtilitatem proximi: que est obseruatio decem preceptorum.

Justꝰ triplicit seruit.

j. octo. ¶ Ex toto isto psalmo possent recolligi quattuoꝛ cõclusiones. Quarum prima est q̃ deus obliuiscitur peccatoꝛem: t auertit faciẽ suã ab eo subtrahendo gratiam ppter petrũ. Unde petrꝰ nõ peccauit: q: deus subtraxit gratiam: sed ideo deus subtraxit gram eo q̃ homo peccando abiecit eã. t sic deus non est cã peccati: sed iste homo qui peccando abiecit gram. ¶ Secunda conclusio q̃ oppositum accidit in iustificatione peccatoris: q: collatio gratie precedit abiectiones culpe. Mam iõ peccatoꝛ conuertitur t iustificatur: q: deus illuminat eum gratiam cõferendo. Ideo Dauid in persona penitentis petendo gratiam gratificantem dicit. Illumina oculos meos ꝛc. ¶ Tertia conclusio: q̃ si peccatoꝛ non egerit penitentiam in vita: sed moritur obstinatus: tunc dyabolus dicitur victoꝛ: t pualuisse aduersus eum: eo q̃ tenuit hominem in peccato vsq̃ ad terminum: t non reliquit ipsi locũ penitentie. ¶ Quarta conclusio q̃ tria recuperat t consequitur homo per penitentiam. Primo leticiam in corde, recuperando charitatem. Secundo cantat domino gratias agendo: quia euasit perpetuam damnationem. Tertio libere operatur meritorie sm diuina mandata.

j. octo. ij. octo. iij. octo. iiij. octo.

Dixit insipiens in corde suo non est deus.

arg. ꝺ pe ni. diſt. j. ſ. tres ſẽ ca. medi cia. t. pe. qõ. j. ſ. j. ante fi.

¶ Titulus in finẽ ps ipsi dõ. ex titulo patet quod Dauid fecit hũc ps̃m. dirigẽs nos in xpm qui est finis legis. t liberator: t sal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uator israel: vt patebit in fine huius psalmi. Sed de materia huius psalmi dicit Rabi sa. q3 Dauid fecit hūc psalmū p̄uidēs destructionē birlin faciēdā p Nabuchodonosor: t captiuitatē iudeoꝝ in Babylonia. Et dicit q3 iste insipiēs qui dixit in corde suo nō est deus fuit Nabuchodonosor: t populus chaldeoꝝ qui dixit q3 deꝰ israel nō est verus deus q3 nō potuit iudeos liberare de manibus suis. Et ideo Nabuchodonosor: t oēs chaldei corrupti t abhominabiles facti sunt. Et isto modo Rabi sa. emulti rabini iudeoꝝ litteraliter p̄ceīse adhūc sensus glosant ihū psalmū. Sz manifeste patet talē expositionē esse inutilē t inanē. Primo: q: sequeret q3 iste psalmus nō pertineret ad sacrā scripturā: cū talis expositio nō explicet aliquod sacramentū de xp̄o t ecclesia. Scōo nō dirigeret nos in xp̄m quod est cōtra titulū prepositū huic psalmo. Tertio: q: expositio non est sufficiens nō explicās intelligētias psalmi in quo dicit q3 deus de celo p̄spexit nō solum sup babylonios: sed super oēs filios hoim: et oēs declinauerūt ꝛc. ergo nō solū chaldei ꝛc. Et ideo Cassiodorus exponit hūc psalmū de populo iudeoꝝ qui dixit in corde suo q3 xp̄s nō erat deus: t ideo incurrit oēs corruptiones t maledictiones in hoc psalmo memoratas. Sed etiā ista precise expositio facta de solis iudeis videt insufficiens: ppter hoc quod dicitur q3 deus respexit super oēs filios hominū: t non solū super iudeos: sed oēs declinauerunt ꝛc. Et ideo, beatus Augustinus non solū exponit psalmū de iudeis: sed etiā de populo gētili vbe quibusdā philosophis qui negarūt deum esse creatorē mundi t iustum iudicē t retributorē: nec habere p̄uidentiam de actibus humanis: nec posuerunt vnum deum: sed plures. Et ideo negato hoc primo principio proruperunt in omnes corruptiones: t omnia scelera in hoc psalmo memorata. Sed cū reuerentia tāti viri: adhuc expositio et prefata causa precise assignata nō videt esse sufficiens: nec videt cuacuare totā sniaz t intelligētiā hui⁹ psalmi. vnde apostolus ad Romanos. iij. per scripturā huius probat nō solū gentiles: sed etiā iudeos et oēs homines fuisse corruptos in Adam. Vnde dicit. Causati. i. argumētati sumus iudeos t grecos oēs sub peccato esse et intelligit p grecos oēs gētiles t barbaras natiōes: t oēs filios Adam vt patet in tuenti. Et sic ex fundamēto hui⁹ psalmi p̄fert illā vniuersalē sniam. oēs in adā peccauerūt. Ex quib⁹ verbis apostoli videt q3 ille insipiēs qui dixit in corde suo nō est deus per quē et cuius peccato oēs sunt corruptī incurrūt oia scelera in hoc psalmo memorata fuit ipse Adā: qui dixit in corde suo nō est deus. Sed hec sententia apostoli t intelligētia videtur nimis dura t extranea: sez q3 adā dixerit in corde suo deū nō esse: t q3 aliquo modo negauit deum cū fuerit creatus in tāta scientia t sapiētia cui deus cōmiserat gubernationem oim creaturarū inferioꝝ: t qui omnibus proprias noīa impo fuerat sm̄ proprias naturas. Et sic sciuit deus esse omnium creatorem t gubernatorē ꝛc. Item ex tex tu Bēſi. non habetur q3 adam negauerit deū quā

Mota.

do peccauit: immo posī petrū fugit a facie dei ex timore t cōfusiōe: t per cōsequēs semper cōfessus est t nouit ipsum esse deū t dñm. In oppositū videtur littera huius psalmi sm̄ intentionē apostoli Et Ad cuius intelligentiā est valde aduertendū q3 aliquē negare deū ifat dupliciter. vno modo directe t assertiue. alio modo indirecte. Primo modo adā nō negauit deū directe t assertiue: q: semp cognouit deus esse creatorē t dominū: vt dictum est. Sz scōo mō p̄t dici q3 negauit deū indirecte t dubitauit in ꝑtum putauit aliquid inesse siue deesse deo: q3 est contra eius maiestatē t immēſam sapiētiā: ad quod sequebatur deū non esse deum: q: putauit deū esse inuidū t finitum in sapientia. Quod p̄batur. Nam quando adā credidit dyabolo dicenti ipsi. Nequaq3 moriemini: sed eritis sicut dñi scientes bonū t malū ꝛc. tūc adā putauit tria de deo Primo deum esse mendacem in verbis non facientem quod cōminabatur. Secūdo putauit eum esse inuidū eo q3 timebat ne adam ipsi equipararet in scientia. Tertio putauit deū esse finitū cū de facto ipse adā p̄esumpsit deo parificari: vt ait Augu. q3 adā t eua volentes rapere diuinitatē perdiderunt felicitatē. Et quibus sequebatur deū nō esse deū: q: ista tria sequebanē ex verbis dyaboli. Et quib⁹ sequebatur deū nō esse deū: Vnde dyabolus fecit deum mēdacem dicendo: nequaq3 moriemini. Et fecit eū inuidum: eū subdit: scit enī deus q3 in quocūq3 die comederitis ex eo: aperientur oculi vestri: t eritis sicut dñi scientes. i. equales in scientia. Et q̄ bus sequebatur nō solū deū esse finitum: sed etiaz inuidū: t per consequens sequebatur non esse deū Et sic adā credēdo dyabolo t ex eo inducit in eosdem errores: licet indirecte. Sed gētiles t quidaz philosophi magis directe negarunt deū dicentes deū non habere curaz nec prouidentiā de actibus humanis. Sed iudei magis directe negarunt deuz negando xp̄m esse deum t messyam in lege: vt patebit. Tres ergo insipientes negarūt deum. Primo adā indirecte dubitādo de eius veritate t infinita sapientia. Scōo populus gētilis negādo eius vnitatē t prouidentiaz iusticiā. Tertio populus iudaicus negādo xp̄m esse verū deum t messyam. Triplicez ergo corruptionē p̄uidit t vidit in spū. Dauid considerando oēs status hominum. Nam primo vidit vniuersalem corruptionē humane nature factam: t etiā prouenientez ex peccato ipsius adam. Scōo vidit corruptionē moz totius populi gentilis: t omniū barbararū nationum proueniētē ex negatiōe iusticie t prouidentie diuine de rebus humanis. Tertio p̄euidit corruptionē populi iudaici ventura ex negatione xp̄i in lege p̄missi. Triplici ter ergo exponetur iste psalmus sm̄ q3 dauid fecit ipsum de supradicta corruptione. Nā primo exponet de corruptiōe totius humane nature facta in adam t iuxta intelligentiam apostoli. Scōo exponet de corruptiōe totius populi gentilis negātis diuinam prouidentiaz t iusticiam: t hoc sm̄ expositionem Augu. Tertio exponetur de corruptione populi iudaici negātis xp̄m esse deum t messyam.

Bo. tres insipientes dei negātes

¶ Quātū ergo ad primā exp̄ositionem est ad uertēdū sicut dictū est in p̄logo q3 duo hoies fuerunt principia gñis humani. Primus cīm adā fuit principiū carnalis gñationis omniū hoim t causa corruptionis humane nature t oīs mali t peccati. Scōs xp̄s fuit principiū spiritualis regenerationis t salutis oim hominū. q: sicut in adā oēs moriunt Ita t in xp̄o oēs viuificātur. p̄me ad Corint. xv. Hoc ergo p̄uidēs dauid in spū fecit hūc psalmū in quo duo facit. Nā primo ostendit primū genus humanū esse corruptū ꝑter peccatū ipsius adaz Secundo ostendit xp̄m esse iudicem omniū t saluatorē ibi nō scient. ¶ Quantū ad primum est aduertēdū sm̄ Aug. h. libro de nuptīs q3 illud peccatū q3 primū hominē mutauit in peius multo grādi fuit. q3 iudicare possumus: ideo ab omni nascente trahitur: q: totum genus infecit humanū. Causa aūt tante grauitatis illius peccati fuit multiplex circūstantia vt inquit Augu. in euchiridiō. q: quasi oia genera peccatoꝝ fuerūt illi peccato annexa Sed maxime ibi fuit blasphemia t sacrilegium t crimen lese maiestatis: inquantū putauit t dubitauit deū esse mendacē t inuidū: t temere p̄sumpsit rapere diuinitatē: vt supra dictū est. Ex quo p3 q3 in directe negauit deū esse: ex quo detestabili peccato ipse fuit corruptus t tota sua generatio in eo. Et hoc est q3 dicit dauid in hac prima parte huius psalmi. Vnde ait q3 adā factus insipiēs credendo diabolo dixit in corde suo nō est deus nō assertiue t directe sed dubitative t consecutiue: q: hoc sequebatur ex sua dubitatione t p̄esumptione. Et ideo ex grauitate tā grandis peccati p̄didit totam hereditatem. nō solū quā possidebat in illa terrestri paradiso. Sed etiā futurā felicitatē sibi p̄missam in celo. Et sicut p̄didit illam originalem iusticiam qua volūtas sua erat diuine volūtati cōformis et subiecta. Ita pariter p̄didit obedientiā sensualitatis ad rōnē q: ilico caro sua fuit lāguore t vitio cōcupiscētie sauciata t oēs potentie vulnerate t tota natura corrupta. Et sic caro ilico insurrexit ad luctādum aduersus spiritū quā quidē corruptionē t languorē t morbū transmisit in oēs filios p carnalē generationē t illi filij adaz transmiserunt illā corruptionē acceptā a patre filijs eoꝝ. Et sic successiue corruptū t infectū fuit totum genus humanū ex illo peccato primi parentis q3 dixit in corde suo non est deus ꝛc. Et ideo subdit.

Dupliciter negat deū.

Dē ade pcti gravitate.

ūra. lij. a Corrupti sunt t abominabiles facti sunt in studijs suis: nō est qui faciat bonum non est vsq3 ad vnum.

¶ Omnes inquit filij adā corrupti t abominabiles deo facti sunt in studijs suis t cogitationibus t operibus. inantū q3 non est aliquis coz qui naturaliter faciat bonū nec est bonus naturaliter vsq3 ad vnum. Et notanter dicit p̄phera: q3 corrupti sunt t abominabiles. Nam oēs filij adā fuerunt facti corrupti in se. inquantum traxerunt naturam corruptam a parētibus. Et sic sunt proni ad omne malū t fragiles ad omne bonum faciendum. Sed fuerunt deo facti abominabiles t odiosi filij ire. q: adam omnes posteros vendidit t obligauit suo peccato. t ad penam t dānationem sui peccati. Et sic omnes incurrerūt indignationem dei t condemnationem t penam. Sed q: non solum fuerūt deo abominabiles propter peccatum parentum. Sed etiam omnes fuerūt in natura corrupti. Ideo nō est qui faciat bonū: nec est bonus vsq3 ad vnum. Sed est aduertendum q3 ly vsq3 ad vnum dupliciter potest poni. t intelligi: vno modo inclusiue. Et sic est sensus q3 inantū omnes filij naturales ipsi⁹ adaz sunt mali. q: nullus est naturaliter qui faciat bonum. Nec sit bonus: t iste sensus est verus. Secundo pōt poni exceptiue ly vsq3 ad vnū q3 sit sensus inter omnes homines non est qui naturaliter sit bonus p̄ter vnum. i. iesum xp̄m: eo q3 non est ex opere adam natus: t ideo non descendit per generationē naturalem: licet ceperit carnem ex adā. Et ideo adam nō potuit ipsum venūdare nec obligare suo peccato. Et sic solus xp̄us est inter mortuos liber: t inter malos naturaliter bonus. Et iō ad maiorem cōfirmationē dicit dauid.

ar. xxiij q. j. c. q:

Dñs de celo prospexit sup filios hominum: vt videat si est intelligēs aut requirēs deum.

¶ Dñs deus prospexit de celo sup oēs filios hominū t filios ipsius adam: vt videat. i. videret t p spicit quotidie: vt videat si inter eos sit aliq3 intelligens aut requirēs deū. i. si sit aliquis qui totū intellectū t studiū abhibeat ad intelligendū deum vt possit ipsum sup oia diligere: aut adhibeat totū conatū t voluntatē ad requirendū deū per bona opera ꝑter regnum dei adipiscendū. Sed.

ūra. lij. a Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum non est vsq3 ad vnum.

¶ Omnes simul declinauerunt a via iusta t recta t a diuina voluntate ad scelera t peccata nephanda t oēs simul facti sunt inutiles t debiles ad bene operandū. Inantū q3 non est aliq3 inter eos q3 faciat bonū. nec est bonus naturaliter aliquis vsq3 advnum inclusiue siue exceptiuevt supra dictū est ꝑter vnū qui est xp̄s. Nam si ly vsq3 tenetur inclusiue tunc naturaliter nullus est bonus de filijs naturalibus ipsius adam si autē ly vsq3 tenetur exceptiue excluditur t excipitur xp̄s qui nō est naturaliter filius adam vt dictum est. Et ¶ Sed cōtra hoc arguit iulianus dicens q3 humana natura est de se bona. q: oia que fecit deus erant valde bona ergo naturaliter homo est bon⁹. ¶ Ad hoc rūdet Augu. q3 humana natura dupliciter p̄t intelligi: vno modo p essentia hois vel nature specifica. Et sic oīs natura naturaliter est bona. q: ad similitudinem boni exēplaris t a bono deo est facta t creata. Secundo modo sumitur pro ipsa generatione humana. scilicet inquātum est collectio omniū hominum descendentium ab adam per generationez naturalem t libidinosam. quia sicut dicitur, natura eneadum ab enea. et natura fabiorum a fabio. t gracchorum a gracchо. Ita dicitur natura t gene

Natura hūana intelligit dupliciter

Universidad de Deus[to] Bibliote[ca]

ratio humana ab adam primo homine quia adam
hebraice idē est quod homo latine. Et sic tota hu
mana natura siue humana generatio fuit in adam
corrupta ⁊ viciata a peccato. ⁊ sic dicitur mala. Et
per consequens omnes trahentes illam humanaꝫ
naturam ab adam dicuntur naturaliter mali corru
pti. Ex quo sequitur ꝙ solus xp̄us est naturaliter
bonus. eo ꝙ non trahit talem naturā ab adam per
generationem: sed ex opere spiritussancti.

ꝟ.v.b. **Sepulchrum patens est guttur eorum: lin**
ccij.b. **guis suis dolose agebant: venenum aspidū**
sub labijs eorum.
Quorū os maledictione ⁊ amaritudine ple
num est: veloces pedes eorum ad effundēdū
iij.q.ij. **sanguinem.**
accusatores. et **Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorū ⁊ viā pa**
xj.q.j.c. **cis non cognouerunt: non est timor dei ante**
quatuor. **oculos eorum.**

¶ Quia superius dixit in generali qualiter ex pec
cato ipsius adam oēs hoīes fuerūt corrupti ⁊ de
clinauerūt ad oīa scelera ex tali corruptione ꝑuꝭ
si ⁊ excitati: ideo hic explicat ⁊ magis particulari
ter exprimit scelera in que oēs inciderunt ⁊ pru
Primo perunt. quasi morbo quodā hereditario. Vñ dicit
ꝙ primo ceciderūt in fetidā blasphemiā cōtra deū
Ideo guttur eorum fuit euomēs fetidas blasphe
mias: sicut sepulchrū patens ⁊ apertū emittit feto
rē ex cadaueribus putridis quasi dicat ꝙ sicut ca
dauera putrida emittūt illū fetorem de sepulchro
⁊ sunt causa illius fetoris. Ita corpus hominū est
sepulchrū corruptionis cōtracte ex adā in gñatio
ne. Et sic ex tali corruptione euomit blasphemias
⁊ oīa peccata. Item sicut sepulchrum continet in
se illa cadauera putrida. ex quibus emittet aboni
nabilem fetorē. Ita non solū corpus est sepulchrū
Scdo. illius morbi ⁊ corruptionis. Sed etiam anima est
sepulchrum malarum cogitationū ⁊ iniquorū pro
positorū. Ex quibus malis homo euomit blasphe
mias ⁊ oīa alia scelera: vt ait saluator Mathe. xv.
ꝙ ex corde exeunt blasphemie ⁊ homicidia ⁊ furta
⁊c. que coinquinant hominē. Et ideo subdit dauid
ꝙ ex tali corruptione. Non solū ꝓcedunt blasphe
mie contra deum: sed etiam contra ꝓximum. Naꝫ
homines sic corrupti linguis suis dolose agebant
id est dolose loquebantur ad deceptionem proxi
morū. q: blandis verbis decipiunt proximos: ⁊ sic
Tertio. sunt mendaces ⁊ dolosi. Tertio sunt detractores
accusando: ⁊ falsa crimina ꝓximis imponendo. Et
sic in labijs eorum reperitur venenum aspidū: id
est venenum inuidie ⁊ detractionis ⁊ infamatiōis
quorum os est plenum maledictione. q: sunt male
dicti contra deum ⁊ ꝓximum. ⁊ est plenum amari
tudine: id est odio ⁊ zizania. Et sic pedes eorū sunt
veloces ad effundendū sanguinē. q: non solum ef
fundūt sanguinē ꝓximorū propria manu ex ira et
odio. Sed etiā seminando zizania concitant alios
ad effundendum sanguinem. Et ideo ex tali odio
⁊ inuidia ⁊ superbia semper est contritio et infeli
citas. id est litigium. prelium. discordia. ⁊ tristicia.
⁊ bella intestina ⁊ infelicia in vijs ⁊ operationibus
eorum. quia nunꝙ cognouerūt viam pacis: sed dis
cordie: cuius causa est: quia non est timor dei ante
oculos eorum. ¶ Ex quibus patet ꝙ defectus ti
moris dei est causa omniū supradictorum malorū. Defect⁹
q̄d prouenit ex corruptione ⁊ praua concupiscētia timoris
inflicta in carne ex illo primo peccato. Naꝫ ex illa dei cā
praua ⁊ corrupta concupiscentia prouenit omnis malorꝫ.
inordinatus appetitus. Nam primo prouenit ap
petitus proprie excellentie que dicitur sup̄bia nō
cōpatiens maiorem neqꝫ equalem ⁊ venit homo ta
liter corruptus vsqꝫ ad contēptum dei. nō timens
eius iudicium. ⁊ per cōsequens magis contēnit et
despicit proximū ⁊ q: non patitur maiorem ⁊ equa
lem: ex inde prorumpit in inuidiam: non patiēs ꝓ
speritatem proximi. Et exinde in homicidium. et
ex tali etiā inuidia seminat discordias ⁊ zizaniam
inter proximos. Et ex tali sup̄bia ⁊ inuidia proru
pit in auariciam ⁊ omnē rapinā ⁊ furtū ⁊ vsuram
ad sustinendū statum suū vt nulli subijciatur. Sed
omnes sibi subijciat. Item ex illo vitio ⁊ corruptio
ne carnis prorūpit in luxuriam ⁊ accidiā. Ex q̄bus
patet ꝙ ex illa corruptione inflicta in adā proue
niunt oīa genera vitiorū ⁊ oīa scelera detestabilia
in totū genus humanū vt demōstrat dauid in hac
prima parte huius psalmi. ⁊ apostolus per totum
epistolā ad Romā. ¶ Sed cōtra supradicta videntꝰ Questio
esse duo dubia. quorum primū est contra litteram
Nā isti tres versus vltimi ab illo loco sepulchruꝫ
patēs ē guttur eorū ⁊c. nō reperiuntur in hebreo. ⁊
ideo dicunt ꝙ xp̄iani interposuerunt eos vel. lxx.
interpretes addiderūt eos in greca interpretatio
ne. Ad q̄d respondetꝰ ꝙ ipsa veritas cōfundit eos.
Nam manifestum est ꝙ. lxx. interp̄tes fuerūt vltra
ducētos annos ante aduētū xp̄i: ⁊ ideo nullam ha
buerūt causam ⁊ occasionē aliquid addendi vel re
mouēdi in greca interpretatione. Sed interp̄tati
sunt ꝓut receperūt in hebreo. Et hoc cōfirmatur.
Nam apostolus paulus in lege ⁊ ꝓphetis doctor
⁊ magister q̄ hebraica textura vtebatꝰ allegat hos
tres versus cū versibus precedentibus ad Romā.
iij. Et ideo est potius credendum ꝙ thalmudiste
amputauerūt hos tres versus ab hoc psalmo. eo
ꝙ in eis prophetice memoratur ⁊ explicatur: tota
correctio ⁊ maledictio iudeis inflicta eo ꝙ negaue
runt ⁊ crucifixerunt christum. vt patet in tertia ex
positione. ꝟ ¶ Secundo dubitatur contra to Questio
tam predictam sententiam ⁊ expositionem in qua
dictum est ꝙ omnes homines fuerunt corrupti in
adam. Unde arguit pelagius ex fundamentis sa
cre scripture. ꝙ multos iustos commendat sacra
scriptura: qui non perpetrarunt talia scelera ⁊ pec
cata sicut in hoc psalmo explicatur sicut fuit abel
Noe Abraam ysaac ⁊ Jacob. ⁊ Job ⁊ Daniel in te
stamento vete. Et in nouo zacharias ⁊ Johānes
⁊ Symeon. ⁊ Anna ⁊ Joseph sponsus marie quos
omnes iustos sine peccato ⁊ querela vtriusqꝫ ⁊c. sa
cra cōmendat auctoritas. Ex quibus patꝫ ꝙ peccatū
ipsius adam. nec omnibus posteris fuit imputatū

August. nec omnes in eo fuerunt corrupti.
¶ Sed hanc pestiferam opinionem exterminauit
Aug. ab ecclia respōdens ad huiusmodi argumen
ta in libro de natura ⁊ gratia. ⁊ de baptismo paruu
lorū: ⁊ in oībus libris quos cōtra pelagianos con
fecit. ¶ Ad cuius intelligentiā est valde aduertē
dum sm Aug. ꝙ duo sunt cōsideranda in peccato
ipsius adā. Primo obligatio nature: q: oēs filios
naturales ⁊ posteros obligauit ⁊ vēdidit peccato
suo. Et hoc dicitꝰ in nobis peccatū nature: q: oib⁹
Duo in nobis fuit imputata pena illius peccati: ⁊ ad illā
peccādā fuimus oēs obligati ⁊ venundati. Et de tali peccō
cōsiderā nature dicit Paulus apostolus ꝙ oēs in adā pec
da. cauerūt in natura: sed nō in persona: q: nullus no
strum ibi p̄sonaliter erat ⁊c. Vñ sic exponit. Aug.
hanc auctoritatē. ij. de baptismo paruulorꝫ ⁊ hypo
nosticō respō. v. Secūdo est cōsiderāda natura cor
rupta quam adā transmisit in posteros per gene
rationē successiue: que quidem causat omne pecca
tū in aīa. Nam per solam vnionē ⁊ cōsortium cau
sat originale in aīa: q: illa aīa in puris naturalibus
in illa carne viciata creata ⁊ infusa ilico obligatur
peccato ⁊ sentētie ipsius ade. eo ꝙ ex carne ⁊ aīa
resultat vna naturalis p̄sona: ⁊ ideo tota persona
obligatur. Itē postea illamet caro corrupta ꝑ cō
sensum in adultis causat mortale ⁊ veniale in eadē
aīa: inquātum caro semp luctatur aduersus spiri
tum. Unde volūtas per solū consensum indelibe
ratū cōtrahit veniale sed per cōsensum deliberatū
contrahit actuale ⁊ mortale. Et quo pꝫ ꝙ oē peccm̄ ꝓ
Nota ꝙ uenit ex illa carne corrupta in oēs homines ꝑ libi
hoīe sau dinosam generationē transmissa. ¶ Sed est vlte
ciato. rius aduertēdū ꝙ ista natura corrupta siue totus
homo habēs istā naturā corruptā qui dicitur sau
ciatus ⁊ vulneratus per cōsortiū talis nature du
pliciter pōt considerari sm Aug. in locis p̄allega
tis. vno modo in se sine aliquo adiutorio derelicta
alio modo per grām xp̄i adiuta. Primo modo di
cit Aug. ꝙ est impossibile ꝙ q̄s in sola tali natura
derelictus possit peccata vitare aut aliq̄d bonum
agere. Et ratio est. q: illa corruptio taliter vicia
uit ⁊ vulnerauit oēs potētias: ꝙ voluntas siue li
berū arbitriū manet taliter claudicatū ⁊ debilita
tū ⁊ infirmū ex tali languore ⁊ pōdere carnis vicia
te ꝙ semp trahitꝰ in preceps ad oīa mala sicut tra
hitur vna statera a pondere lapidis nisi apponatꝰ
aliud pondus in alio opposita. Q̄d quidē vicium
carnis ⁊ pōdus licet non tollat totaliter cognitio
nē peccati: tñ tollit potestatē resistēdi nisi ꝑ grām
liberū arbitriū adiuuetꝰ. De quo vicio dicit aposto
lus ad Romā. vij. Inuenio legē in mēbris meis re
pugnantē legi mētis mee: ideo quod nolo id ago
⁊ quod volo id non facio. Unde non ego id facio:
sed quod habitat in me peccatū. Ex quo patet ꝙ
talis lex ⁊ corruptio membrorum licet non tollat
totaliter cognitionem ⁊ effectum: tamen tolit effe
ctum. Sed quia talis volūtas nō potest adiuuari
nisi per gratiam christi. iō subdit apostolus. Quis
me liberabit de morte corporis huius. Et respon
det ipsemet dicens gratia christi me potest libera
re. Ex quibus patet ꝙ voluntas adiuta per grām
xp̄i potest liberare ab huiusmodi pugna: ⁊ vincere
carnē ⁊ omne peccatū. Et hoc est q̄d dicit Dauid
in hoc psalmo. ꝙ licet oēs hoīes ꝓut sunt corrupti
ī adam sint proni ad supradicta scelera: ⁊ nullo mō
possint ea vitare ex proprijs viribus: tñ per gratiā
christi adiuti ⁊ preuenti non solum possunt supra
dicta scelera vitare: sed etiam ea bona que sunt su
pra hominem facere ⁊ oīa mala superare ⁊ bñ ope
rari. ⁊ supradicta necessitate liberari. Ex supradi
ctis fundamentis. Respondet augu. ad argumēta
pelagianorū dicēs ꝙ licet Abel. Noe: ⁊ Abraam: ⁊
Joannes baptista vitarūt peccata supradicta. hoc
tñ nō fecerunt in ꝓprijs viribus. sed ex gratia xp̄i
adiuti ⁊ liberati. Sed si fuissent in sua natura cor
rupta sine gratia derelicti: non solum supradicta:
sed peiora scelera cōmisissent. Est verū ꝙ nullꝰ san
ctorū supradictorꝫ potuit vitare originale peccatū Nota
quod anima contrahit per cōsortiū ex carne corrupta. a
qua regula fuit excepta beata v̄go Maria. vt aug.
ait ibidem vt declarabitur ps. xlv. Et ideo dicit au
gu. libro de sancta virginitate: ꝙ nullus sanctꝰ de
bet in se gloriari de sua iusticia: sed de gratia dei. ⁊
ideo dicit ꝙ magis tenetur iustus qui nunquā pec
cauit: quā penitens cui dimissa sunt multa: q: plu
ra peccata sunt dimissa iustis ꝙ peccatoribus. Nā
licet iustis non sint dimissa peccata que non com
miserunt: tamen sunt dimissa peccata que fecissent
nisi per gratiam fuissent preuenti. Et sic dicit Au
gustinus ꝙ magis tenetur diligere deum virgo. ꝙ
corrupta. Unde ait. deputate vobis tanꝙ omnino
esse dimissum quicquid mali a vobis non est regen
te illo cōmissum. Nā quisquis ab initio permanet
pudicus ab illo regitur. Et quisquis impudicꝰ est
ab illo deseritur. hoc idem dicit Aug. in homelia ꝺ
peccatrice cum ait: ꝙ non est peccatum quod fecit
homo: quin faciat alter homo nisi adiuuetꝰ ab illo
a quo factus est hō. Et in hoc pꝫ veritas huꝰ psal.
mi ⁊ prefate dubitationis: ⁊ huꝰ prime expositiōis
¶ Quantū vero ad secundā expositionem est
aduertendū sm Augu. ꝙ sicut in scientijs specula
tiuis est dare vnum principium a quo generaliter
habent virtutem omnia probata in illa scientia. vt
patet primo posteriorum. quo ignorato destruitur
⁊ ignoratur tota illa scientia. Ita pariter in actibꝰ
hūanis est dare vnū p̄mū principiuꝫ a quo sumunt
virtutem: ⁊ dirigantur omnes actus humani q̄d
quidem principium est deum esse iustum iudicem
omnium actuum ⁊ operationum humanarum: ⁊
premiatorem bonorum: ⁊ punitorem omniū ma
lorum. ¶ Ex quo sequitur illud generale. nullus
bonum irremuneratum. ⁊ nullum malum impu
nitum. quo principio negato destruuntur ⁊ cor
rumpuntur omnes mores: ⁊ omnes actus huma
¶ Hic pater intēdit explicare ꝛ cātare bona que spōsus accepit a patre in sua incarnatiōe sm humanitatē. ¶ Ad cuius intellectū est notandum sm q̄ supradictum est q̄ ista benedicta incarnatio a tota trinitate indiuise est effecta efficiēter ꝛs ad solā psonā verbi sit terminata: q: filij⁹ inquātus hō a tota trinitate ō: missus ꝓut explicatur. Esa. xlviij. vbi dicit filius: dns misit me ꝛ spūs ei⁹. Sed intātum tota ista incarnatio ꝛ missio actiue attribuit patri in hoc psal. ꝛ ceteris inquātū quicquid ps filius hs a patre ꝛ spiritus abutroq; ꝛ sic filius inquātū homo ꝛs nō solum a patre: sed etiam a se ipso inquātū deus ꝛ a spiritu sancto sit missus ꝛ hs quicquid habet: tñ sacra scriptura hic cōiter attribuit patri: ꝛ sic pater nō excludēdo alias psonas in hoc psalmo explicat bona que largitus est filio inquātū hō in sua incarnatiōe. Et sic ꝙs q̄ totus discursum euāgelicū quicquid hs etiaꝫ inquātum homo dicit se habere a patre vt inquit hylarius. Unde patrē ad filiū loqut: vel ipsum de aliquibus bonis cōmēdare: nihil aliud est nisi bona cōicare. sibi ꝛ donare. Et ideo pater in hoc psal. cōmemorat bona que dedit filio sm exigentiam nostre redemptionis. Sed quia ꝙs vt redemptor est rex pugil ꝛ iudex: ꝛ spōsus. Ideo pater quedā cōmunicauit filio tanq̄ regi: ꝛ quedā tanq̄ iudici: ꝛ q̄dā ꝛ tanq̄ spōso. quattuor ergo facit in hac parte. Nā primo explicat ea q̄ pater cōicauit filio tanq̄ regi. Scō tanq̄ pugili. Tertio ea q̄ cōicauit sibi tanq̄ iudici. Quarto ea que cōicauit ꝛ dedit tanq̄ sponso. ℌ. ibi. sagitte tue. tertia ibi. sedes tua. iiij. ibi. myrrha ꝛ gutta. ℰ Quātū ad primū est aduertendum q̄ tria sunt q̄ decorāt regē. ſ. pulchritudo corporis. Scō facūdia ꝛ sapiētia in loquēdo. Tertio ensis siue gladius regius quo cingit in signū regie potestatis ꝛ maiestatis. De primo ō: q̄ species priami erat digna imperio eo q̄ erat pulcher

Incarnatio facta a tota trinitate.

Tria regē decorant.

in statura ꝛ forma. De scō ō: ij. Regū. q̄ ex oībus partibus veniebāt ad audiēdam sapiētiā salomonis. De. iij. ō: cātico. iij. lx. fortes ambiūt salomonē tenētes gladios ꝛc. Pater ergo volēs cōstituere filiū suū regē totius vniuersi: etiā inquātū homo. hec tria dedit in sua incarnatiōe. Nam primo formauit ipsum opere spūsancti ex puris sanguinibus virginis pulcherrimum pre ceteris sine macula ꝛ labe. Scō posuit verba sua in ore eius: vt ꝓmiserat. Deutero. viij. Ideo dixerūt ministri sacerdotū. Joh. vij. Nūquid sic hō locut⁹ est. Itē Luc. xxiij. Hierūt duo discipuli de iesu nazareno qui fuit potēs opere ꝛ sermone. Et sic nō fuit similis sibi in facundia ꝛ sapiētia. Tertio tradidit sibi potestatē regiā. ꝛ ensem humanitatis ꝛ gladiū ad expugnādū dyabolū ꝛ potestatē faciēdi mirabilia. Et sic ista tria dedit pater xp̄o filio suo: que reddebāt ipm dignū regno vniuersali. Et hoc est q̄ dicit dauid in hac prima particula. Uñ ait pater ad filiū. O xp̄e tu es speciosus ꝛ pulcher forma inquātū hō pre ceteris filijs hoim q: in vtero materno pre ceteris speciosiorē te formauit. Nam cū oēs ceteri homines nō ꝛcipiant nisi ex libidinoso cōcubitu ꝛ mēstruoso ꝛ fetidissimo sanguine cōpaginētur: tu solus ex puris sanguinibus opere spiritussancti i vtero virgineo supra facultatē nature formatus fuisti. ꝛ cum oēs ceteri fuissent originali culpe primoꝝ parētum natura obnoxij: ꝛ fomitem morbo carnis sauciati. solus tu fuisti sm naturam inter mortuos liber. Et sic fuisti speciosus forma pre filijs hoim. Et nō solū fuisti speciosus quo ad supradictā puritatē ꝛ mūdiciā: sed etiā quo ad nobilitatē ꝛ cōperātiā cōplexionis eo q̄ nō ex motu celestiū corpoꝝ nec actiōe alicui⁹ naturalis agētis in quib⁹ sp est ꝛ accidit aliqs defect⁹ in ipso generatorꝫ ductor: ꝛs solo opere spūsancti facta fuit formatio illi⁹ corporis xp̄i ex puris sanguinib⁹ virginis Et nō solum fuit xp̄us speciosus forma pre filijs hominū in puritate ꝛ nobilitate cōplexionis: sed etiā in honestate aspectus. Nam oēs incitabat ad honestatē vite ꝛ ad reuerētiā sibi exhibēda ꝛ oīb⁹ incutiebat timorē vt in qt crisō. Possim⁹ etiā dicere q̄ tria sunt q̄ decorāt regē faciūt ipm dignum regno ꝛ imperio. Primo speciositas. ſ. scitas vite ne sit reprehēsibilis in vita ꝛ possit alios regere ꝛ corrigere. Scō vt sit gratus in loquēdo ꝛ doct⁹ ꝛ sapiēs: ꝛ vt alios nō solū p vitā: ꝛs etiā p doctrinā possit trahere. Tertio vt sit fortis ꝛ potēs in facti⁹ vt oēs venerent⁹ ꝛ timeāt eū. Hs q: xp̄s habuit oīa ista tria. Ideo pr̄ de supradictis tribus cōmendat ipm regē nostrū in hac particula hui⁹ cātici.

Tria sunt dignum regno.

Ideo quātū ad primū dicit: o xp̄e tu es speciosus forma pre ceteris filijs hoim quātū ad sanctitatē ꝛ puritatē corporis ꝛ aie ꝛ ad cōuersationem vite: q: in tuo corpore ꝛ alia nunq̄ locus potuit esse peccati: nec fuit in q̄ potō obnoxi⁹ in natura nec in p̄sona: q: nō ex ope adā natus nec ꝛceptus est sic ex cedis cēteros filios hoim i formam ꝛscitatē speciositatem virtutis. Scō excedis oēs i sapiētiam donis spūsancti: q: diffusa est gra in labijs tuis ad loquendum ꝛ docēdum: q: nō ad mensurā accepisti dona gr̄aꝝ: ꝓpterea. ſ. q: pater bādixit te in eternū do-

na gratiarū largiēdo vt alios doceat p̄ dicatione ꝛ doctrinā. Tertio o xp̄e potētissime in sacris accingere gladio sup femur tuū vt oīdas tuā regiā potentiā. Ad cuius intellectū est aduertendū q̄ triplicē gladiū siue ensem accepit ꝛ accinctus fuit xp̄s. Nā primo fuit accinctus gladio hūanitatis ꝛ carnis ad pugnādū cum diabolo vt in carne patiēdo ipm debellaret. Scō gladio ptātis ad operandū miracula. Tertio gladio p̄ne doctrine ad sendēda corda hoim. Nā hunc triplicē gladiū siue hoc triplici gladio p̄ accinxit filium: ideo ait o filij accingere gladio tuo. ſ. humilitatis ꝛ ptātis ꝛ doctrine vt sis potēs in ꝓlio ꝛ potētissimus ad vincēdū diabolū p mortē ꝛ passionē. Et ad subiiciēdum corda hoim p doctrinā ꝛ ad faciendū mirabilia p ptātē ꝛ virtutem paternam: ꝛ sic eris dignus regno ꝛ imperio hūdo ista tria supradicta. Uñ primo ait: specie tua ꝛ pulchritudine tua intende ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. ſ. tu regnabis ꝓspere p pter spēm ꝛ pulchritudinē sanctitatis vite: q: oēs fideles sequent̄ te ꝓpter scitatē. Itē. ij. dextera tua. ſ. ptās tibi a deo tradita deducet te in regni ꝓpter veritatē in dicēdo ꝛ docēdo ꝛ ꝓpter mānsuetudinē in cōuersando ꝛ iusticiā in cōrigēdo. Uñ ad maiorē intelligentiā est vter⁹ notā dū sm Arist. libro de motu aialiū q̄ dextera est potior pars aialis. eo q̄ ibi incipit motus ad oēs partes aialis. Et ideo sicut sinistra hoīs ō: ps infirmior eo q̄ nō hs ꝓprie principiū motus a se: ſ. a dextera. Hec aūt similiter diuinitas i xp̄o dicebat dextera. ꝛ humanitas sinistra: eo q̄ tota virtus ꝛ potestas deriuabat a diuinitate in hūanitatē: q: humanitas erat instrm in miraculis faciēdis. Et iō notāter ō: accingere gladio tuo sup femur tuum ſ. accingere gladio ptātis ꝛ virtutis sup humanitatē p quā instrumēraliter facies miracula ꝛ oīa opera redemptionis. Et ideo subdit.

ꝓ filio dicit hec.

Tria faciunt dignum regno.

De ose. d. iij. c. vlti. de ose. d. ij. c. ultimo ratur.

Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intende ꝓspere ꝓcede ꝛ regna.

Propter veritatē ꝛ mansuetudinē ꝛ iusticiā: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua.

¶ O xp̄e regna ꝛ incipe ꝛ ꝓcede regnare ꝓspere ſ. ad ꝓsperitatē ecclie: ꝛ intēde ꝛ ꝓcede in ope p̄dicationis ꝛ miraculoꝝ ꝛ mortis ꝛ passionis ad q̄ ops missus es. Et regna post resurrectionē ascēdendo: ꝛ hoc facies specie ꝛ pulchritudine sanctitatis ꝛ virtutis. Hā dextera tua. ſ. diuinitas verbi deducet ꝛ diriget te in oī ope redēptiōis ꝓpter veritatem ꝛ mansuetudinem ꝛ iusticiam: q: his armis vinces diabolum ꝛ triumphabis de eo.

Sagitte tue acute populi sub te cadent in corda inimicorum regis.

¶ Hic memorat arma q̄ xp̄us tradidit apostolis ad debellādum mundum. Ad cuius intellectū est notandum q̄ xp̄s per seipsum vicit diabolum in morte ꝛ passione: ꝛ expoliauit infernum ꝛ tulit le

gem euāgelicā ꝛ fecit miracula: ꝛ predicauit i sola terra p̄missionis. Sed per aplos suos predicauit in partib⁹ remotis ꝛ pplo gentili ꝛ eiecit dyabolū foras: ꝛ subiecit sibi oēs nationes. Et iō cōicauit ꝛ tradidit aplis arma sua ꝛ sagittas euāgelicas ꝛ ptātem ꝛ virtutē faciendi miracula in virtute nominis iesu sicut dcīn est psal. viij. ꝛ. xviij. ꝛ sic aplī cū sagittis vbi euāgelici feriebant ꝛ penetrabant corda hoim: ꝛ psternebant eos a cultu idoloꝝ ꝛ superbia vite ꝛ subiugabāt iugo fidei ꝙ hoc est quod dicit p̄ ad filium. Uñ ait. O fili xp̄e. Sagitte tue acute. ſ. verba euāgelica per tuos aplos missa ꝛ p̄dicata cadent sub te in corda inimicorū regis populi. ſ. in corda infidelium tā iudeorū q̄ gentilium. ꝛ sic populi cadent sub te victi ꝛ cōuersi ad fidē. Et alij cadent in ꝓpetuā dānationē. Et nota q̄ tam aplī q̄ ꝙa euāgelica dicunt sagitte in scriptura a velocitate: q: aplī fuerunt a xp̄o per totū mundū velociter missi. Et ipsa verba euāgelica mittebantur ex ore aplorū feriebant corda inimicorū regis xp̄i. Et sic oēs ppli cadebant a sua superbia ꝛ perfidia ꝛ superstitiōe idoloꝝ ꝛ subiiciebātur iugo xp̄i: ꝛ oīa ista fiebant in virtute nois iesu: ꝛ vbi euangelica in quibus ostēsa fuit xp̄i regia potestas ꝛ triumphus ꝛ victoria. de quib⁹ sagittis patebit psal. lxiij. ꝛ. cxxvj. ꝛ Esa. lxvj. ꝛ nota q̄ iste versiculus. ſ. sagitte tue acute ppli sub te cadent in corda inimicorū regis. Et iaꝫ potest cōstrui per zeuma reducendo illud verbū: cadent ad diuersam sit sensus. Sagitte tue euāgelice cadent ꝛ figent̄ in corda inimicorū regis xp̄i messie. Et sic ppli gentiliuꝫ sagittis tuis vulnerati cadent victi sub te ꝛ sub iugo tuo.

Ad heb. ej. b. ꝛ ex tra ō sic era. vnc. c. vnico.

Sedes tua deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui.

¶ Hic pr̄ tribuit xp̄o sedē iudicialē ꝛ sceptrū siue virgā inquātū misit ipsum tanq̄ legislatorē ciuitatis: ꝛ tradidit sibi iudiciariā potestatē ēt inquātū hō. Unde nota q̄ xp̄s inquātū hō fuit vnctus in regē ꝛ sacerdotē a primo instanti incarnationis nō oleo materiali sicut ceteri reges ꝛ sacerdotes ve. te. sed oleo spirituali ꝛ leticie ꝛ gr̄e spūs sancti vt dctm est. ꝛ istam gr̄am nō accepit ad mēsurā sicut aplī: ꝛ ceteri sancti: sed sine mensura redundat in aiam xp̄i averbo ꝓpter ypostaticā vnionē: ideo talis plenitudo gratie ē fontaliter i xp̄o a qua oēs accepimus etiam a primo instanti conceptionis data est sibi potestas iudicialis ꝛ regalis: sed non ostendit eam nec voluit q̄ publicetur nisi post ascensionem. ideo dicit Mat. xxviij. Data est mihi potestas in celo. Et ista sedes xp̄i ꝛ iudiciaria potestas tradita xp̄o etiam inquantuꝫ hō est eterna a parte post: q: meternum xp̄s etiā inquantum homo sedebit ad dexteram patris ꝛ iudiciuꝫ suum erit ineternuꝫ: quia in die iudicij impios ad penam eternam destinabit: ꝛ bonos ad gloriam sempiternam. Et sic sua sedes ꝛ suum sceptrum: ꝛ virga dicitur eterna ꝛ directa ꝛ inflexibilis. Dicit ꝙ pr̄ ad filiū: o xp̄e deus ꝛ hō sedes tua iudiciaria quā dedi tibi in tua ꝛceptiōe ꝛ ascēsione nō ē data tibi ad mensurā ꝛpis: sed in seculum seculi ꝛ virga regni tui: ꝛptās non est iniusta nec flexibilis

Universidad de

ad aliquā passionē pp odiū t amorē sicut tyrānoꝝ. Sz est ꝥga directiōis t rectitudinis tribuens vnicuiq; qđ suū est. sz opera sua non declinās ad dexteram nec ad sinistram. Et probatur per effectuz q tuā sceptrū iste rectum t iustum. Nam semper.

Ixxxv. d. c. odio. xviij. q. iij. pulo.

Dilexisti iusticiam t odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis.

¶ Dilexisti iusticiā. i. hoies iustos t odisti iniqtatē in hoib? p̄auis. Nā illos p̄miasti: hos punisti t reddit cām quare xp̄s dilexit iusticiā t odiuit iniquitatē: nō potuit iudicare nec poterit nisi recte: q: in eo nulla est passio nec iniquitas: q: nō traxit naturā corruptā sicut nos oēs q: nō ex ope adam nat? est. Itē q: ab initio siue cōceptiōis fuit vnct? oleo spūs scti oim donoꝝ: nō ad mēsurā q: quit sup eū spūs sapie: intellect? t spūs cōsilij t fortitudinis. Et fuit iusticia cingulū renū eī. Et sic semper iudicabit in̄a iusticia. vt p̄z. Esa. xj. Nā dona spūalia erāt quasi principiū formale operandi in xp̄o quo ad opa iusticie iō nō potuit errare. Et iō ait pk ad filiū: o deus xp̄e scōa psona in trinitate: pterea dilexisti iusticiā t odisti iniqtatē: q: deus tuus pk vnxit te in tua cōceptiōe: oleo leticie per cōsortibus t ptic̄ipibus tuis regibus t sacerdotibus: q: illos p̄cepit vngi oleo materiali t figurali t te vnxit oleo spūali. Et dāt reges t sacerdotes cōsortes xp̄i: inquantū ab eo hñt oēm ptātē t inquātū xp̄m figurabāt. Itē ls apl̄s t oēs xp̄iani cōsortes t ptic̄ipes xp̄i sūt vncti oleo spūali: t acceperint spūm scīm: eū oēs acceperūt ad mēsurā deriuatiue a xp̄o. Sed xp̄s nō accepit ad mēsurā: sed fontaliter hz in se pp̄ter vnionē ypostaticā verbi. Itē xp̄s nō fuerus est vt mūdarēt a pctō t liberarētur sicut ceteri oēs sed vt ab eo oēs acciperem? gr̄am p gratia. Et iō ꝺ̄ vnctus p̄ consortibus suis i. aliter t nobilius t perfectius. ℣ ¶ Ex p̄dictis in textu inferunt quattuor manifeste cōclusiones

messias est deus

cōtra iudeos. ¶ Prima q̄ messias in lege p̄missus est deus: p̄batur. Nā sm ioathā abenhuziel t oēs antiquos t autēticos hebreos iste psal. est factus de rege messia. Et iste speciosius t accinctus gladio t armat? sagittis: vnct? oleo leticie pre cōsortibus suis: est rex messias sm eos: t istū vocat deus pater deū in hoc psal. Primo cū dicit sedes tua dē. Scōo cū dicit o dē p̄pterea vnxit te deꝰ tuus. Tertio cū dicet infra qm̄ ipse est dñs dē tuꝰ q̄ sequit q̄ messias est verꝰ dē. ¶ Scōa cōclo q̄ in

In diuinis sunt plures psone

diuinis sunt plures psone q̄ vna: p̄bat: nā ibi est deus vngēs t deus vnct?: sed vna t eadē psona nō p̄t cē vngēs t vncta. ḡ sunt due psone. s. p̄r vngēs t dē vnct? q̄ est filiꝰ. Et hz psona spūalit nō nisi liter explicet: tū satis explicat: t intelligit sm proprietatē p ly oleo leticie q̄ est spūs sc̄tus: tūs alias sc̄tificās: penetrās: t sc̄tos p̄phetas faciēs. ¶ Tertia

Nota.

cōclo: q̄ hz xp̄s sit deus t hō tū nō fuit vnct? quo ad deitatē: sz quo ad humanitatē q: primo mō nō indiguit vnctiōe. ¶ Quarta cōclo: q̄ hz xp̄s sit hō t ex hoc accepit virgā t sedē iudiciariam a p̄re: tū ista sedes est eterna a p̄re post q: in eternū puniet malos t bñficabit t glorificabit bonos. De quo

regno dr. Lu. j. regni eius nō erit finis. Dubitatio. ¶ Sz hic oritꝰ dubiū p hoc qđ ait ꝥga directiōis: t dilexisti iusticiā. Nā vt q̄ xp̄s dilexerit iniqtatē q: dilexit matheū theolonariū: paulū p̄secutorē: t magdalenā peccatricē t absoluit adulterā: t dedit latroni paradisum: q̄ sceptrū est? nō est rectū. Ad ꝺ rñdet q̄ dē nō odit naturā hoīs q: de se bona est: sz odit petrū t iniusticiā in hoīe. Ideo qū hō abiecit petrū t se iustificat p pniam: ia dē nō repit cām in hoīe vt odiat eū: immo eēt iniust?: si tp̄s odiret sm legē positiuā. Et iō xp̄s nō dilexit matthеum nec paulū peccatores sz iustificatos per pniaz. Et sic odiebat in eis petrū q: in eis petrū destruxit t sic xp̄s iuste agit cū venia negauit magdalene nec latroni nec ceteris penitentib? t sedes ꝥga ecclesiastica xp̄i absoluit penitentes t excōicat obstinatos t rebelles: t sic semp remanet recta. Et sic ꝥga iudicialis xp̄i tā in hac vita q̄ in fine vite cuiuslibet q̄ in gñali t nouissimo iudicio semp erit iustissima. Iustitia.

Myrrha et gutta et cassia a vestimentis tuis a dominis eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo.

Argu. xlv. di. p. j. et xliij. dist. sit rector.

¶ Hic p̄ pōnit filio t ornat eū vestimētis nuptialibus: inquātū sponsus ecclie. Nā postq̄ superꝰ tradidit sibi signa regalia t trisuphalia t iudicialia. Hic tradit insignia t ornamēta nuptialia conuenientia ad desponsationē ecclie vt diligat a spōsa. ℣ ¶ Sciēdū est notandū q̄ tres nuptie legunt in scriptura quas p̄ fecit filio suo. Prio fuerunt nuptie incarnatiōis in qb? dē vniuit sibi hoiem in vnitatē suppositi. De qbus Joh. j. Verbū caro factū est. t Mat. xxij. Simile est regnū celoꝝ hoī regi qui fecit nuptias filio suo &c. Scōe fuerūt nuptie reconciliatiōis in qbus xp̄s vniuit sibi totā ecclesiā in vnitate mystica: de qbus ait ambrosius. Hodie celesti spōso iuncta est ecclia: vbi xp̄s in iordane lauit nr̄a crimina. Tertie nuptie fuerūt glorificationis que facte sunt in die resurrectiōis vbi xp̄s recepauit corp? gl̄iosum. Que pficient nobis in die iudicij: vbi nos resurgemus induti stola gl̄ie: de q̄ bus apo. ij. Gaudete t exultate qm̄ venerūt nuptie agni t sponsa ornauit se. In primis nuptiis spōsus indutus est carne t humanitate speciosa t gratiosa tāq̄ rex. Et accinct? est gladio sagittis tāq̄ pugil vt dictū est. Et in tertijs nuptijs. s. glorificatiōis accepit sedē eternā t virgā directiōis tanq̄ iudex: vt patet Mathy. vltimo. Data est mihi omnis ptās in celo t in terra: vt est dictū in secūdis nuptijs scilicet reconciliatiōis que facte sunt in iordane: q̄n xp̄s baptisauit se in capite p nobis mēbris: tūc accepit vestimētū baptismale in persona oīm nostrū: q: oēs fuimus in ea baptisati: ad roma vj. Et in carne accepit vestimēta flagellor t mortis t passiōis t sanguinis: q: totus fuit perfusus sanguine t vestitus. De quo vestimēto habetur. Esa. lxij. Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestibus de bosra. Quare rubrum est vestimētum tuū. Et finaliter de latere xp̄i exiuit sanguis t aqua: vñ oia ecclesiastica sacra sumpserūt virtutē. Ideo tota ecclesia dicit sponsa xp̄i inquantū ipsam sibi copulauit. Et dicit filia xp̄i inquantū ex

Tres nuptie in scriptura.

Nuptie incarnationis.

eius latere exiuit: sicut eua ex adā. Ex quibus p̄z q̄ prime nuptie. s. incarnationis: fuerūt dispositio ad secūdas nuptias. s. nostre reconciliationis. q: in illis assumpsit carnē mortalē passibilē: t in q̄ fuit baptizatus t passus postea in secūdis nuptijs accepit vestimēta baptismi t passionis. Illi duas secūdas nuptias t bec vestimenta memorat p̄pheta in hac parte. ¶ Unde est iterū aduertēdū q̄ xp̄s in cepit scōas nuptias a baptismo: t p̄cessit per suā predicationē vocando sponsam ad fidē sui t perfecit eas in sua passione. Ideo triplex vestimētuz accepit xp̄s. s. sanctitatis t pnie. scōo vestimentū doctrine: tertio vestimētū passiōis. Ideo ista tria vestimenta memorat p̄phet? notificat hic p tres species aromaticas. s. per myrrhā: guttam t cassiā. Per myrrhā enim intelligit passionē t mortem. Per guttā intelligit pniam t sanctitatē vite. per cassiā intelligit lenitatē t suauitatē doctrine: fuit ergo xp̄s in secūdis nuptijs bis trib? vestibus idutus t vnctus. s. indumento sanctitatis t pnie in cōuersatione vite t vestimēto sapientie t doctrine t vestimēto amaritudinis t passionis. A quib? trib? vestimentis spirant t effumant tres salubres odores in tota ecclesiā quib? mēbra sequūtur sponsuz suū xp̄m. de quibus odoribus habet canticoꝝ. j. odore currimus vnguentoꝝ tuoꝝ. Nā martyres sequūtur xp̄m in odore myrrhe t passionis: t ysaias nest cōtinētes t heremitet oēs penitentes in odore gutte siue sandali sanctitate vite: doctores vero secuti sunt xp̄m in odore doctrine. Et sic oēs currimus in odore expirantē t affluentē a vestimētis xp̄i. Dicit ergo p̄ ad ti iō o xp̄e spōse ecclesie: nō solum te ꝺ̄ilicui regē speciosū forma p̄ filijs hominū t gratiosum: t ꝺ̄initui te pugilē accinctū gladio t sagittis ℣ dyabolum: t ꝺ̄stitui te iudicē oēs tibi sedē eternā t virgam: sed eriam dedi tibi totam ecclesiam in sponsam. In quib? nuptijs induit te tribus vestimentis. s. sanctitatis doctrine t passionis. A quibus vestimētis tuis nuptialibus expirant t affluunt tria aromata. s. myrrha passionis t gutta siue sandali sanctitatis vite t cassia suauis tenis doctrine. Ista tria aromata siue odores expirant a vestimentis tuis tanq̄ supple a domib? idest capsis t pixidibus eburneis: in quibus reponuntur ista tria aromata. Et quibus odoribus te delectauerunt t oblectauerūt: t lerificauerūt mulre pueller nobiles filie regū in honore tuo. i. ad honorem tuum. Nam katherina que fuit filia regis: t agatha. t agnes. t cecilia t multre alie virgines que fuerunt de genere regū: secure sunt te in odorem vestimentorum tuorum: immo obtulerunt tibi ista tria aromata t istos tres odores. s. myrrhā martyrū. t guttam sanctitatis t cassiam bone doctrine: in quibus odoribus valde delectaris: t tales odores habes gratos t acceptos. Ista tria vnguenta abstraxerunt virgines t martyres a domibus t capsis t corporibus suis eburneis. s. albis p puritatē t fortibus per cōstantiam: t rubicundis p martyriū. Est enim ebur albū t solidū t rubicundū per qđ denotat puritas virginis. t constantia t rubedo martyrum t sanctorum fortitudo doctoꝝ t firmitas doctrine eoꝝ. Hoc idē p̄t intelligi ad

Passio xp̄i dicit myrrha.

Sponsalia nuptie. Xp̄i vestimenta.

lam de magdalena t maria iacobi t salome q̄ fuerūt de genere regali t de domo dauid: que his vnguentis t aromatibus vnxerūt xp̄m in honorez sepulture. ℣ ¶ Sed ad maiorē euidētiā est valde notandū q̄ virtus passiōis xp̄i ꝺ̄ metaphorice myrrha: p̄pter accōmodatā similitudinē: nā myrrha ē queda parua arbor aromatica: q̄ nascit in arabia: cui? succus ꝺ̄ etiā myrrha: q̄ quidē arbor agitata a ventis ℣ hīs. s. ab aquilone t austro: emittit sudo dē p̄ciosissimū admodū gūmi q̄ ꝺ̄ prima myrrha: sed q: nō p̄t exire multū ō succo primo mō: ideo agricole vulnerāt arborē faciēdo pariam incisionē in latere trunci: vnde emanat copia succi t liquoris. Et sic totus ille liquor q̄ egredit ab illa arbore in mense martij: tā per agitationē ventorū q̄ p incisionē factā in latere ꝺ̄ myrrha prima t electa virtuosissima: t p̄ciosissimā p̄seruās ab omni corruptiōe: t sanans t desiccās oēm putredinez. Iste autē liquor qui emanat in mēsibus sequētib? ꝺ̄ myrrha secūda que licet sit bona: tñ nō est tanti valoris t ūtutis. Ad huī? ergo arboris liquoris similitudinē: tā xp̄s q̄ sua passio ꝺ̄ prima myrrha t electa. Nā in mense martij xp̄s fuit agitatus t afflictus a duob? ventis ℣ hīs. s. a iudeis t p̄late cū suis ministris de pp̄lo gentili q̄ p̄mo in p̄orto emisit iudee sanguinis postea p flagella t clauos tandem per vulnꝰ lateris exiuit sanguis et aq̄ in remissionē pctoꝝ. Unde oia sacra receperūt virtutem. Et sic patet qualiter a vestimētis p̄uenit xp̄i fluxit illa myrrha passionis cui? virtꝰ fuit recepta t reposita in domibus t capsis eburneis ecclesiasticoꝝ sacramētoꝝ. a quib? capsis iugiter ecclesia educit vnguentū ex myrrha t cassia t gutta passionis xp̄i p̄fectū ad sanandas oēs infirmitates t vulnera peccatoꝝ: in quib? vnguētis xp̄s valde delectat p̄pter reconciliationē fideliū. Et hoc est qđ inferēdit dicere dō cū ait. myrrha t gutta &c. ¶ Dicta est q̄ istud nomen mor in hebreo idem est q̄ mussus: sed in arabico significat amaritudinē. Et iō ihieronymus. t. lxx. vbicunq̄ in hebreo. sz psal. t canticis canticoꝝ inuenerunt mor tradurerunt myrrham que est amara per quā significat amaritudo. passionis. Et sic myrrha siue mor est cū eis cum ad musēum: t ad illam speciem aromaticam amaram que p̄seruat a corruptione. Ideo mel? videt dicere ihiero. t. lxx. nā iudei moderni in magna pte p̄diderunt veras significatiōes vocabulorū hebraicoꝝ p̄pter longam obliuionē. Ideo in significatione vocabulorum hebraicoꝝ magis est credendū arabibus q̄ iudeis modernis. eo qđ arabes omnes vulgariter loquūtur lingua arabica: que est valde vicina lingue hebraice magis: q̄ hyspania italice. Nam arabica t syriaca: t hebraica immediate descendūt a caldea: vt dictum est in principio. s. in prologo tractatu sexto.

xxxij. q. v. cap. ij. paulus.

Astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circundata varietate.

¶ Qz sup̄ q̄ pk ornauit sponsū sup̄adictis trib? nuptialib? vestib? ibi ꝺ̄ hac. ij. pte principali intendit ornare spōsā. s. ecclesiā: t copulare eā spōso suo t cantēdo cōmēdat eā i ornatu t apparatu nuptiali.

Universidad de Barcelona Biblioteca

Eccle sia xpi spōsa.

¶ Unde dicit pr̄ p̄mo ad filiū vt accipiat spōsam sibi. & ait. O rex xpe fili accipe ecclesiā tibi in sponsam. q: iam ipsa regina .s. ecclia astitit tanq̄ regina a dextris. i. in portionib⁹ bonis tuis: & nō ē nuda: imo sedet in vestitu deaurato circūdata varietate: q: eisdē vestimētis tuis est inducta: & indui ti eā. Mā iā sequitur te per fidē spem & charitatē q̄ effluūt & spirant a vestimēt̄ tuis: & iā sequē te p̄ sanctitatē & doctrinā & martyriū. Ergo iā ornata est vestibus nuptialib⁹ & decentib⁹: nā ipsa astat tibi in vestitu de aurato palledine siue palloze charitatis: & circūdata & amicta varietate vestimētoz & colorū. .s. alba per fidē & puritatem: & cerulea per spem: & rubicunda per martyriū: & pallida p̄ pniaz & splendens veritate doctrine. Itē est circūdata & vestita varietate diuersoz sacrōz. .s. baptismi confirmatiōis. pnie. eucharistie. extreme vnctiōis: itē est circūdata diuersitate & varietate statuū. .s. virginū viduarū. cōtinentiū & ligatoz. heremitaruz & aplōz doctorū. euāgelistarū p̄dicatoz: & varietate religionū & varietate linguarū: q: iā credūt greci: latini: scyte: indi: caldei. Itē varietate moris & p̄suetudinū in cultu: sed oib⁹ est vna fides: vnū baptisma. Ideo vnica est colūba & sponsa. Unde est aduert̄dū q̄ tota ista varietas vestimētoz ecclē fluit & emanat a varietate vestimentoz xp̄i: ō quibus supradicē est in p̄ncipio superiori. Mā sicut i mūdi creatione vnus & idē de⁹ fin diuersitatem ideaz causando filitudines illaz ideaz p̄duxit varietatem & diuersitatē creaturaz & specieū: ita xp̄s in nostra regeneratione & ecclesie desponsatione: multiplicando similitudines vestimentoz suoz causauit varietatē p̄fectionū in ecclesia spōsa sua. Mā sicut deus lucet in oib⁹ creaturis: & sic dat eis esse naturale: ita xp̄s & redēptor & regenerator lucet in ecclesia & mēbris suis & sic dat eis esse gr̄e.

Mūdus a sole habet tria ecclia a xpo.

Itē sicut mūdus a sole h⁹ tria. .s. lumē calorē & influentiam: ita ecclesia h⁹ a xpo: lumē fidei: & calorē charitatis: & influentiam spūs p̄pter quā operatur. Unus ergo xp̄s h⁹ ista tria aromata & vestimenta. .s. passionis & sanctitatis & doctrine: aspirādo & lucendo in ecclesia per passionē: causat varietatez septē sacrāmētoz ad sanandas infirmitates. Secūdo ex gutta siue sanctitatis causat in ecclesia diuersitatē religionū & statuū sc̄oz. Sed ex vestimento doctrine influit septē dona & gr̄a gr̄arū & sic alios fecit aplos: alios euāgelistas &c. Et sic ecclesia sedet a dextris xp̄i circūdata varietate: q̄ ola fluūt ab eodē xpo: nā per vnū & eūdē spiritum spirat & distribuit vnicuiq; dona gr̄arum: prout vult. Mā sicut dictum est in plogo est dispensatoz bonorum patris. Dicit aūt ibi ero. ad p̄ncipia q̄ bucul q; loquit̄ pphet̄a: & ea q̄ sequunt̄ sunt ꝟba p̄ris ad spōsam. sed magis cōformis videt̄ supradicta sinia

p̄cip. q. j. loquitur

Audi filia & vide & inclina aurē tuam. & obliuiscere populū tuū & domū patris tui.

¶ Postq̄ superius p̄ dixit xpo vt acciperet ecclesiā in sponsam: nūc dicit ecclesie vt accipiat xp̄s in spōsum: vt appareat ꝟsensus vtriusq;. Mā i spōsalibus in p̄mo loco q̄rit̄ ꝟsensus spōsi: & in secundo ꝟsensus spōse: & hūc ordinē fuat nūc eccl'a. Et ideo post⁹ pater h⁹ ꝟsensum spōsi nūcupat. ad monet sponsā vt accipiat & sequat̄ & veniat ad spōsum suū xp̄m: q: nemo venit ad filiū nisi pr̄ trapserit eū per gr̄am. nā quos pr̄ ab eterno p̄destinauit hos xp̄s vocauit & iustificauit & regnauit. Ad Ro. viij. Dicit ergo pr̄ ad sponsam ecclesiā. Audi filia per creationē & regnationē. audi vocē euāgelicaz filij mei: & vide eoz miracula & eoz sanctitatē: & vide per fidem: & inclina aurē tuā voluntatis p̄bendo assensus. Et tu cetus gentiliū ꝟuersoz: obliuiscere p̄pl'm tuū idolatraz. & tu cetus aplōz & scipulom & cōuersoz ex iudeis obliuiscere domū. .i. synagogā patris tui moysi. .i. ritū cerimonialiū & ceteris lkam: sed spūs. Nota q̄ ista sponsa dū erat i domo patris sui absq; & moysi: induebat vestibus vilib⁹ & vetustis cerimoniarū & legaliū. & ideo p̄cepit deus vt relictis vestib⁹ cerimoniarū omes vestibus nouis euāgelicis sacrāmētoz xp̄i aptaz vt a spōso cōcupiscat. Et ideo dicit obliuiscere domū patris tui: quasi dicat exue veterē hoīem & indue vestes quas tibi dat nouus sponsus.

Et cōcupiscet rex decorem tuū qm̄ ipse est dñs deus tuus & adorabunt eum.

De sacra vnctiōe .c. vnico.

Et filie tyri in muneribus: vultum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis.

¶ Xp̄s rex sponsus cōcupiscet decorē tuū: & eris sibi grata: aliter abiciet te quasi abhoīabilē: egredere q̄ de domo natiuitatis & p̄ris tui: & itra thalamū sponsi xp̄i: qm̄ ipse est dñs deus tuus in lege p̄missus. Itē o tu pple gentilis obliuiscere populū tuū: & patres tuos & domū. .i. deluba & superstitiones idoloz: q̄ nō sunt veri dñi sed demonia: & cōuertere ad sponsū ecclesie qm̄ ipse est dñs deus tuus & nō idola. Et ideo adorabunt eū iudei sup. & adorabūt eū filie tyri. .i. oēs cōuersi ex gētilib⁹ in muneribus. .i. sibi munera offerētes. Mā magi venientes ab oriente obtulerūt in sua natiuitate aurū thus & myrrhā. Et cōstātinus & ceteri iperatores & reges tēpla & eccl'as xp̄o cōstruxerunt & magna donaria & ornamenta obtulerūt. Un̄ nota q̄ ꝟsus & sinia incipit ibi. .s. & adorabūt. Un̄ nota q̄ ver sus & sinia incipit ibi. .s. & adorabūt eū filie tyri in muneribus. .i. tot⁹ pp̄l's gētilis & sic exponit hāc p̄culā aug. de fide rerū inuisibiliū. Et cōuersus p̄ ad filiū dicit. o fili rex messia: intamē: p̄sperabit regnū tuū per vniuersū orbē: q̄ nō solū reges: sz oēs diuites plebis deprecabunt̄ vultū tuū. .i. ante vultū & imaginē tuā orabunt in tēplo. & celebrabunt diuina officia: & desiderabunt videre vultum tuū hic p̄ gr̄am & in futuro p̄ glorią. ¶ Et supradictis apparet & inferunt̄ q̄tuor cōclusiones. Prima quidē est q̄ xp̄s rex messias in suo aduentu debebat repudiare & abdicare synagogā: & abolere legalia & dare nouā legem. & declarare le. ve. per hoc quod ait. Audi filia ꝟide & inclina aurem tuam. & obliuiscere populum tuum: & domū p̄ris tui. q. d. audi nouā doctrinā sponsi: & crede sibi tu de eoz miracula. & obedīēdo, sequere eū dimittendo synagogā & vetustatē legis. & mores antiquos.

Nota.

¶ Secūda ꝟclō q̄ post publicationē euāgelij legalia non sunt deo grata nec accepta: sed sola sacramenta noue legis per hoc quod subdit. Concupiscet rex decorē tuum. ¶ Tertia cōclusio q̄ rex messyas est verus deus. p̄ hoc q̄ subdit. Qm̄ ipse est dñs deus tuus & adorabūt. ¶ Quarta ꝟclusio q̄ principalis articulus & fundamentū ecclesie p̄ hoc q̄ differt xp̄ianus a nō xp̄iano: est credere in xp̄m verū deū & hominē & messyā in lege p̄missuz per hoc q̄ dr̄. Audi filiam vide. quasi dicat q̄ solus ille est filius dei adoptiuus qui credit in xp̄m & abdicat oēs alios ritus & cerimonias & superstitiones. q: aliter nō concupisceret a xpo sponso nec esset mēbrū eius nec de gremio ecclesie.

xp̄ianoz

Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis circūamicta varietatibus.

¶ Hic dat causam quare debebat xp̄s repudiare synagogā: & deluba gentiliū & ornatū eoz: & cōcupiscere & eligere ecclesiā. ¶ Mā tota gl'ia synagoge erat in apparatu exteriori: & in actib⁹ materialibus. q: oia intelligebāt ad litterā: & p̄ sola opa exteriora putabāt iustificari. Et ideo tota gloria regni salomonis erat in apparatu ornamentorū & vasoū aureoū. & sic tota gloria iudeoz referebatur ad corpus. & nihil ad aiam nec curabant de interiori iustitia. Sed oppositū docet lex euāgelica. nam vera iustitia & ornatus dr̄ esse in nobiliori parte: sed aia est nobilior corpore: ergo verus ornatus dr̄ esse in aia. Maz deus rōne anime diligit hominē. ergo potius vult sibi despōsare aiam q̄ corpus. ergo totum ornatū & apparatū magis desiderat in aia q̄ in corpe: & sic homo magis dr̄ iustificatus in aia q̄ in corpe: & p̄ cōsequēs magis p̄ actus interiores q̄ exteriores cū possint esse ficti & falsi: & sic deus magis acceptat̄ respicit affectū & intētionē q̄ effectū exteriorem: vt ait saluator. Mat. v. Et ideo dicit hic gloria huius spōse non cōsistit in apparatu exteriori sicut regni salomonis: cuius tota gloria erat in pellibus & pānis vtalis aureis & argēteis. & similiter est dicendū de tēplis gentiliū: sed tota gloria eius. id est iustius spōse filie regis sc̄z eccl'e est abintus in actibus & in deuotione interiori. & in ornatu spirituali sacramētorum ecclesie. Et sic etiā ornatus xp̄ianoz̄ & iustitia & p̄fectio nō cōsistit in actibus exterioribus sed in ornatu aie & deuotione & virtutibus & non in apparētia & vana gl'ia exteriori sz in bona intentione interiori: ne q̄s foris ostēdit: intus a merce de euacuet. q: xp̄ianus nō expectat premiari nec felicitari in hoc mūdo: sed in alio: & talē aiam concupiscit xp̄s & despōsat sibi. Ideo h⁹ ecclesia sponsa xp̄i sit circūamicta varietatibus ad extra: & eī vestis sit cōtexta varietatibus statuū sc̄z cōiugato toz̄ viduarū virginū: & in abintus oibus est vna fides. vna charitas. vnū baptisma. & vnicā expectāt gloriā. & sic tota gloria eoz̄ est in aia. Un̄ tali vestitu deaurato & tali amictu contexto varietatib⁹ colorū p̄fectionū & virtutū ornauit deus pater spōsam filij & talem spōsam concupiuit xp̄s repudiata synagoga & gētilitate que in solio ornamentis mundanis & exteriorib⁹ delectabāt & putabāt iustificari. Totumetiā hoc potest referri ad legem moysi & ad totā scripturā ve. te. cuius veritas non consistit in littera exteriori: sed in sensu spūali interiori: que q̄dē lex vetus est quasi tunica & vestis

p̄ncipis rex decorē tuum. ¶ Tertia cōclusio q̄ rex messyas est verus deus. p̄ hoc q̄ subdit. Qm̄ ipse est dñs deus tuus & adorabūt. ¶ Quarta ꝟclusio q̄ principalis articulus & fundamentū ecclesie p̄ hoc q̄ differt xp̄ianus a nō xp̄iano: est credere in xp̄m verū deū & hominē & messyā in lege p̄missuz per hoc q̄ dr̄. Audi filiam vide. quasi dicat q̄ solus ille est filius dei adoptiuus qui credit in xp̄m & abdicat oēs alios ritus & cerimonias & superstitiones. q: aliter nō concupisceret a xpo sponso nec esset mēbrū eius nec de gremio ecclesie.

xxvij. q. j. nuptiarum.

Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis circūamicta varietatibus.

¶ Hic dat causam quare debebat xp̄s repudiare synagogā: & deluba gentiliū & ornatū eoz: & cōcupiscere & eligere ecclesiā. ¶ Mā tota gl'ia synagoge erat in apparatu exteriori: & in actib⁹ materialibus. q: oia intelligebāt ad litterā: & p̄ sola opa exteriora putabāt iustificari. Et ideo tota gloria regni salomonis erat in apparatu ornamentorū & vasoū aureoū. & sic tota gloria iudeoz referebatur ad corpus. & nihil ad aiam nec curabant de interiori iustitia. Sed oppositū docet lex euāgelica. nam vera iustitia & ornatus dr̄ esse in nobiliori parte: sed aia est nobilior corpore: ergo verus ornatus dr̄ esse in aia. Maz deus rōne anime diligit hominē. ergo potius vult sibi despōsare aiam q̄ corpus. ergo totum ornatū & apparatū magis desiderat in aia q̄ in corpe: & sic homo magis dr̄ iustificatus in aia q̄ in corpe: & p̄ cōsequēs magis p̄ actus interiores q̄ exteriores cū possint esse ficti & falsi: & sic deus magis acceptat̄ respicit affectū & intētionē q̄ effectū exteriorem: vt ait saluator. Mat. v. Et ideo dicit hic gloria huius spōse non cōsistit in apparatu exteriori sicut regni salomonis: cuius tota gloria erat in pellibus & pānis vtalis aureis & argēteis. & similiter est dicendū de tēplis gentiliū: sed tota gloria eius. id est iustius spōse filie regis sc̄z eccl'e est abintus in actibus & in deuotione interiori. & in ornatu spirituali sacramētorum ecclesie. Et sic etiā ornatus xp̄ianoz̄ & iustitia & p̄fectio nō cōsistit in actibus exterioribus sed in ornatu aie & deuotione & virtutibus & non in apparētia & vana gl'ia exteriori sz in bona intentione interiori: ne q̄s foris ostēdit: intus a merce de euacuet. q: xp̄ianus nō expectat premiari nec felicitari in hoc mūdo: sed in alio: & talē aiam concupiscit xp̄s & despōsat sibi. Ideo h⁹ ecclesia sponsa xp̄i sit circūamicta varietatibus ad extra: & eī vestis sit cōtexta varietatibus statuū sc̄z cōiugato toz̄ viduarū virginū: & in abintus oibus est vna fides. vna charitas. vnū baptisma. & vnicā expectāt gloriā. & sic tota gloria eoz̄ est in aia. Un̄ tali vestitu deaurato & tali amictu contexto varietatib⁹ colorū p̄fectionū & virtutū ornauit deus pater spōsam filij & talem spōsam concupiuit xp̄s repudiata synagoga & gētilitate que in solio ornamentis mundanis & exteriorib⁹ delectabāt & putabāt iustificari. Totumetiā hoc potest referri ad legem moysi & ad totā scripturā ve. te. cuius veritas non consistit in littera exteriori: sed in sensu spūali interiori: que q̄dē lex vetus est quasi tunica & vestis sub qua latet euāgeliū siue veritas euāgelica. Et sic gloria ve. le. est veritas euangelica latens abintus in fimbriis aureis. & hāc veritatē & gloriam interiorē legis desiderarūt oēs patres ve. te. & hanc cōcupiuit & acceptauit & p̄dicauit xp̄us. & sic abiectis & repudiatis cerimoniis exterioribus cōcupiuit gloriā & veritatē interiorē. Et sic lex vetus p⁹ ad extra inuestitu byssino & grosso sed veritas euāgelica latet infra in vestitu deaurato circūamicta varietatibus sensuū. .i. pphetico morali tamagogico & multiplici: q: pertransibūt plurimi & multiplex erit sciēria. Itē ista gloria q̄ latet abintus & emanat abintus: est gratia ecclesiasticoz̄ sacrāmētoz̄ que sunt inuisibilis gr̄e visibilis forma. Nam in quolibet sacrāmēto sub visibili forma latet inuisibilis gratia. vñ quodlibet horū sacrāmētorum est circūamictū varietate bonoz̄ effectuū. Mā baptismus purgat originale & cōfert fidē spē & charitatē & cōfigurat & incorporat nos xp̄o spōso & confirmatio p̄fert septē dona spūsancti & eucharistia reficit.

xxvij. q. j. cap. nuptiarum et. j. q. j. multe. & xciij. d. c. legimus

Adducentur regi virgines post eam: proximē eius afferentur tibi.

Afferentur in leticia & exultatione: adducētur in templum regis.

¶ Postq̄ superius deus pater cātauit & cōmendauit sponsum & spōsam in suis ornamētis & apparatu: hic cōmēdat eā de copia & frequentia societate puellarū adolescētularū que max̄me decorāt sponsam: vt p⁹ in cāticis salomonis. Post etiā dicit. q̄ nunc in hac tertia parte huius carminis nuptialis: predicit & cōmēdat felicem prolem eorundem. Et ratio est nam in superiori versu dixit. q̄ oēs gloria huius spōse est abintus quasi in vtero eius: & q̄ est amicta & circūdata varietatib⁹ statuū & filiorū. ideo hic enumerat & memorat liberos et filios eius. quoz̄ status sunt multi sc̄z virgines vidue cōiugate apostoli: & martyres & doctores. Un̄ nota q̄ ista ples fuit regenerata ex iudeis primo sēdo ex gēribus. & ex vtrisq; fuerūt virgines & vidue. & de oī statu & illico incipit eccl'a xp̄o dare plem. Dicit ergo primo. virgines sc̄z virgo maria & iohānes baptista & cetere virgines adducentur post eam. .i. sequētur ipsam ecclesiam. .i. ipsa ecclesia primo adducet virgines sponso suo xp̄o. & proxime eius: sc̄z vidue & cōtinentes que tenēt scōm locū post virgines: offerētur tibi. o xp̄e in leticia & exultatione. .i. spōte vouebūt & seruabunt castitatem amore tui. Et iā per virgines possunt intelligi oēs alie xp̄ianoz̄ que habēt fidē catholicā sm augu. q: per p̄mas possunt intelligi specialiter cōuersi ex gentibus. ex q⁹bus multe virgines fuerūt deo cōsecrate & seipsas pro xp̄o morti obtulerūt. & multe alie se monasterijs dedicauerunt. Et ideo sequitur. Adducentur in templum regis sicut continue sanctimoniales xp̄o dedicantur. Et etiā per virgines & p̄me xp̄i possunt intelligi omnes anime xp̄ianorum: qui in baptismo incōcusse fidem xp̄o promiserunt. que dicuntur virgines ab integritate fidei ex quibus sunt martyres & virgines vidue & coniugati. qui omnes sequuntur ecclesiam: & sunt regenerati a christo ecclesia. Omnes

Proles ecclesie.

enim xpianꝰ adducuntur ad templum xpi:t adducit eos mater ecclesia.vt baptizentur t recipiant cetera sacramenta.Et sic omnes sequitur agnus quocunq; ierit.

xlviij. d. c. quoniã vices.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij cõstitues eos principes super omnẽ terram.

¶ Dic specialiter memorat proles apostolox:eo q̃ tenẽt primũ locũ in ecclia.Unde posset dicere ecclesia.O xpe tu ascendis in celsi:t dimittis me viduam t solam t pupillam sine patre:q: ante hac huic patriarchas t pphetas qui fuerũt patres mei nunc añr repudiata synagoga:in qua sunt scribet pharisei:legisdoctores:congregasti me ex piscatoribus t plebeis t simplicibus ydioris.Ad hoc rñdet deus.ne timeas ecclia spõsa q: p patribus i.loco t vice patrũ scz patriarcharũ t pphetaruz nati sunt tibi filij.i.apostoli q̃ recepto spũsancto erũt maiores t sapiẽtiores,q̃ patriarche t pphete Ideo hos cõstitues principes sup omnẽ terrã ¶Hoc etiã dicit q: sicut iacob genuit xp̃m.filios patriarchas a q̃bus descẽderũt oẽs filij israel carnales:ita xp̃us regenerauit xp̃m.apostolos a quibus descẽderunt oẽs xp̃iani per gnationẽ baptismalẽ t spiritualẽ.Et ideo ecclesia dr verus israel spũalis quoꝝ patriarche fuerunt.xp̃m.apostoli vt patebit psalmo.lxvij.¶Hoc idẽ dicit ecclesie cõgregate ex gẽtibus nõ timeas:nec dedigneris:o populegentilis q: habuisti summos philosophos qui in sciẽtia humana floruerũt t reges t imperatores qui armis t legibus totũ orbẽ subiecerũt.Mã pro illis patribus tuis scz loco platonis t socratis tari stotelis t ceteroꝝ philosophox:t loco cyri.t darij t alexãdrini:t cesaris t pompeij.t octauiani t ceteroꝝ famosissimox regũ t imperatoꝝ t bellatox. nati sunt tibi.i.renati ex me filij.i.apli t discipuli t hos cõstitues principes sup omnẽ terrã.q̃ nõ inanis pphetie vbis nec viribꝰ bñanis scz armis euangelicis totũ orbẽ tibi subiecẽt t sic erũt maiores q̃ alexãder t cesar qui minorẽ partẽ mũdi vix potuerũt obtinere.Itẽ renati sunt tibi filij ex me.i. martyres t doctores.Et ideo o xp̃e dñe mundi.

Rota.

xxiij. q. j.quia ex iola.

Memores erũt nominis tui dñe:in omni generatione t generationem.

¶Isti apostoli t doctores erũt memores tui.in omni gnatione t generationẽ.q: scribẽt t pdicabunt mirabilia que fecisti vsq; ad iudicium.Mã euãgeliste scripserũt euãgelia.in quibus memorant omnia gesta xp̃i.Et iaco.t iohan.t pe.scripserũt epistolas canonicas:t lucas actus apostolorum. Et paulus scripsit quattuordecim epistolas ad diuersos populos t status que quotidie leguntur t predicãtur in ecclesia in quibus maxime memoratur nomen xp̃i.Et sic apostoli nõ solũ ipsius nomẽ xp̃i predicauerunt:sed etiã in memoriam eius scripta reliquerunt.

j.q.j. et catholica.

Propterea populi confitebuntur tibi in eternum:t in seculum seculi.

¶Propterea t propter que sunt scripta oẽs populi ad fidem conuersi confitebũtur tibi:o xp̃e.t colent te tanq̃ messyã t verum deum in seculum seculi. ¶Nota q̃ hy dñe nõ ponitur in hebreo.et sic nulla accidit difficultas loquẽdo pater ad filiũ in hoc versu. ¶ ¶Ex toto ergo isto psalmo possunt recolligi ũtruordeci cõclusiones seu doctrine

¶Prima cõclusio q̃ pater ab eterno eructauit verbum bonũ ex toto corde.i.de tota substantia.

¶Secunda conclusio q̃ ex tempore produxit q̃ illud verbum velociter oẽs creaturas sicut velox scriba produxit litteras. ¶Tertia cõclusio q̃ xp̃s fuit speciosus pre filijs hoim in puritate t scitate t sapiẽtia t gra spũsancti. ¶Quarta cõclusio q̃ xp̃s triplici gladio fuit accinctus scilicet gladio humanitatis t potentie t doctrine. ¶Quinta cõclusio q̃ quinq; virtutes fuerũt propter quas meruit regnare:scilicet sanctitas.sapiẽtia veritas, mãsuetudo t iusticia.que quidem quinq; virtutes sunt necessarie cuilibet regi t̃pãcipi ꝛc. ¶Sexta conclusio q̃ tam apostoli q̃ verba euangelica fuerunt sagitte quibus xp̃s penetrauit corda hoim.

¶Septima conclusio q̃ sedes christi iudiciaria erit eterna t sceptrũ christi erit iustum t directi.

¶Octaua conclusio q̃ in diuinis est trinitas personarum.scilicet pater vngens.t filius vnctus t spiritussanctus quo filius vngitur secundum humanitatem. ¶Nona conclusio q̃ triplici vestimẽto fuit xp̃s vestitus scilicet vestimẽto mirrhe passionis.t vestimento penitentie t doctrine. ¶Decima conclusio q̃ vestimenta ecclesie christi deaurata sunt per charitatem.t circũdata varietate virtutum t sacramentorum t diuersorum ordinum t graduum muniti:orum t̃pelatoꝝ ecclesie. ¶Undecima conclusio q̃ ecclesia sponsa xp̃i est congregata ex conuersis de populo gentili relinquentibus ritum patrum suorum:t ex conuersis de iudaismo relinquentibus cerimonialia t ritus legales patrum suorum. ¶Duodecima conclusio q̃ filij gentilium debebant recipere christum t adorare ipsum tanq̃ deum. ¶Tredecima conclusio q̃ gloria ecclesie non consistit in bonis exterioribus et temporalibus.sed interioribus t spiritualibus.

¶Quartadecima q̃ loco.xij.patriarcharum constituti sunt duodecim apostoli principes sup omnem terram:per quos regeneratus est totus populus fidelium.

Deus noster refugiũ t virtus adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. v.q.v.nõ ois.vij. q.j.c. ad uersitas

¶Huic psalmo pponit ratio titulus in hebreo:scilz victori siue ad victoriã filijs chore super alamot cãticũ.Scõm vero.lxx.In finẽ filijs chore p archanis cãticũ.Scõm autẽ hiero.Victori filioꝝ chore pro iuuẽtutibus canticum.De autore autẽ t materia huius psalmi dicit. ¶ ¶Rabi.salo.t quidam alij hebreorum q̃ filij chore fecerunt hũc psalmum pro gratiarum actione eo q̃ fuit factum in eis illud grande miraculum:quia patre suo chore t dathan.t abiron:t ceteris complicibus illius conturationis pereuntibus.ipsi fuerunt liberati: vt patet Numeri vigesimosexto.t.xvj.Et hoc iuste t benemerito factum est vt dicunt isti. Nam

cum chore pater eoꝝ t ceteri obstinati vellent rebellare cõtra moysen t aaron:tamẽ filij chore non luerunt esse cõplices nec participes in illa cõiuratione:immo persuadebant patri vt obediret moysi iuxta voluntatẽ oñi.scz q: chore cũ ceteris volucrũ obstinate perseuerare in suo malo ppositoꝝ apta est terra t deuorauit eos : filijs chore saluis manẽtibus:vt p3 ibidẽ.Et addunt isti q̃ filij chore mãserũt in aere:cũ terra sub pedibus eoꝝ fuisset apta.sed coniuratoribus abiorris t deuoratis tũc terra fuit reclusa:t reuicta:t tũc filij chore mãserunt salui sup terrã.In hoc fuit illud grãde miraculũ qõ scribitur numeri.xvj. Et addunt isti q̃ tũc deus dedit filijs chore spiritũ pphetie in premiũ tãte obedientie.t sic fecerũt oẽs psalmos qui intitulãtur filijs chore:inter ceteros fecerũt hũc psalmũ agendo gras pro sua liberatione t tanto miraculo ostenso.Et hãc positionẽ sequitur quidã catholici glosantes hunc psalmũ pro illa liberatione t miraculis factis in deserto:tin trãsitu maris rubri:t in ingressu terre promissionis.Quia tũc factus est impetus fluminis iordanis qñ conuersus est retrorsum.t transiuit populus t altissimus sanctificauit siũ tabernaculũ t archã qñ reposuit eã in sylo:t letificauit illã ciuitatẽ t populũ dãdo possessionẽ illius terre.Et sic exponunt litteraliter hunc psalmũ de adeptione illius terre cũ auxilio dei. ¶Sed ista positio licet aliquo mõ tin minori parte cõtineat aliqualẽ veritatẽ:rñ in maiori parte ctinet falsitatẽ.Mã primo cõtinet falsitatẽ qñ dicit q̃ filij chore fecerũt hunc psalmũ tpe moysi:sicut fuit pbatũ in titulo psal.xlj.Scõo cõtinet falsitatẽ qñ dicit q̃ psalmista petit in hoc psalmo memorat miracula t pdigia facta in egressu israel de egypto.t in ingressu terre promissionis. Sed põt cõtinere veritatẽ qñ dauid conteplãdo miracula t pdigia t mysteria facta t gesta in illo egressu t pgressu.t ingressu puidit in spũ ortũ et pgressum t psperitatem t triumphũ ecclesie xp̃i. Que quidẽ ecclesia xp̃i est t fuit figurata p filios chore eo q̃ est t fuit cõgregata ex cõuersis tpe populo iudaico t pplo gẽtili quoꝝ patres perierũt in sua cecitate t infidelitate:et pbatũ fuit ibidem sc.xlj.Et ideo est dicẽdũ q̃ dauid fecit istũ psalmũ t intitulauit ipm in finem filijs chore sup ela mot eo q̃ dedit ipm cãtãdũ ipsi hemã t toti choro filioꝝ:eo q̃ erãt de filijs chore vt ibi fuit dictum Sed tũc manet dubiũ de diuersitate trãslationũ huius tituli.Mã.lxx.trãstulerũt in finẽ filijs chore p archanis.Et hieronymus trãstulit filijs chore p iuuẽtutibus.Ad hoc rñdetur q̃ hoc nomen alamot est plurale deriuatiuum de hoc nomine alma.sed quia hoc nomẽ alma est equiuocum ad duo.Nam vno modo idem est q̃ adolescentula siue puella.Alio modo idẽ est q̃ secreta.Et sic alamot vno mõ significat iuuentutes.Alio mõ significat archana siue secreta.Et iõ septuaginta trãstulerũt pro archanis sumendo vnã significationẽ Et hiero.trãstulit p iuuẽtutibus sumendo aliam significationẽ:sed hoc ex diuina puidentia factũ est.Mã dauid in psalmo isto propheticẽ memorat t predicat archana t secreta t pfunda mysteria:et

Alamot qd signi ficat.

Diuisio psalmi.

pdigia t miracula que gesta t facta fuit in iuuentute t in ortu t pgressu ipsius ciuitatis siue ecclie dei vt magis patebit in fine expõitionis huius psalmi.Et sic necessaria fuit vtraq; translatio:q: notificat iuuentutẽ t ortũ ecclesie .Et altera archana t pfunda mysteria t miracula que gesta sunt in ortu t in iuuẽtute ecclesie.Et ideo datus est iste ps filijs chore ad cantandũ eo q̃ gerebant figurã ecclesie sic congregate vt dictus est .Tria ergo facit dauid in hoc psalmo.Primo enim predicit fortitudinẽ t ꝓstantiã quã habuit ecclia ꝑ iudeos t tyrãnos in sua iuuentute t auxilio dei in principio. Et hoc per figurum :t put preuidit in exitu israel de egypto:t per tranſitũ maris rubri. Secũdo explicat .vnde ista ciuitas dei t ecclesia adepta ẽ talem fortitudinẽ.Et in quo tẽpore habuit hanc gram:t hoc per figurã ingressus terre ꝓmissionis per iordanẽ. ¶Tertio explicat pphetie victorias t triumphũ quẽ habuit ecclesia de iudeis t tyrannis persecutoribus suis.Et hoc per figuras victorie quam habuit iosue t israel de regibus t populis chananeorũ.Secũda ibi .fluminis impetus letificat.Tertia ibi.Conturbate sunt gentes t incli.

¶ Aduertoriaꝫ siue in finē super organū siue i hymnis ipsi dauid Et titlo ps q̄ dō fecit hūc psal. t dedit ipm cāndū in organis simul cū voce hūana toto conatu v dei ea q̄ dirigit nos in xpm t ecclesiā q̄ est finis legis. Unde autem determinate sumpsit occasionē dō ad faciēdū hūc psal. incertū est sed creditur cōiter q̄ q̄n dō euasit a manibus saulis q̄ tenebat ipm obsessum in mōte deserti maon t cinctum ad modū corone t fugit inde: t latuit in locis turissimis engadi: q̄ q̄dē mōtes sunt i finib⁹ iudee iuxta mare salsuꝫ. vt ps primo Regū. xxiij. Et sic hebrei moderni exponit istum psal. q̄o dō agit grās q̄ euasit illud periculū t anxietatē: t postea acquisiuit regnū. Sz ly sitverū q̄ dō sumpsit occasionē faciēdi hūc psalmū euasiōe illi⁹ periculi inquātū ibi ꝑdidit in spū psecutionē t anxietatē ecclie xpi: futurā: t eternitatē regis eius xpi: tū nō est intendum in ista vt sepe dictū est. immo q̄n velet totā litterā huius psal. applicare ipsi dō regi ista cōperiet manifeste falsuꝫ. Nā dō nunq̄ fuit in eternū in cōspectu dei in illo regno tpali: vt ds in ista. ergo pts q̄ hic loquit de regno xpi eterno. Tria ergo facit dō in hac oratione. Primo petit oronē t deprecationē suā exaudiri in psona ecclesie. Secō gaudet se exaudituꝫ. Tertio ꝓmittit vota p gratiaꝫ actiōe. Sexta ibi. A finibus terre. tertia ibi. Sic psallā t dicā. ℣ ¶ Quātum ad primū est aduertēdū q̄ inter oronē t deprecationē hoc interest: Nā deprecatio petit ab aliquo malo liberari: sz oro petit aliquā grām sibi dari. t ecclia xpi primitiua semp vsq; ad cōstantinū petebat liberari a psecutorib⁹ iudeis t tyrānis: t dilatari hereditatē suā cultū xpi vsq; ad fines terre q̄ impletū fuit post cōuersionē magni Cōstātini. Sz q̄ postea fuit infestata ab hereticis t infestabitur vsq; ad ātixp̄z: t tūc totaliter liberabit ab oīb⁹ tribulationibus: t consequet hereditatē eternā in celo Et regnabit cū xpo rege suo eterno: ideo dō hoc ꝓuidens in spū in persona totius corporis mystici cuius ipse est de principalibus mēbris dicit. O deus exaudi deprecationē meā a pūtib⁹ psecutoribꝰ t malis liberādo. Et intende t annue oroni mee mihi post lōgas tribulatōes optatā hereditatē largiēdo

xxxiij. d. c. dotia iter oronē t deprecationem.

A finibus terre ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me.

ij. q. iij. memor; t iij. q. ij. c. dignū.

¶ Hic gaudet se exauditū in sua deprecatiōe t oronē explicādo mala de q̄b⁹ est liberat⁹ t hereditatē quā ē cōsecut⁹ t dicit. O de⁹ p oēs ptes mūdi fui afflictat infestata apsecutiōe tyrānoꝝ. s. ab idia in hispaniā t a siria in ethyopiā fuit psecutio martyrum t omnium xpianoꝝ. Et sic vndiq; a finibus terre ad te clamauit me liberares quādiq; fiebat oro ab ecclia sine intermissiōe ne deficeret eccla t lō dicit. A finib⁹ terre ad te clamaui dū anxiaret i. dū martyres q̄ sunt cor meū t viscera mea anxiarent t torquerent. Sed tu dūe exaltasti: fundasti me in petra fidei q̄ ē xpo sup quē fūdata est eccla Nā maxie eccla fuit exaltata q̄n cōstātin⁹ ea multipliciter honorauit t ditauit: ligno fidei obediuit

ij. q. vij. restes. ℣ epistus

Beduristi me quia factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici.

¶ Tu dūe beduristi: liberasti me de tot psecutionibus q̄ fact⁹ es spes mea. t factus es turris fortitudinis in quo t per quē fui tutatus a facie t incursu inimici populi gentilis me persequentis.

ij. q. iij. ad mēsa xxiij. q. vj. scis matici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum:

Quia tu de⁹ meus exaudisti oronē meā: dedisti hereditatē timentibus nomē tuum

¶ Habitabo in tabernaculo tuo in hac turri fortitudinis fundata sup firmā petrā t pregar in velamēto t protectiōe alaꝝ tuaꝝ in secula hic p fidē gratiā t in futuro p gloriam. quia tu one exaudisti oronē meā: iō dedisti hereditatē fidelib⁹ timentibus t colentib⁹ nomē tuū q̄ est iesus. Hereditatē dico. i. ampliationē ecclie t regni tuiusq; ad fines terre. Nā per magnū cōstātinū dedisti dūmodo ꝑ ditionem ecclesie in tota italia in magnum patrimoniū t dedisti sibi obediētiā oīm regum t principū: vsq; ad fines terre. Illi nō solū dedisti hereditatē timentibus nomē tuū in terra: sed etiā in celo q̄ q̄dē hereditas ē eterna. Nā rex ei⁹ xpc est eternus cui tradita est ois potestas a patre in celo et in terra t in cibus abyssis. etiā inquātū hō: t traditū est vniuersale regnū eternū. Nam tu pater.

lvj. di. c. ois. v

Dies super dies regis adijcies: annos eius vsq; in diem generationis t generationis.

¶ Adijcies dies infinitos sup dies regis eius. i. istius regni t eterne hereditatis: tadijcies annos istius regis vsq; in diem generationis t gnationis que est eternitas. Nā sicut hec: temporalis vita ō: gnatio t gnatio ꝓpter successionē in illa gloria t eternitas dicitur dies t finis huius generatiōis t gnationis cuius diei non est finis.

Luce. ij.

Permanet in eternum in conspectu dei misericordiam t veritatē eius quis requiret.

¶ Iste rex xpc permanet in eternū in conspectu patris sedēs ad dexterā eius inquantū ad equalitatē t inquantū hō in portionibus bonis: q; prāsentia eius potestas eterna t regnū eius eternū q̄ non auferetur. Dan. vij. Et ideo quis requiret t inuestigare poterit miam t veritatē eius. Et ponitur hic veritas ꝓ iusticia t equitate. q. d. nullus poterit inuestigare ꝑfunditatē t altitudinē t latitudinē mie t iusticie huius regis xpi sedētis ad dexterā patris cui tradita est oīa iudiciaria ptās tc. Nam omni penitenti dat veniā per miam t iuꝑbis t impenitentibus penam per iusticiam.

xxj. q. j. si mus.

Sic psalmum dicam nomini tuo in seculū seculi: vt reddam vota mea de die in diem.

¶ Hic ꝓmittit vota ꝓo gratiarū actiōe de tātis bēficijs receptis: q; nō solū fuit de psecutionib⁹ liberata sed etiā cōsecuta est hereditatē eternam in terra ꝓ grām t in celo ꝓ gloriatiō. ait sic. i. ꝓpē hoc dicā psal. t psalmodiā cārabo nomini tuo q̄ est xpc in seculū seculi celebrando anniuersaria t quotidiana officia. t festiuitates in hac eccla: et reddā vota mea in seculū seculi hic p grām t in futuro p gloriā. Hic a gnatione in gnationē t ibi in secula seculoꝝ laudabo te cū sctis angelis. Ex his ps q̄ iste psal. nō pōt ꝑcise intelligi de dō ysraliter Nā est aduertēdū q̄ sicut pluries dictū est q̄ per nomē dōi semp ꝓpheta intelligit xpm filiū dei et sō dicit ꝓpheta in psona totius corpis mystici. O pater post tot bēficia recepta ego dicam psalmū noū tuo. s. laudabo te in iesu xpo filio tuo q: pater laudat t adoratur t venerat in xpo filio suo t eoꝫ uersa quo honore nō excludit spūssanctus: q; tribus personis honor vnus debetur.

Omne deo subiecta erit aīa mea ab ipso cū salutare dei. Nam t ipse deus meus t salutaris meus susceptor meus non mouebor amplius.

ij. q. iij. c cuidēcer xxiij. qō. viij. c. vl. et. xxxij. qō. ij. ca. aliqñ.

Quousq; irruitis in hoīem interficitis vniuersi vos: tanq̄ parieti inclinato t macerie depulse.

¶ Titulus ad victoriā siue in finē sup ydithū ps. dō. Et titulo ps q̄ dō fecit hūc psal. t dedit ipsius cāndū in choro ydithū cū toto conatu advictoriā vocū. Sz ad intelligēdā materiā ꝓmo figurative Scdo ꝓncipale t figurate hui⁹ psal. est notādū q̄ deus iustus iudex t misericors. Propter superbiā t inobediētiā reprobauit saulem t pmutauit regno Et ꝓpter humilitatē t patiētiā obediētiā quesiuit t elegit dō t dedit sibi regnū ysrael in pcīs t ꝓmissū hūilitatis t obediētie. Is gfa dei primo fuerit electus ꝑcedēte. vt ps. j. Reg. xiij. cū dr q̄siuit dūs sibi virū iuxta cor suū. Et precepit ei dūs vt esset dux sup pplm suū. Et sic postea ex ꝑcepto dūi samuel vnxit ipm dō in regē vt pts infra. c. xvj. Ex quo ps q̄ regnū ysrael datū est a deo ipsi dō ꝓpter eū: primo ꝓpter eius hūilitatē t obediētiam erga deū. Secdo eo q̄ interfecit goliat t absoluit oppobriū ysrael. t sic datū est duplex pcīm ipsi dō primo filia saul in vxorē. Secdo datus est sibi maior honor q̄ regi cū mulieres cātarēt in choro dicentes Saul occidit mille t dō. x. milia. vñ ex ista inuidia t zelo conat⁹ fuit saul nō solū auferre ꝑcīm regni a deo ꝓmissum ipsi dō. sz etiā vxorē filiā ꝓmissam ꝓ victoria habita de goliat. Nā primo abstulit sibi merob quā sibi ꝓmiserat t tradidit ipam edrieli malachite in vxorē. t michol tradidit sibi in scandalū: vt occideret a philistheis vt pts. i. Reg. viij. Un tali inuidia nō solū fuit saul⁹? saul s̄z multo magis doech t abner t multi alij qui semp inciebāt saulē ad irā. vt interficeret dō t auferret sibi ꝑcīm regni a deo ꝓmissum t honorē t filiā regis. Un ex hac cā ipse saul exposuit ipm dō multis periculis. a q̄bus oibus euāsit ex gra dei ꝓpter suā hūilitatē t patiētiā. Et finaliter obtinuit regnū ꝑcīm ꝓmissum. Nā primo euasit q̄n saul trasecit sibi lāceā vt trāsfigeret ipm in pariete Secdo q̄n misit eū vt auferret cētū ꝓputia philistinoꝝ. t ipe interfecit. cc. philisteos. Tertio q̄n iterū nitus est saul eū lācea cōfringere ipm in pariete dō psalleret: vt ps. c. xix. Quarto q̄n saul misit satellites vt circuirēt domū t occiderēt eū. s̄z michol demisit eū p fenestrā. c. eodē. Quinto q̄n fuit ad occidēdū eū. t inuenit eū ꝓphetātē cū samuele in rama tha t ipe exposiliat⁹? simul ꝓphetauit cū eis. Un exiuit puerbiū nō saul inter ꝓphetas. ca. eodem. Sexto q̄n saul expectabat dō vt veniret pacifice ad kalēdas vt in prādio ipm occideret. Sz aussu tuo a sonat⁹ a p tractū sagittarū euasit t abijt in nobe. c. xx. Itē. viij. q̄n se finxit insanū t euasit de manib⁹ achis regis geth. Octauo q̄n euasit de ciuibus ceyle q̄ volebāt ipm tradere in manib⁹ saul c. xxviij. Itē nono q̄n euasit de zipheis. Decimo

Universidad de Navarra
Biblioteca

qñ euasit de spelūca in locis tutissimis engadi et
pscidit oīa vestimēti saul t etiā qñ abstulit hastā
t cyphū sibi dormienti: ex oīb⁹ pdictis .x. piculis
euasit dō ꝓpter hūilitatē t patiētiā t firmā spem
quā i deo posuit. t obediētiā quā deo semp gessit
in qbus oībus mystice puidit dō in spū totū dis-
cursum eccle t psperitates t psecutiones ei⁹ ab
abel iusto vsq; ad iudiciū. t maxie puidit .x. pscu
tiones cōes eccle xpi. s. in statu gre t legis euāge
lice. D ¶ Ad cui⁹ intelligētiā est iterū notādū si
cut dictū est psal. v. ꝙ illico in ꝓncipio diuisius fuit
totū genꝰ hūanū i duas ciuitates siue societates
vnā dei t alterā diaboli. Has duas ciuitates diui
serūt duo amores vt inq̄t aug. Nam amor mundi
ciuitatē t bonoꝝ tpaliū cōstituit ciuitatē terrenā t diabo
li. Hā illa incepit ab amore sui vsq; ad cōtēptum
dei. cui⁹ ꝓmus ciuis fuit cayn. Amor aūt dei inci-
piēs ab amore dei vsq; ad cōtēptū sui cōstituit ci
uitatē dei cui⁹ ꝓmus ciuis fuit adā t abel. Jō isti
dicti sunt filij dei. Jllivero filij hoīm. eo ꝙ in hoc
mūdo t carne ꝺstituerūt spē suā t felicitatē. Jsti
vo in solo deo. t iō filij hoīm illius ciuitatis semp
psecuti siūt filios dei t sui⁹ ciuitatis ꝓpter bona
tpalia. Et sic ꝓmo cayn psecut⁹ est abel. t caldei
abraam t ismael ysaac t esau iacob t saul t doech
ipm dō. Et sic ꝓpl'⁹ iudeoꝝ t gētiles psecuti sunt
xpm t eccliam suā q̄ ꝓprie ōr ciuitas dei vsq; ad
antixpm. Et hoc puidēs dō in spū fecit hūc psal.
a qb⁹ psecutionib⁹ semp fuit liberata eccl'ia ꝓpter
hūilitatē t patiētiā. Et liberabit eos taliter post in
teritū antixpi. Et hec est ꝓncipalis materia hui⁹
psal. quā dō puidit in spū ꝓ suas psecutiōes. i quo
psal. tria facit dō. Hā ꝓmo i psonatoti⁹ eccl'ie siue
hoīs mystici luebit ℨ ciues frene ciuitatꝭ conātes
eccliam siue ciuitatē dei puertere t auferre ꝑcium
eternū. Scōo exhortant ciues ciuitatꝭ dei ad pse
rēdas psecutiōes p firmā fidē tad ꝺtinēdas diui
tias t bona tpalia p firmā spē bonoꝝ celestiū. Ter
tio hꝰ cōcludit ꝓpositū ex diuina iusticia t mia. ij.
ibi. Sperate in eo oīs congregatio. iij. ibi. Semel lo
cui⁹ est dc⁹. ¶ Quātū ad ꝓmū ē aduertēdū sicut
dictū est ꝑm aug. ꝙ duo amores distinguūt t di-
uersificāt istas duas ciuitates. s. amor dei t amor
mūdi amor dei consistit in fide: spe: t charitate: t
hūilitate t patiētia t obediētia. t p ꝺsis in deside
rio celestis patrie q̄ est finis tꝑminvltimatū hui⁹
ciuitatis. Amor vo mūdi ꝺsistit in cōcupiscētia et
ambitiōe bonoꝝ t dñij. tin auaricia bonoꝝ tpaliū
t in ꝺcupiscētia carnis tc. Et ista sunt arma q̄b⁹
ciuitas terrena siue diaboli semp infestauit ciuita
tē dei t eccliam a ꝓncipio vsq; ad iudiciū vniuer-
sale. ℨ fides: spes: t charitas: t hūilitas tc. sunt
arma q̄b⁹ ciuitas dei de se semp defendit in hac pe
grinatiōe a ciuitate diaboli. t maxie in statu euan
gelico. Ergo ista ciuitas dei siue iste hō mysticus
totiēs vexat⁹ t infestatus a filijs terrene ciuitatis
t infidelibus inuehit ira eos. incipit snīa in ter
tio versu dicēs. Quousq; o filij hoīs supple: id est
q̄diu durabit malicia vestra contra me. Et ſre ir
ruitis in hoīem mysticū t fidelē tāq̄ canes rabidi
ipm mordēdo t infestādo ab abel vsq; ad xp̄m. Et
vniuersi vos interficitis ipm maxie tpe legis euā

no. de di uisiōe ge ner. bria ni i duas

ciuitates

gelice: q: ꝓmo interfecistis caput ecc̄s xp̄m. postea
interfecistis mēbra ecc̄s aplos t tot milia martyrū.
Que quidē psecutiones t cedes durabūt vsq; ad
antixpm. Jtē quousq; etiā insidiamini t insultat
t incūbitis supple isti parieti inclinato t macerie
depulse t agitate t infestate. Hñ iste hō mysticus
vocat se parietē inclinatū. i. hoīem humilē t pau
perē t debilē: t vocat se maceriā repulsam. Nam
sicut inimici obsessores ciuitatis volunt diruere
muros t parietes t maceriā ciuitatis cum machi
nis t tormentis impellere hinc t inde. huc t illuc
vsq; quo ille murus t macceria diu repulsus minat
ruinā. Jta tyrāni t infideles diuersis minis t tor
mētis agitabāt t infestabāt t repellebāt muros.
id est mētes fideliū t etiā fidē eoꝝ tenebāt si pos
sent eos a ꝓposito bono t fide xp̄i deuellere t p
sternere: t ad eorū pfidiā detrahere. t ideo dicit.
Quousq; irruitis in hominē istū fidelē t mysticū
t vniuersi vos interficitis eū t insultatis t incū-
bitis ei tanq̄ parieti iam inclinato tricto: t mace
rie siue muro depulso. Unde macceria est murus
terrenus t fragilis. Et sic tyrāni putabāt per tor
mēta mentes martyrū t fideliū tanq̄ maceriam
terrenā t fragilem diuellere t faciliter repellere.
Sed cōtra hoc inuehit hō mysticus dicēs. Jnua-
nū laboratis q: nunq̄ me poteritis a firmo ꝓpos
to diuellere cū fim munitus t armatus armis ir-
refragabilibus: scꝫ fidei: spei; t charitatis xp̄i et
humilitatis t patiētie. qbus repellā ictus t incur
sus t insultus vestros supple. Jdeo ait. Nonne
alia mea erit semp deo subiecta per humilitatem
t patiētiam t fidē. t ab ipso erit salutare meum t
auxiliū. Nam ipse xp̄s est deus meus t salutaris
meus: q: ideo dicitur iesus: id est saluator. t est su
scepto: t defenso: meus in oībus tribulationib⁹.
Et ideo non mouebor amplius: id est nunq̄ cadā
nec deficiam a ꝓpositovere fidei: licet omnes fu
ctus t mine tyrannoꝝ t omnia genera tormento
rū veniant sup me. Postq̄ anima est talib⁹ armis
munita. Si ita est ergo ꝙ iesus xp̄s est defensor t
susceptor t salutaris me⁹. quousq; irruitis in istū
hominē t interficitis eū t incūbitis tanq̄ pariē
ti inclinato t macerie repulse: id est putatis ꝙ sit
paries inclinat⁹ t macceria repulsa. quasi dicat de
cipimini et frustra agitis t laboratis: imo cognosce
tis ꝙ est mur⁹ inexpugnabilis t colūna imobilis.

Ueruntamen ꝓcium meum cogitauerunt repellere. cucurri in siti: ore suo benedicebāt t corde suo maledicebant.

iij. qō. j. milli dubium. et xp̄ij. qō. iij. q̄ secundum

¶ Hic explicat causam quare tyrāni t infideles
t praui conātur peruertere mentes fideliū t iusto
rum a bono ꝓposito fidei t iusticie t dicit ꝙ hoc
faciebant t faciūt mali vt iusti perdant ꝑmium et
ꝓcium eis ꝓmissum. ¶ Ad cuius euidentiā est
notandum ꝙ ꝑmiū t ꝑcium iustoꝝ pro laboribus
suis est regnū celoꝝ t vera beatitudo. Et hoc
explicauit xp̄s. Mat. v. dicens. Beati pauperes
spū quoniā ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Et beati q̄
persecutionē patiuntur propter iusticiam quoniā
ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Et sic cōcludit xp̄s
Merces vestra copiosa est in celis tc. vnde ꝓpter

merces laboꝝ ē btitudo.

hoc ꝓcium t ꝓmium laborauerūt t passi sunt
Abel t Noe Abraam: t ysaac. t Jacob: t oēs an
tiqui patres vt ait apostolus: ad hēb. xj. Qz quia
sciebant in spiritu ꝙ hanc ꝓmissionem t ꝓcium
non poterant consequi nisi ꝑ xp̄m venturū. ideo
primo t immediate exꝑectabant xp̄m venturum
qui erat finis illius legis. t sic mortui sūt omnes
t nō acceperunt repromissiones t ꝓcium suoꝝ
laboꝝ vsq; ad xp̄m. vt non sine nobis consumma
rētur vt inquit apostolus ibidem. Hoc idē ait sal
uator. Matt. xx. in parabola de vinea. q: a prima
hora vsq; ad vndecimā t ad sero omnes laborauē
runt in vinea tamen nunq̄ acceperunt mercedē
t ꝓcium illius denarij ꝓmissi nisi nouissimus in
sero. Et sic fuerūt facti nouissimi primi. Hā latro
primo accepit denarium ꝙ abraam qui adhuc erat
in limbo. quia eodem die passionis fuit cum xp̄o
in paradiso. Nam vbi est xp̄us ibi est paradisus.
Et quibus patet ꝙ merces: t ꝓmium t ꝓcius
pro q̄ aspiciendo iusti laborauerūt t passi sunt: est
regnum celorum t beatitudo. quod nunq̄ potuit
nec potest quis adipisci nisi ꝑ fidem t spem xp̄i
t charitatem tc. Et ideo diabolus t mēbra eius
semp laborarunt t conantur repellere t auertere
istud ꝓcium t ꝓmium a fidelibus t iustis. Et q:
aliter istud ꝓcium t ꝓmiū nō potest perdi nec
amitti nisi ꝑ amissionē fidei t charitatis xp̄i iō
diabolus t mēbra eius semp conati sunt a ꝓncī
pio t conant vt iusti t fideles t ciues dei perderēt
fidē xp̄i. t ꝑ, oīs ꝑcii t ꝓmiū eius. Et hoc fa
ciebant primo ꝑ ꝓmissiones bonoꝝ tpalium. t
carnaliū voluptatū t in fine adhibebāt dura t in
tollerabilia tormenta vt ꝑ in passionibus marty
rū. Et hoc idē faciet antixp̄s. Hoc est ergo qō di
cit iste hō mysticus. verūtñ. i. certe. ideo isti tyrā
ni t diabolus t mēbra eius irruerūt in me. t inter
fecerūt tc. q: cogitauerunt repellere t annihilare
ꝓcii meū t mercedē t ꝓmii regni celoꝝ mi
hi ꝓpter fidē t charitatē ꝓmissum. Hō quidē
regnū celoꝝ hꝰ ꝓcii fidei t charitatis in siti toc
sideriō cuius ꝑch t ꝓmiꝫ ego cucurri t peregrina
tus sum in hac vita. naꝫ in siti t desiderio huius ꝑ
chi t ꝓmiꝫ t mercedis peregrinati sunt antiqui
ab adā vsq; ad xp̄m. t eodem desiderio nos pere
grinamur vsq; ad iudicium. q: quousq; irruitis in
stadio vt accipiat hoc brauium: vnusq̄q laborat
in vinea t portat pondus diei t estus t pauē sitim
vt accipiat hunc denariū t ꝓcium. Et ideo dicit ꝓ
pter sitim t desideriū huius ꝓchi ego cucurri et
pegrinatus sum t laboraui in vinea per fidem tc.
Jpsi cogitauerūt repellere t auferre a me ꝑcium
meū t mercedē per suas ꝓmissiones tēporales
sic cū ꝓmissionibus t blādis verbis me volebant
decipere. Jō seq̄tur. Ore suo benedicebant. i. bona
ēba t ꝓsuasibilia t blāda t adulatoria dicēbāt pro
mittēdo diuitias t honores t dignitates si dimit
terē fidē xp̄i. vt ꝑs i hystoria beati stephani t alio
rum martyrū tc. Sed corde suo maledicebāt. i. ad
malū finē t peruersam intēcionē. hoc dicebāt. q:
vt peruerterē mentē meā. t me a fide t charitate
xp̄i separarēt hoc dicebāt sicut dicebat dari⁹ nus
beato Vincentio. hoc ipsi bonis hōibus primo facie

Mot. de tyrānis t antixp̄o.

Regnus celorum hꝰ ꝓcius fidei.

bant veritatē in vanū laborabant: q: mens mea
immota manſit t verba ꝓmissionis eorum ver
tebantur inanes. Jdeo cōuersus iste homo ad ani
mam suam subdit.

Uerūtamen deo subiecta esto alia mea: quoniam ab ipso patientia mea.

vij. q. j. c. sciendū.

¶ O alia mea esto t sis semper deo subiecta per fi
dem spem: t charitatem: t ne timeas tormenta eo
rum: nec acceptes falsas promissiones: quoniam
deus nunq̄ tibi deficiet nec deseret te. Et nota ꝙ
ly esto potest esse tertie persone imperatiui modi
t sic ly anima erit tertie persone: quoniam ab ip
so est patientia t virtus t fortitudo mea.

De ꝺsc. di. iij. ca. vltimo.

Quia ipse deus meus t saluator meus: ad adiutor meus non emigrabo.

¶ Ipse iesus xp̄s ē saluator t susceptor t de⁹ me⁹
iō nūq̄ emigrabo nec recedā a firmo ꝓposito fidei

In deo salutare meum t gloria mea: deus auxiliꝫ mei t spes mea in deo est.

ij. q. vij. c testes.

¶ In deo est salutare t saluatio mea: t gloria mea
t ipse est deus meus auxiliꝫ mei t tota spes mea
in deo est. Et ista sunt arma: scꝫ fides spes. t cha
ritas xp̄i: t patientia quibus me defendam con
tra incursus rictus t tormenta dyaboli t membro
rum ei⁹. Et non solum me defendaꝫ: sed etiam vin
cam t triumphabo de eis.

xj. q. iij. c ad mensam.

Sperate in eo oīs congregatio populi: effūdite coram illo corda vestra. deus adiutor noster in eternum.

¶ Hec est scōa pars principalis in qua exhorta
tur fideles ad fidem spem contra inimicos ciuita
tis dei. Dicit ergo. O vos congregatio t ecclesia
populi t ciuitatis dei. sumite ista arma supradicta
t sperate in eo. Sed q: ista arma nō dant nobis ex
meritis nostris nisi ex sola dei gratia t misericor
dia. Jdeo fundite corda vestra t orate semp coraꝫ
illo: vt largiatur vobis supradicta cōtra dyaboli t
membra eius. Et deus det vobis gratiam ꝑueniē
tē t cooperantē t ꝑficientē: q: ipse est adiutor no
ster in eternum t non est alius qui pugnet pro no
bis tc. Et ista sunt arma iustorum.

xij. q. j. c. ois cras

Uerumtamen vani filij hoīm: mendaces filij hominum in stateris vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

¶ Postq̄ superi⁹ ꝓpheta in ꝑsona corꝑis mysti
ci memorauit arma ciuit. ciuitatis dei t iexpugna
biles t insuꝑabiles vires eorū. hic memorat arma
dyaboli t mēbrorū eius q̄bus pugnat ℨ ciuitatem
dei t quomodo de ꝑ se sunt vana t friuola si ar
ma xp̄i obsciant. ¶ Unde est aduertēdū ꝙ arma
que dyabolus t mēbra eius obsciebāt martyrib⁹
sunt superbia t manifestatia t auaricia: t voluptates
vt dictū est: q: ꝓmittendo honores t dignitates t
diuitias: voluptates q̄ sunt ꝓcii amatoꝝ hui⁹mū
di: cum his putabant repellere ꝓcii fidei a mar
tyribus: tcus ꝑ ista nō potuerūt eos puertere: tnec
adhibuerūt superbia t ira t tormenta. Sed etiam
cū his minus potuerunt eos auertere nec deficere
a firmissimo ꝓposito t statu fidei. Ex quib⁹ ꝑs

Arma diaboli et tyranoꝝ

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ oia ista vana diaboli t filioꝝ hoim sunt vana t friuola t misera. Ideo dicit pphet. Veritatem vani filij hoim cōfidentes in talibus armis t ponentes spē suā in bonis tpalibus t mēdaces filij hoim: id est ciues terrene ciuitatis in stateris t pōderibus t mendacibus suis: q: diuitie nō pñt accumulari in magna quātitate nisi cū mendatio t fraude t rapina t violentia. q: ois pecuniosus violentus raptor aut fraudulēs in verbis t pōderib? t mēsuris t stateris intrīnse ipsi decipiāt alios in ſdiſ t. simul t pariter in vanitate t inendacio. Et ideo filij hoim volētes magnas pecunias congregare. sunt pariter vani t mēdaces vt decipiant in stateris t ponderibus. sunt etiā mēdaces inquantū decipiūt emētes: t sunt vani inquantum ꝓpter tpalia corruptibilia t trāsitoria volūt pdere aiam et felicitatē eternā. Et sic ꝓpter precium tpale perdunt eternū t celeste. Et ideo marryres fuerunt sapiētes t non vani qui ꝓpter tēporale noluerūt perdere precium eternum immo ꝓpter illud passi sunt te. Et ideo pphet exhortat oēs vt fugiant t cōtēnant ista friuola t vana tpalia que non pñt beatos facere suos possessores: t dicit.

xlvij .di. c. sicut hi t. xij. q. ij glia xpi.

Nolite sperare in iniqtate: t rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluāt nolite cor apponere.

¶ Nolite sperare in iniqtate. i. nolite amare iniusticiā t mēdacium nec ꝓpter diuitias cōgregandas decipere ꝓximum in mēsuris t ponderibus t stateris nec loqui iniquitatē. Et nolite cōcupiscere rapinas nec vsuras nec aliquid hmōi. Et si forte diuitie vestre affluant t abundent ly bene acquisite. tamen nolite cor t spem vestram apponere in eis: q: ad vsum dantur t nō ad fruitionē. vnde nō prohibetur earum vsus nec possessio. sed abusus t nimia affectio cum contēptu rerum spiritualiū. Quasi dicat. primum querite p̄cium t p̄mium celeste. Deinde vtimini cū discretione istis reb? terrenis t de necessitate t ne propter eas congregādas proximus ledatur.

de pe. d. j. ois qui ñ diligit t. xxviij. q. j. od i. t. c. seq. Mot. de premio vtriusq; ciuitat.

Semel locutus est deus duo hec audiui: q: potestas dei est t tibi dñe misericordia: q: tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.

¶ Explicat precium t premiū vtriusq; ciuitatis q̄ dabitur p deum iudicē vtriusq; scōm merita. Unde ait pphet. Nolite supplere rapinas cōcupiscere cū dāno proximi. nec iustos t innocētes persequi. nam deus iustus semel. i. immobiliter locut? est t statuit irrevocabiliter t duo hec audiui. Primo q: potestas dei est. i. q̄ deus est oīpotens t iustus. t sic tribuet vnicuiq; iuxta opera sua: sc̄z bonis premiū eternū t precium p laboribus in celo: t malis precium pene in inferno. Scōm q̄ audiui est q̄ tibi dñe est mia scōm quam tribuis penitentibus veniam per tēporalem penitentiam. Et sic nullum bonū manet irremuneratū nec malus impunitum. Aliter hyeronymi hyymnam locutus est deus t duo hec audiui. Quasi dicat: q̄ vnam locutionē fecit aut locutus est deus. A ¶ Sed in illa locutione ego duo intelleꝛi. scilꝛ q̄ ibi erant due ꝓfectiones. s. p tēria siue iusticia t mia. Sed tñe est querēdū q̄ est illa locutio dei in qua dō intellexit esse in deo iusticiā t miam ¶ Ad hoc dicit aliqui q̄ ista vna locutio pōt esse illud q̄ dicit dominus ipsi dauid. ij. Reg. vij. de suo populo. s. q̄ si unique aliquid egisset arguam eum in virga virorum t in plagis filioꝝ hoim. miam autem meam non auferam nec dispergam ab eo. Ecce quomodo dauid per vnā locutionē intellexit duas perfectiones maximas in deo simul. scilicet iusticiam t misericordiam. Aliqui dicunt q̄ deus semel locutus est ab eterno. Et sic produxit vnum verbum aut filium tantū. Postea semel locutus est ex tēpore dicendo creaturas. t sic produxit vnum mūdum tantum in suis speciebus te. Postea locut? est dicendo t dādo legem. in qua sunt duo tātum scilicet dilectio dei t ꝓximi. i. aut iusticia t misericordia. quia sicut omnia contēta in lege reducūtur ad dilectionem dei t ꝓximi. Ita premium obseruatorum legis t iusticia que dat bonis bona t malis mala. et misericordia que dat veniam penitentibus. et sic temperat iusticiam. Et sicut deus locutus est semel dādo vnicam legem. Sed in tota lege duo intelligūtur. scilicet dilectio dei et ꝓximi quia tota lex reducitur ad dilectionē dei et ꝓximi siue ad iusticiam et misericordiā. Ex his enim duobus tota lex pendet t prophete quasi dicat iste homo q̄ ex tota lege dei non intelligo nisi duo. scilicet iusticiam t misericordiam siue dilectionem dei et ꝓximi.

lxxvij. di sti. c. no see.

Als sitiuit tibi. xxiij. qō. iij. q̄ec cat. t. ij q.j.c. cuꝫ pessio.

Eus deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: q̄ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia t inaquosa sic in sctō apparui tibi vt viderē virtutē tuam t gloriam tuam.

¶ Titulus psalmus dauid cum esset in deserto iudee. Legitur primo Regum. xxij. q̄ dauid fugiēs a facie Saul diuertit in terram moab t commisit regi moab omnes parentes t consanguineos et sequaces suos maxime mulieres t pueros intantum. q̄. cccc. viri congregati sunt ad eum et fact? est princeps eorum. Et sic dauid cum illis erat in presidio regis moab. Sed gad ꝓpheta dixit ipsi dauid noli manere in presidio: ly reuertere in terram iuda. t sic ex consilio gad reuersus est in iuda et mansit in deserto apud saltum arietis cum maxima afflictione et inopia et penuria victualium. Sed ibi fuit multipliciter consolatus ex reuelatione spiritussancti vt haberet patientiam. quia post illas persecutiones debebat regnare in maxima prosperitate t abūdantia diuitiarum et copia victualium. Et quomodo Saul cum suis qui eum persequebātur erant periturī in montibus gelboe. t partim debebant latere per spelūcas in inferioribus terre. Et partim. i. in ore gladij? partim duci captiui in predam vulpium: scilicet philistinorum. Et sic dicunt hebrei q̄ dauid fecit hunc psalmum dum esset in deserto iudee in tanti penuria. In quo psalmo primo explicat desiderium suū venēdi in ꝓsperitate regni t copiā bonorum equalium sibi ꝓmissam t in scōa parte psalmi. s. Ipsi vero in vanū ꝓsierūt te. Predicit miserabilem exitū ipsius saul t suoꝝ in mōtib? gelboe put sibi fuerat reuelatū. Et sic litteraliter exponit hebrei moderni istū psal. Sed ly ista fuerit materia occasiōalis t figuratiua. vij motus est dauid ad faciendū istū psal. cui nō est ista materia ꝓtīa nec est sistendū in ea: q: aliter nō ꝓmeret ad sacram scripturā nec iste psalmus cantaret in ecclesia in laudibus oīm diuinoꝝ officioꝝ post matutinas quotidie nisi contineret aliq̄d sacramentū de xp̄o t ecclesia vt super? dictū est. Et ꝛō ē dicēdū q̄ verū est q̄ dō passus est illā inopiā t penuriā in deserto iudee t facta fuit sibi illa supradicta reuelatio de p̄speritate t abundātia sui regni t de miserabili exitu ipsius saul t suoꝝ ly p tale nō fecit psalmū istū. Sed postea dum fuit in ꝓsperitate t quiete in domo sua t regno t ꝓposuit ampliare diuinū cultū tunc enim frequenter memorabat t in mente volebat persecutiones quas passus fuerat: t etiam aliquas reuelationes quas non totaliter intellexerat: t tunc in illa quiete t meditatione illuminabatur t eruditebatur a spūsctō de futuris sacramentis xp̄i t ecclesie t sic condebat psalmos put in illis gestis ꝓteritis scz aduersitatib? t ꝓsperitatib? ꝓuidebat in spū persecutiones xp̄i futuras t ecclesie t exaltationem regni eiusdem: t sic condebat psalmos de xp̄o t ecclesia. Et sic ergo est dicēdum q̄ dauid dum esset iam in sua quiete t contēplatione meditando illam penuriam quā passus fuerat in deserto iudee t meditando reuelationes sibi ī factam de regno suo t ꝓsperitate futura t de miserabili exitu saul t suoꝝ t cum vidisset totū illud iam fuisse impletus in eo: tunc in tali meditatione fuit multipliciter illuminatus t eruditus a spū sancto: qualiter totū genus humanum erat in maxima penuria bonorum spūalium post q̄ fuerat ejectū ab illa abundantia t felicitate paradisi terrestris t q̄o p xp̄m debebamus recuperare maiorē abundātiā bonoꝝ spūaliū in hac ecclia p gratiam sacramentoꝝ t bonoꝝ: t in alia per gl̄iam t quidem etiam ꝓsecutiones ecclesie in capite t membris t miserabilē exitū iudeoꝝ xp̄i ꝓsecutoꝝ: t etiā tyrannoꝝ t aliorꝝ ecclesie ꝓsecutoꝝ. Et de his fecit hūc psalmū. In quo tria facit. Nā primo explicat desideriū ecclie bonoꝝ spūaliū t gr̄e ante xp̄i aduētū. Scōo explicat reuelatiōem t ꝓmissionem sibi factam de copia t refectione bonoꝝ spūaliū p aduētum xp̄i. Tertio p̄dicit miserabilē exitū t interitū ꝓsecutoꝝ xp̄i et ecclesie. Ecce ibi. Sic in sctō apparui tibi. Tertia ibi. Ipsi vero in vanū. ¶ Quātū ad primū dicit Ra bacados t multi hebreoꝝ q̄ uētus aquilonaris intrabat per fenestram t mouebat chordas psalterij t ad sonum chordarū excitabat dauid ante auroram: t tunc spiritussanctus replebat mentem eius t eruditebat ipm de his que contēplatus t meditatus fuerat in lecto t strato suo ex parte noctis. Et sic condebat psalmos de futuris mysteriis p fundissimis. Et sic ad lucē diei surgebat ad conficiendos psalmos ad laudem dei.

Mot. de materia hui? psal.

Diuisio psalmi.

Dicit ergo dauid in ꝑsona totius ecclesie. O deus omnium per creationē: t deus meus per spiritualem cultum: ego excitatus a spiritusancto vigilo de luce. i. de diluculo t aurora ad laudandū te. Et causa t ratio quare ego de mane surgo t vigilo ad laudandum te: est q: anima mea t caro mea exīs supple in hac terra deserta t inuia t inaquosa et sterili oim bonoꝝ spūalium. Sitiuit in te q̄ multipliciter. i. valde t multipliciter desiderauit peruenire ad te xp̄e. In q̄ explicat multipliciter refici t reconciliari t restaurari per passionem t resurrectionem tuam t multiplicia ecclesiastica sacramenta. Alū notāter dr in terra deserta t inuia t inaquosa. Nam ista vallis lacrymarū in qua sumus exules et relegati a facie dñi erat primo deserta consortio angelorum et erat inuia ante xp̄i aduentū: q: lex moysi non deducebat ad perfectum de se nec poterat nos in gloriā introducere et erat inaquosa q: erat sterilis ex inopia gratie sacramentorum q: de se nō poterat iustificare vt patet ꝑ totū discursum epistole ad romanos et galatas t hebreos Et sic anima existens in hac terra deserta t inuia inaquosa et sterili bonoꝝ spiritualium sitiebat t desiderabat peruenire ad xp̄m: vt in eo reficeret Scōo notanter dr sitiuit q̄ multipliciter alia mea t caro mea: q: genus humanū non solum expectabat refici per xp̄m quantū ad alam: sed etiā quantum ad corpus. Alā quantū ad aiam primo expectabat refici multiplicibus bonis spūalibus t liberari a multiplicibus miseriis. Alā per baptismū expectabat liberari ab originali t refici gr̄a t fide t spe t charitate. Et per confirmationem septem donis spūssancti repleri. Et per pnām a mortali liberari t in gratiā reduci t per eucharistiā multipliciter refocillari t deo vniri t viuere te. Mota.

¶ Quā vivero ad corpus expectabat p̄resurrectionē xp̄i ab oibus miseriis et penalitatibus corporalibus liberari et immortale t gloriosum corpus recuperare t sic aia t caro nostra sitiebat multipliciterve nire ad xp̄m q: oibus istis bonis carebat existēs in illo statu t in illa terra deserta t inuia t inaquosa. Alii illi in illo statu oia ista desiderabāt quātū ad gratiam per aduētū xp̄i: et etiam quātum ad gloriā. Et sic oia ista adepti sunt sancti patres p aduentum xp̄i. Alā forsan dauid t multi sanctorū patrum simul surrexerunt cum xp̄o vt dictum est psal. lvj. Nos autem quia iam recepimus ista bona spiritualia quantum ad animā quo ad gratiam ēt adhuc sitimus t desideram? omnia ista quo ad corpus t animam per gloriam futuram quia bona gratie huius status significāt et pariūt bona glorie in futuro: et sicut bona temporalia legis veteris significabāt bona gr̄e huius status. Ita bona gratie huius status significant bona glorie in patria superna nobis per ista bona gratie promissa. vt dictum est psal. xxij. Sic in sancto apparui tibi

not. q̄iō dō surgebat ad ecco.

¶ Hic incipit versus t sentētia in hebreo trāslatione Hieronymi et est secūda pars in qua explicat promissionem et reuelationem sibi factam de copia bonorum spiritualium in hac ecclesia p gratiam et in superna per gloriam. Unde nota q̄ dō excitatus a spiritusancto frequēter surgebat a lecto.

cto t intrabat tabernaculū dei: qō tēderat iuxta domum suam t ibi in illo sanctuario orabat t contemplabat diuina mysteria t beneficia sibi collata. t ibi apparebat sibi spūssanctus: t videbat deū in spiritu t sic erudiebatur de futuris mysteriis t sic ꝯdebat psalmos. Et ideo dicit dō o dñe fiet taliter apparui tibi in sctō: idest in sanctuario sctō tabernaculoꝝ videre gloriā tuā. Littera hieronymi est magis clara que dicit sic in sanctuario vidi te vt viderem virtutē tuā t gloriam tuam. Et quo patet ꝙ dauid vidit deum in spiritu t per reuelationem factam in tabernaculo t sanctuario dei intantum vt per illam visionem et reuelationem dauid videret in spiritu virtutem christi futuram t gloriam t copiam bonorum quam christus nobis erat daturus.

De pe. d. j. qi di uinitatis natura.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas labia mea laudabunt te.

¶ Dicit dō: egovidi in illavisione: qm̄ misericordia tua o pe est melior sup oēs vitas hui⁹ mundi idest ꝑ vita vegetatiua t sensitiua. Sed hic ponit vitas in plurali. quia per vitas intelligit omnes cibos t potus t refectiones corporales qui faciūt ad vitam corporis: quasi dicat ego noui in spiritu ꝙ meliores sunt cibi t potus spirituales quos nobis debes dare per misericordiam t passionem t resurrectiōem tuam ꝑ omnes cibit potus t refectiones corporales huius mundi: quia illi sunt cibi gratie et gloie quibus totus homo quo ad corpus et anim̄ viuet ineternum: sicut dixit christus samaritane: qui bibet hanc aquam non sitiet in eternū. Joh. iiij. Item Johan. vj. qui māducat hunc panem viuet ineternus. Ideo sequitur quia tu dabis mihi istos cibos spirituales meliores super omnes vitas t cibos corporales. Ideo labia mea laudabunt te.

xciij. d. c. j. in glo.

Sic benedicam te in vita mea t in nomine tuo leuabo manus meas.

¶ Semper benedicam te in hac vita mea agendo gratias t leuabo manus meas in nomine tuo idest inuocabo nomē tuum quod est iesus in quo expecto saluari t consequi omnia bona spiritualia supradicta.

xv. dist. sancta romana.

Sicut adipe et pinguedine repleat anima mea: t labijs exultatiōis laudabit os meū

¶ Anima mea replebitur omnibus illis bonis spiritualibus: sicut corpus repletur adipe t pinguedine corpali t cibis pinguibus corporalibus. Nā ista bona spiritualia pingue faciunt animam t corp⁹ pinguedine gratie t glorie. Et sic os meū tūc laudabit te labijs t cantibus exultationis et gratiarum actiōis hic per gratiam t in futuro ineternum per cantum glorie.

vij. q. j. c. deniq. ā

Sic memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

¶ Sic etiā memor fui tui. i. memor ero tui: o deꝰ in hac ecclesia militanti t memoriam agam super stratum. i. lectum. meum meditando. t contēplando beneficia recepta t etiam in statu gentibus fleꝑis orando. Etiam meditabor in te in matutinis: q: surgam ante lucē ad cōfitendū noī tuo t ad laudes tuas decantandū agendo gratias q: in oībus fuisti adiutor meus: q: non solum me a peccato redemisti t a fame t miseria liberasti: sed etiā supra dictos cibos gratie t glorie tribuisti. Et sic.

Et in velamento alarum tuarum exultabo adhesit anima mea post te me suscepit dextera tua. xj. q. iij. ad mensam.

¶ Ego exultabo me esse ꝓtectū in velamēto alarū tuarū: t sub ꝓtectione mīe tuet exultabo q: aīa mea relictis cerimonijs legalibus t relictis ydolis adhesit ambulauit post te t tue legi: ꝑceptis se subiecit: q: dextera tua t mia me suscepit: t vocauit ad fidē t ecclīā t adveniāt ēt ad gliaz i futuro

Ipsi vero in vanum quesierunt aiam meaz introibunt in inferiora terre tradentur in manus gladij partes vulpium erunt. xxiij. q. v. j. vici.

¶ Hic predicit miserabilem exitum persecutorū xpi t ecclesie. Maz primo de iudeis qui occiderūt xpm fuerunt facte tres partes: nam quidā abscō debantur per speluncas vt ait iosephus de quorū numero fuit ipse vnus cum. LXXX. secūda pars fuerunt mortui: alia pars fuit ducta t dispersa in captiuitatem per mundum. Ideo ait dauid in persona christi t ecclesie. Ego ago gratias quia me suscepit dextera tua me in capite a mortuis suscitando t in membris a persecutoribus liberando vero pro sed ipsi. s. iudei christi crucifixores in vanum quesierunt aiam t vitam meam delere tanni bilare: q: resurrexi in capite t liberatus suz in membris. Et sic ipsi manserunt confusi: sed punitio eorum erit tripartita: nam quidaz eoz introibūt in inferiora terre per speluncas subterraneas latendo t fugiendo diuinam vindictam factam per romanos t, quidam erunt in manus potestate gladij quia decies centena milia mortui sunt vt ait iosephus in illa strage t obsidione hierusalē t galilee t iudee t quidam erunt partes t sortes t portiōes in ꝑdam vulpium. i. romanoz: gentes enim armorū dīr vulpes: q: omnia deuorant: eadem persecutio fuit facta de tyrannis gentilibus: vt legit in ecclesiastica hystoria q: miserabiliter moziebant: et sic introierunt in inferiora terre: idest ad infernū quo ad animam t ceciderunt in manu gladij per bella intestina t sic cadauera eorum fuerunt partes et cibi vulpium t lupoz t canum t aliarū ferarum: etiam ista pars iudeoꝝ dicunt vulpes q: fallaces ex vsura rapinaq viuentes t dolosi isti ergo persecutores christi sic punientur vt dictū est.

Mor. de mortui sunt in obsidiōe hierusalem.

Rex vero letabitur in deo laudabūtur omnes qui iurant in eo: q: obstructum est os loquentium iniqua. xxxv. d. c. ab exordio.

¶ Vero pro sed: rex xps letabit in deo patre secundo a dextris eius in gloria t omnes xpiani fideles qui iurant in eo. i. qui promiserunt in baptismo fidem spē t caritatem ipsi xpo t profitebūtur legem euangelicam t xpm esse verum deū t messiā

laudabunt t a deo acceptabunt hic p gram t i futuro per gloriā t nō solū laudabūtur a deo. sed ēt ab hoibus. Judei vo p oppositū teeteri infideles vituperabunt t cōfundent cū viderint xpm resurrexisse t vniuersaliter regnare t fideles laudabuntur t gliabunt. q: os gentiliū t iudeoꝝ loquētiū iniq̄ ꝑ xpm t ecclesiā est obstructū t obtusum pre cōfusione cū viderint ꝓsperitatē xpi t ecclīe. vnde nota ꝙ nō dicit oēs qui iurant ꝓ eū. q: vt sic non semp est laudabile: sed dicit oēs qui iurāt in eo. q: in baptismo t pfessione fidei xpi nō iuramus per eū sed in eo. q: in eo ponimus spem nostram t fidem t renunciamus mūdo t dyabolo. Et nota ꝙ iste psalmus sp cantat in laudibus matutinis. eo ꝙ dauid ꝓphetice ꝓmittit in hoc psalmo in ꝑsona ecclesie surgere ante lucē t in matutinis laudare deum pro gratiaꝝ actione de beneficijs gratie t glorie per xpm nobis collatis.

ex. dist. sacra romana.

Exaudi deus orationez meā cū deprecor a timore inimici cripe animam meam.

¶ Titulus in finē psalmus dō. Et titlo apparet ꝙ dauid fecit hūc psal. dirigens nos in xpm q est finis legis. Sed de materia hui⁹ psal. dicit rabi salomō ꝙ dō ꝓuidēs i spū ꝓphā danielis qñ positus est in lacu leonū fecit hunc psal. in persona danielis deprecantis deū vt ipsuz liberaret de lacu leonū. Et sic nō solū ra. sa. sz ēt quidā catholici sequētes eū exponūt hunc psal. ad litterā de illa liberatione danielis de lacu leonū. Sed qui bñ vult cōꝑhendere discursum hui⁹ psalmi poterit videre qualr talis ꝛralis expositio est i epta t ertorta t valde dissona littere hui⁹ psalmi. Item talis expositio facit iniuriam ꝓphete dauid abscondēdo t cōtēnendo thesaurum absconsum: imo explicatum in hoc psalmo in quo ꝓphetice ꝑdicatur cōfusio t cecitas populi iudaici in cōiuratione facta ꝑ necē xpi. pdicitur ēr sublimitas scie tie apostoloꝝ. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā est aduertendū ꝙ dauid cōtēplando cōiuratiōem quā fecit saul cū abner t doech t ceteris emulis cōtra dō ꝑ uidit in spiritu qualiter consilium sacerdotuz scribarū t phariseorum debebat conspirare ꝑ xpm vt ipsum morti traderent putantes totaliter ipsum delere de terra. ne ꝑderent regnū t sacerdotium. Sed ꝑrīū eis ꝙcuenit. nā xps resurrexit t regnauit gñaliter per vniuersum orbem t ipsi perdiderunt scep trū t sacerdotiū t ciuitatē t fuerunt dissipati t dispersi. Et māserūt cōfusi t ceci in intelligētia sacre scripture: vt dictū est psalmo. ij. Hoc ergo ꝑuidens dauid in spū fecit hunc psalmum. In quo duo principalr facit. Nam ꝓmo predicit in persona xpi per modū oronis. cōfusionē t cecitatem iudeorū q̄ accidit eis in cōiuratione facta ꝑ xpm ex malicia, t supbia. Secōo ꝑdicit t explicat altitudinē scientie apostoloꝝ in sacris scripturis intelligendis quā adepti sunt ex humilitate t obediētia. ibi sagitte parulorum. ¶ Quātū ad primū q: xps introducitur ad loquendū tria facit. Primo petit liberari ab iniquo ꝙsilio t malipolio iudeoꝝ

Diuisio psalmi.

facto ꝑ xpm. Secōo explicat iniquū cōsiliū t cōiurationem factā ꝑ ipsum. Tertio predicit confusionem t cecitatem iudeoꝝ ex eorum malicia ꝓpetratam. ij. ibi. q: exacuerūt. iij. ibi. scrutati sunt iniquitates. ¶ Quātū ad primū dicit xps ad ꝑm. o pe deus. Exaudi orationē meā cū deprecor in horto t in cruce. Et primo rogo vt passio mea sortiatur effectum suum. s. vt recipias eam in ꝑceptum ꝑ totogenere humano redimendo a perpetua captiuitate t morte. Et cripe aiam meā. i. vitā meam a timore inimici ppli iudeorū me resuscitando ō mortem ad vitam: t etiā cripe aiam meā. i. ecclesiam. primo a timore inimici dyaboli. Secōo a timore inimici cetus iudeorum t tyrannorum.

Protexisti me a conuentu malignantium a multitudine operantium iniquitatem. lxxxvj. d. c. desolatis

¶ Protexisti. i. ꝓtege me a conuentu iudeorum malignantium. i. a coniuratione t malipolio eorū t a multitudine iudeorum t tyrannoꝝ operantiuz i. machinantiū iniquitatem ꝑ me t ponitur ꝓteritum ꝓ futuro siue iperatiuo vt. frequēter fit i hoc lib. D ¶ Deinde cum dicit.

vj. q. j. c. ex meritо.

Quia exacuerunt vt gladiū linguas suas: intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum. xj. q. iij. solum. vj. q. 6. ex merito.

Subito sagittabunt eū t non timebunt firmauerunt sibi sermonem nequam.

¶ Explicat iniquū consiliū t coniurationē factā ꝑ eum dicens. Domine ꝓtege me a ꝑsilio iudeoꝝ malignantium: q: omnes fuerūt cōgregati ꝑ me t exacuerunt vt gladium linguas suas contra me t intenderunt arcum rem amarā. i. mortē t falsum testimonium cogitarunt. quasi dicat ꝙ sicut sagittarius intendit arcum t mittit sagittaz contra inimicū aut contra feram. Ita iudei intenderunt arcū iniquitatis t malicie contra me rem amarā id est falsum testimoniuz vt sagittent. i. vt sagittarēt me immaculatum t purum t innocentem. hos sagittas falsi testimonij t mortis miserunt cōtra me in occultis t in absconso q: me absente tractabāt mihi mortem. Et sicut mos huius iusti fuit perpetrata in occultis. Ita etiam in breui tempore. quia in die mercurij. fuerant congregati in occulto t secreto ante diem, pasche ne forte tumultus fieret in populo: sed in die iouis fuit captus. t in die veneris crucifixus. Ex quo patet ꝙ subito tre pent sagittabunt istum immaculatum t iustum t non timebunt deum nec mundū in tam scelerata t iniqua sententia data contra hominem iustum sine peccato. t sic absq dei timore isti iniqui firmarunt sibi adinuicem sermonem t consilium t sententiā nequā t iniquam. Et isti iniqui.

vj. q. j. c. deteriores.

Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos.

¶ Narrauerūt t cogitauerunt vt absconderent t pararent laqueos ꝑ xpm vt caperēt ipm t ꝺixerūt inter se quis videbit eos. quasi dicat nullus poterit scire nec videre laqueos quos paramus cōtra istum hominem. Et sic inopinate capiemus eum nec poterit euadere manus nostras: nec etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquis poterit videre itētionē nostrā: q; putabit pplūs q ex zelo legis occidimus istū hoiem q̄ agit ꝛ legē: nūc ergo iudei acuerūt vt gladiū linguas suas ꝛ iesum: qñ congregati sunt in cōsilio dixerunt hic hō multa signa facit si dimittimus eū venient romani ꝛ tollēt locū nostrū ꝛ gētē: melīꝰ ē vnum hō moriatur p pplo. Itē tunc etiā acuerūt linguas ꝛ iesum qñ dixerūt ipsum esse voracē ꝛ potatorē ꝛ Et quādo dixerūt pylato: crucifige crucifige eū dicentes eū inimicū cesaris ꝛ seditiosum ꝛ legis violatorem. Item tūc intenderunt arcū in rē amarā qñ cōtrarīt in necē eius. ꝛ tunc in occultis sagittarunt eū qñ congregati sunt in atrio pncipis sacerdotū. vbi vocauerūt eū blasphemū ꝛ alapis ceciderūt ꝛ opprobrijs affecerūt ꝛ irriserūt. sed tunc in occulto ꝛ secreto fatigarīt eū qñ in die mercurij de eius nece tractarunt ꝛ inde pecunias se daturos promiserūt. ꝛ tūc firmarūt sibi sermonem nequā quādo falsū testimonia cōfingerēt ꝛ contra pylato dignum morte accusarunt. ꝛ tūc narrauerunt vt absconderēt laqueos qñ occasiones mortis ꝓpo parauerūt ipsum capere in sermone cogitauerūt dicentes. Si licet dari censum cesari an non. mat. xxij. deinde cum dicit.

iiij. q. iiij c. nullus introducatur.

Scrutati sunt iniquitates: defecerūt scrutantes scrutinio.

euangelistarum. Aut ipsi susceperūt a xpo. Et sic est dicendū q̄ritio quā habuerūt apli de lumine euāgelico in illo raptu in die pēth. fuit quasi matutina respectu visionis quā nos habemus nunc de eodē lumine p fidē t scripturā sicut dicitur est psal. lxvij. Et sic p3 quare apostoli dicunt mōtes in scriptura. eo q̄ susceperūt lumē sapiētie a xpo quasi visione matutina sicut montes illuminati a sole. t nos suscepimus ab eis quasi visione vespertina. Et hoc est q̄ petit dauid in hac parte scilz q̄ apli suscipiant lumē a xpo in suo aduētu t cōmunicent vniuerso mūdo: ideo dicit. O pater veniat messias filius tuus. t da ei iudiciū t iusticiā ad iudicandū pplm tc. vt montes. i. apostoli accipiant ab eo pacē. i. legē euangelicā que pacificat t reconciliat hoies t populū cū deo. t colles. i. doctores accipiāt iusticiā. i. legē illuminātē t iustificantem ab apostolis. Nā apostoli acceperūt primo legē potestatē t lumen a xpo. Et discipuli t doctores acceperūt ab aplis. Nam apostoli maiores imposuerūt manus sup barnabā t marcū t miserūt eos ad prdicandū vt p3 Act. xiij. t sic paulus cōstituit timotheū t titum episcopos tc. Dicit ergo accipiāt mōtes. i. apostoli pacē populo. i. legē euāgelicam pro pplo t vt annūciēt pplo. t colles scz ceteri discipuli t doctores accipiant iusticiā ab apostolis. i. eandē legē iustificantem vt declarēt cetera sicut fecit augustinus t hieronymus tc.

ij. q5. ij. glia epi Duplex xpi iudicium.

Judicabit paupes populi t saluos faciet filios pauperū t humiliabit calūniatorem.

¶ Nota q̄ duplex est iudiciū xpi. Unū dicit iudicium discretionis t alterum examinatiōis. In primo aduentu xps iudicauit iudicio discretiōis: in quantū discreuit granū a paleis de lege veteri et collegit granum sacramentoz t veram intelligentiam. t repudiauit cerimonias: t posuit terminus in figuris t patefecit veritatē t elegit t separauit t discreuit apostolos t ceteros fideles ab infidelibus t promisit premiū obseruatoribus t penam transgressoribus. Et sic iudiciū discretionis fuit quedā electio t discretio veritatis a figura et bonum a malis. Sed iudiciū examinatiōis fiet in fine aduētu: vbi examinabunt facta hominū et vnusquisq̄ recipiet prout gessit. Et de vtroq̄ iudicio intelligit dauid. Nā qñ iste rex messias veniet in primo aduētu iudicabit. i. eliget pauperes populi. i. apostolos qui fuerūt de pauperibus t infimis populi iudeoz: t saluos faciet filios pauperū id est filios regeneratos. t sequaces istoū aplorum pauperū. q: nō saluabit superbos nec diuites huius mūdi: sed solū pauperes spū. i. mūdi cōtēptores ponētes spē suā in celestibus t humiles remittētes pprias iniurias t patiēter tolerātes. t simplices t mites. Sed p oppositū humiliabit t deiciet t psternet oēm calūniatorē. Unde per calūniatorem intelligit primo diabolū, q̄ est pater t caput oīs fraudis t calūnie t mēdacij t superbie t oīs peccati. t exinde intelligit oia mēbra sua scz oēs mēdaces calūniatores mēdaces superbos. auaros. forpetōs iniquos. osores tc. Nā sicut in primo aduētu elegit ad se pauperes t hūiles t iustos t his promisit beatitudinē regni celestis. cū dicit Mat. v. beati pauperes spū. beati mites tc. Ira superbis tanaris cōminatus est penā: cū dicit discedite a me oēs q̄ operamini iniq̄tatē. Mat. vij. t sic post vltimū iudicium ibūt hi in ignē t illi boni in vitā eternā. Mat. xxv. Nā p calūniatorē intelligit oēm hominē minū danū t peccatorē. Nā qui viuit sm mūdū nō viuit nisi in calūnia t fraude. Nā oīs superbus conat cū calūnia oēs alios deprimere t subijcere. t auarus cū calūnia alios defraudare: t luxuriosus cū calūnia oēs mulieres decipere tc. Et p pauper spū intelligit oēs iustos. Nā si q̄s est pauper spū: est cōfessor huius mūdi. aliter nō est verus xpianus: t ideo vbicūq̄ in sacra scriptura noiantur pauperes intelligunt xpiani t pplus xpianus: q: solus pplus xpianus vere contēnit felicitatē mundanā t tpalē eo q̄ expectat felicitatē eternam in celo. quā non pōt cōsequi nisi contēnat terrenā. Nā solus xps fuit primus qui fecit hoc iudiciū t hanc discretionē qui vitā pauperū elegit t docuit t felicitatem futurā promisit. cū in lege veteri bona mundana promitterētur. Nā nunq̄ diuitie fuerūt in lege veteri phibite. nec regnū celoz fuit eis explicite promissum sed bona tpalia in figurā bonoz spūaliū ideo immediate desiderabat xps messias in lege promissus. q̄ oia ista habebat discernere t veritatez legis docere t viā in celū demōstrare: t sic xps docebat finis illius legis in quem oia dirigebant t gra cuius gerebant. t in quē oia tendebāt tāq̄ in finē: in quē terminarētur t in eo cursum finirent t ab eo psecutionē acciperent. Et hoc petit t desiderat dauid cū ceteris patriarchis t pphetis in hoc psalmo. Tria ergo predicit dauid in hoc versu Primo q̄ messias debebat eligere pauperes i apostolatū. Scdo saluare filios pauperum. i. p apl̄os oēs regenerationes beatificare t a peccato liberare p baptismū. Tertio humiliare t deijcere diabolū calūniatorē qui totū mundū decipiebat per idolatriā. Et sic debebat idolatriā de mūdo delere. Et etiam debebat dejcere oēm calūniatorem.

paupes spū sunt iusti.

pauperē elegit xps.

xxxv. di. ca. ab exordio.

Et permanebit cum sole t ante lunam: in generatione t generationem.

¶ Hic describit hui? magni regis eternitatē. Nā diceret alicui? tu dauid dicis q̄ iste rex erit fili? tu? t nascet post te: cū dormieris cū patribus tuis: ergo erit finitus t tpalis t per oēs parue potentie Ad hoc respondet dauid dicēs q̄ nō. Nā xps erit eternus t coeternus patri t ideo pmanebit cū sole eternaliter a parte post. nō solum fm diuinitatem sed etiā fm humanitatē. Nā licet fm humanitatē habuit principiū: tn adhuc erit eternus. t manebit t durabit eternaliter cum sole a parte post: sed iste christus etiam est eternus a parte ante secundum diuinitatem. Probatur. Nam fuit ante lunā. t per oēs ante solem t oēs stellas. t ante celum t terrā. Hoc probat. Nam ipse xps est illud verbū per q̄ facta sunt omnia ista. Nam pater per hoc verbū dixit. fiat lux t fiat firmamentū t fiant duo luminaria. Nam si deus pater non habuisset istud verbum non potuisset loqui. nec dicere omnia ista creata ab extra. ergo istud verbum

not. qñō xps est filius dō t ēternus

Universidad de Deusto

per qđ facta sunt oia sc̃z celum t luna t sol ꝓtece-
dit celum t solē t lunam: sed nihil ꝓcedit celum t
ꝑs nisi solus deus t sua eternitas: ergo ꝑpuus est
deus t eternus. t sic ergo permanebit eternaliter
cū sole. Et fuit eternaliter ante lunā. t erit semp
in gñatione t generationē t sic est possibile ꝙ sit
natus eternaliter a patre sm diuinitatē t nascat
ꝛpaliter ex matre sc̃m carnē. Et nota ꝙ cōparat
sol t xpi humanitatē xpi ipsi soli eo ꝙ caro xpi post resur-
ꝓuanitat rectionē facta est incorrupta t clara sicut sol. ideo
ꝑmanebit cum sole. i. eternaliter t clara sicut sol.
Itē cum subdit. t ante lunā: ly ante põt teneri cō
paratiue dicendo excessiuꝫ. q. d. ꝙ xpus semp erit
lucidus sicut sol. in se habēs fontē lucis. vt fiet an
te lunā. i. nobilior ꝙ luna que non habet lucē a se
sed a sole: t sic in illa celesti gloria xps se habet vt
sol. ceteri aūt beati se habent vt luna. qz receperūt
lumē glorie a xpo: qui lucet omnibus. vt ps̃ Apo.
xpi. Et sic xps manebit lucidus cū sole: t ante lu
nā. i. supra lunā. Et nō solū hoc verificat de illa ec
clesia triumphanti sed etiā in ista militāti in qua
xpus est sol iusticie. de cuius plenitudine tota ec
clesia que ō: luna t oēs nos luminis t gratie suffi
cientiā accepimus t in eius lumine ambulamus.
de ꝑfec. di. iij. ca. vlti. t sic xps semp est sol ante. i. supra lunam.

Descendet sicut pluuia in vellus: t sicut stil licidia stillantia super terram.

¶ Quia dictū est ꝙ xps est eternus sm deitatē t
modꝰ in carnatio nis. ꝛpalis inquantū habuit principiū sm humanitatē
Ō ¶ Ideo hic explicat mirabilē modū siue incar
nationis t ostendit ꝙ in xpo non solū erat huma
nitas t caro quā accepit ex virgine sed etiā erat in
eo diuinitas quā ab eterno habet a patre. tin qua
descendit de celo t in vterū virginalem: t alludit
ad mysterium pluuie gedeonis. Unde legitur Ju
dicum. vj. c. ꝙ cum gedeon vellet ire cōtra madia
nitas: vt liberaret populū israel a tributo t capti
uitate t seruitute: deus dedit sibi hoc signū. Ma3
not. figu ra de. vel lere. posuit vnū vellus arietis siue ouis in area t de ma
ne reperit ipsum cōplutum rore celi. descenderat
enim ros de celo sup̃ vellus: t nihil roris cecidit
super terram. immo reperit totam aream siccam
t tūc cepit vellus t expressit ipsum. t impleuit pel
uim aqua ex vellere ꝓsso. Et iterū dedit ei deus
aliud signū victorie siue future. Nam alio mane re
perit totam aream cōplutam. t vellus siccū in me
dium aree. Per primū signū fuit figuratū ꝙ sicut
ille ros descēdit de celo de mane sine strepitu t le
sione velleris. Ita filius dei erat descensurus in
vterum virginis marie absq; lesione virginitatis
mirante natura: qō mysterium incarnationis est
nobis incōprehensibile t insensibile t ineffabile.
Et postea sicut illa aqua exiuit visibilis ab illo vel
lere. t apparuit visibilis in pelui absq; lesione et
corruptione velleris. ita xps exiuit de vtero virgi
nali absq; lesione virginitatis marie. t apparuit
visibilis in mundo cū hominibus conuersatus. et
expressit nobis rorē siue doctrine t gratie. Et etiā
de illo vellere siue humanitatis expressit in cruce
totum suū sanguinem in redēptionem ꝓ nobis
t hoc apparuit in scō signo. Nam sicut tota area
sequenti mane apparuit cōpluta vellere manēte
sicco. Ita manente vellere. i. corpore xpi sicco et
exangui t exhausto sanguine suo. tota area eccle
que ante fuerat sicca tunc nō fuit cōpluta ꝛpurpu
rata. de quo sanguine oia sacramenta traxerunt
virtutē. Et sicut per primū vellus intelligitur hu
manitas xpi in quā verbū descendit. Ita ꝙ scōm
vellus intelligitur totus populus iudeoz: de quo
carnē xps assumpsit: t in quē principaliter venit Perrel
t cui principaliter ꝑdicauit t super quē rorez siue lus ēt in
ꝑdicationis effudit: sed qz ille populus indignum telligit
se fecit t rorē ꝑdicationis euangelice abiecit t cō ppls in
tēpsit. Ideo mālit siccus t vacuus aqua gratie t deorum.
rore euangelico t apostoli effuderūt t pluerūt ro
rem t pluuiā euangelicā per totam aream populi
gentilis per totū orbē t sic illa area fuit cōpluta
vellere synagoge manente sicco. Et hoc intendit
dicere dauid in hoc versu. Unde dicit nō miretur
aliquis nec dubitet quomodo iste rex sit eternus
t nascat. r ꝛpaliter in terris. Nam licet ab eterno
sit deus ꝓcedens a patre. tamē ex tēpore descen-
dit in vterum virginis t vnitus est humanitati et
natus est ex matre sicut pluuia descendit in vel?
gedeonis t fuit inde aqua expressa absq; lesione
velleris vt dictum est. t descendit etiam verbum
dei rorans sapientiam euangelicam gratiarum
dona super terram sicut stillicidia t gutte pluuia-
les cadunt t descendunt super terram. ita pluuia
euangelica cecidit super apostolos t totam eccle
siam. ex quo patet mysterium incarnationis t my
sterium sapientie t gratie infusionis esse mirabile
t incōprehensibile. patet etiam ꝙ xps non est ho
mo tantū t rex terrenus sed deus celestis: qz de-
scendit de celo sicut pluuia in vellus. t ps̃ etiam
ꝙ doctrina euangelica nō est humana sed diuina
celestis. qz descendit a deo in apostolos sicut stil- baruch.
licid. a stillantia super terram. v. q̃ eos pacis. h. Thes. iij.

Orietur in diebus eius iusticia t abundan tia pacis: donec auferatur luna.

¶ Quia dixit ꝙ christus: id est verbum descendit
in vterum virginis t in carnem sibi vnitam sicut
pluuia descendit in vellus t diuina sapientia de-
scendit sicut stillicidia ꝛc. Ō ¶ Quereret alicꝫ
quem fructum fecit illa pluuia siue illud semeuer
bi in vtero virginali. Respōdet dauid t dicit ꝙ ex
illo descensu verbi diuini in carnem siue in vterū
virginis orietur in diebus eius. scilicet christi iu-
stitia t abundantia pacis. qz ex illa benedicta plu
uia incarnationis orta est iusticia. i. xps sol iusticie
t abundantia pacis. Ideo angeli cantarūt gloria
in excelsis ꝛc. Et durabit ista pax t abundātia pa
cis t iusticie legis euāgelice t gratie t iusticie do
nec auferatur luna. i. ꝛternum quia luna nunq̃
auferetur nec corrumpetur. Et sic ly donec tenet
indeterminate. Item ex illa pluuia gratie t legis
euangelice quam christus pluit t distillauit super
apostolos t ecclesiam suam orietur iusticia qz pa-
cificauit t reconciliauit nos cum deo t iustificauit
nos a peccato. Item illa pluuia t stillicidia que
emanauit ex latere christi induxit in nobis iusti-
ciam t abundantiā pacis conferendo virtutem fi-

crāmentis ad iustificandū peccatores. t hoc dura
bit donec auferatur luna. i. vsq; ad diē iudicij du-
rabit lex euangelica t executio sacramentoꝝ qū
sol t luna t oēs celi quiescēt a motu suo. Unde lu
na nō auferet sm substātiam: sed auferetur t cessa
bit eius motus t cursus ceteroꝝ astrorum: t ideo
lex euangelica ō: testamentū eternum: qz non ex
pectat alia lex post eā. Et sic simul cessabit exerci
tiū legis euāgelice cū motu celoꝝ t astroꝝ. sed
effectus legis euāgelice t fructus eius erit etern?
s. celestis fruitio t beatitudo. Et ideo dicit. Assio
dorus ꝙ ecclesia comparat lune: eo ꝙ crescit t de
crescit sm aspectū t fauorem solis iusticie: qui est
xps illuminās ecclesiā per gratiāt fauorē. Dupli
Expssit citer ergo xps expressit suū vellus. Primo vellus
xps suū ꝓpriū in torculari crucis a quo exiuit sanguis
vellus t aqua: t impleuit peluim ecclesie t sacramētoꝝ.
supl'r. Scōo expressit vellus diuinitatis: t exiuit doctri
na euangelica t septē dona ꝙssanct': t cōpleuit
t rorauit totā aream ecclesie a solis ortu vsq; ad
occasum. Ex qua pluuia t imbre orta est iusticia t
abūdantia pacis. Et nota ꝙ gedeon nō in multi-
tudine hominū nec vi armorum: sed in virtute dei
in sono tubarū vicit madianitas t amalechitas et
oēs orientales nationes quibus superatis fuit abū
dantia pacis in israel. Ita xps non virtute huma
na sed diuina superauit diabolū: tapl'i in sono buc
cine t tube euangelice subiecerūt xpo totū orbē
t sic fuit abundantia pacis in tota ecclesia.

iiij. reg. iiij. **Et dominabitur a mari vsq; ad mare: t a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.**

¶ In hac parte ꝓdicit vniuersale imperiū t do
Descri? minij huius magni regis xpi. ¶ Unde est no
ptio ter tandū ꝙ mogastenes t Strabo t Plinius t q̃dā
re habi- alij cosmographi dupliciter describūt t diuidunt
tabilis. totam nostrā terrā habitabilē. Uno modo accidē
taliter per vnū mare mediterraneum t duo flumi
na. Nā cū tota nostra carta habitabilis fiyndiq;
circūdata mari oceano sm eos: tamen per fretum
gaditanū ab occidēte intrat mare mediterraneū
ꝓcedens versus ortū vsq; ad syriā relinquēs affri
cam ad dexterā: t europam ad sinistrā: qō quidez
mare finitur t terminat in famosissimā t antiquā
ciuitatē tyri. quondā emporiū famosissimū in sy-
ria. Ideo dicitur mare tirenū separans europā ab
africa: t recipiens nilū fluuiū venientem a monti
bus ethiopie t equinoctiali: qui q̃dē nilus diuidit
africam ab asia. Rursus istud mare tyrenū intrat
versus aquilonē per elespontū t propōtidē inter
greciā t frigiā: t post constantinopolim aperit' in
vastum t magnū sinū quod dicitur mare ponticū
siue euxinerū quod recipit magnū fluuiū tanaim
venientē a mōtibus ryfeys t meothim palludem
a parte aquilonari. Et sic tanays cū pōtot-elespō
to diuidunt europā ab asia. Ex quo patet ꝙ quic
quid est a mari tireno versus partē aquilonarem
pertinet ad europā. t quicquid est ab eode3 mari
tireno versus austrū pertinet ad africā. rursum et
quicquid est vltra nilū t mare tirenū t pontum t
tanaym versus ortū vsq; ad terminos terre perti
net ad asiā. t sic asia manet multū maior t lōgior
ampliorꝫ europa sil' cum africa. Ista aūt descri-
ptio terre nostre habitabilis clarius patebit psal.
ciij. sm veram descriptionē ptholomei. Sed quia
omnes iste tres partes principales mundi. s. asia
africa: t europa receperūt iugū t fidē xpi. Ideo
dicit dauid ꝙ iste xpus rex messias ꝓbabit? toti or
bi a mari mediterraneo vsq; ad vtrūq; mare ocea
num. s. vsq; ad australē. t sic cōprehendit totā afri
cā: vsq; ad mare aquilonare. t sic cōprehendit to
tam europā: t etiā ꝓbabit ab vtroq; flumine. s. nilo
t tanay: vsq; ad terminos orbis terrarū versus
ortū supple. t sic cōprehendit totā asiaz. Et sic ꝑ Diuidit
sm istam diuisionē t descriptionē terre: ꝙ xps to plinius
ti orbi erat ꝓbaturus. Scōo modo Plini? t cete terrā ha
ri cosmographi diuidūt t describūt orbē naturali bitabilē.
ter sm aspectū celi: t sic diuidit ipsam terra habi
tabilē in tres ptes. Unde totā terrā que est inter
tropicos vsq; ad tertiū clima exclusiue appellant
ethiopiam: eo ꝙ est calida t gignit homines nigros
t ista est maior pars terre habitabilis rōne latitu
dinis t longitudinis: vt potest patere intuenti.

¶ Aliam extremitatem terre post septū clima ad
aquilonem appellant siciam: t totā terrā contentā
in quattuor climatibus intermedijs vocāt tyrenā
siue elisyam: eo ꝙ fauorabilior t conuenientior vi
te t habitatiōi hoium. t in hac media ꝑte mūdi vi
get sapientia t scientia: t artes t leges t optimi?
humani mores hoium. ceteri oēs tam scithe quā
ethiopes reputantur barbari t monades t pasto-
res semp errātes t vagātes t mutātes loca. ethio
pes ꝓpter ardorē t estū solis t scithe ꝓpter glaci
em t frigus: sed oēs iste tres partes t generatio-
nes mundi venerunt ad iugum t fidem xpi vt pa
tebit. Ideo subdit dauid t ꝓbat per singula di.

Coram illo procident ethiopes: t inimici eius terram lingent.

vt ps̃ in glo. mat. iiij.

¶ Coram illo. s. xpo pcidēt adorādo ipsi ethiopes
inimici ei?. s. scithe terrā. i. vestigia xpi ligētado
rabūt t osculabunt. vñ notāter di. Coram illo proci
dent ethiopes. qz pcidētes in terrā adorāt semp
t adorant xpm cū maiori deuotione ꝙstratiōe q̃
latini. Item scithas dicit inimicos eo ꝙ erant be
stiales t feroces t inhumani: t inimici nois xpi.
sicut fuerunt gothi t vūni t vvandali t alani: sed
postea fuerūt boni xpiani qui dicunt terrā linge-
re: qz vestigia sacerdotū t sanctoꝝ t limina eccle-
siarū osculantur sicut faciūt vngari q̃ veniunt de
stirpe hūnoꝝ t scithārū. Etiā p ly inimici ꝑnt in-
telligi oēs reges t tyrāni gētiliū qui post conuer
sionē lingebant t osculabant li nina eccl'ie. vñ pri
mo nominat ethiopes. eo ꝙ primo venerunt ad fi
dem predicatione beati Matthei. de quibus su-
ꝓdictum est ps̃almo sexagesimoseptimo. ethio-
pia ꝓuenit manus eius deo.

Reges tharsis t insule munera offerent: re ges arabum: t saba dona adducent.

Esaye lx. b. Mat. ij.

¶ Hic predicit ꝙ non solum ethiopes t scithe
erant venturi ad fidem christi: sed etiaz gētes me
die scilicet indi t arabes. t ceteri habitantes in-
ter secundum t septimum clima: quia sapientio-
res t nobiliores ingenij: t in moribus. Unde notā

dum est q̄ rata regio que est inter gāgē t magnū fluuiū senū q̄ hodie dicit regnū mātim apellat in scriptura vete. te. Tharsis que est regio indoru ditissima auro t argēto t aromatibus t ante hostia gāgis respōdet in mari indico magna insula taprobana pariter argēto t auro abūdantissima. hāc appellat scriptura ossir. Vsi ad hanc tharsis t ossir mittebat salomon naues p triēniū ad portā dñi aurū t argētū in iudeā: vt p5. iij. Reg. Deinde per taprobanam in eodem mari indico sunt. M. DCCC. insule quas ptholome⁹ cohortes appellat. Et sic dauid dicit. Reges tharsis t iste insule oēs offerent munera isti regi xp̄o. Unde p reges tharsis intelligit oēs reges indoru qui regnāt in regione sinarū t catay. t mantich. t ceteroum regnoū triplicis indie. Itē per ly insule non solum intelligit. M. DCCC. cohortes sitas in mari indico: sed etiam insulas cicladas t ceteras sitas in mediterraneo: t etiam. xxx. fortunatas in oceano atlantico. t. xx. orcades i oceano britānico quas ptholomeus appellat albiones: q: oēs isti venerūt ad fidem xp̄i vt p̄habik. Itē sequit. reges arabū. Arabia est quicquid est inter sinā perticū t elanicū siue arabicū: t est pene insula circundata mari rubro. in cuius littore versus austrū est magna regio dicta saba. t tota ista arabia dicit felix a felicitate auri: t aromatū. t dicitur arabia interior in qua regnabant septuaginta reges. t etiam ista arabia extenditur versus aquilonē vsq̄ damascū que etiam est duplex: scz arabia petrea t deserta in hac etiam regnabant multi reges qui oēs venerunt ad fidem xp̄i. Ideo dicit reges arabum t reges saba adducent dona ipsi xp̄o. Item vt cōpbē dat oēs nationes t conditiones t dignitates hominū qui venerunt ad fidem xp̄i. subdit.

xxiij. q̄. iij. eccle sia.

Et adorabunt eum omnes reges: oēs gentes seruient ei.

¶ Hic p̄dicit latriam dandā t debitam ipsi xp̄o messie. B ¶ Ad cuius intellectū est notandū q̄ latria est cultus soli deo debit⁹ ratione summi dominij t bonitatis t potestatis: t sic soli deo debet q̄ia est summe potens t creator t recreator. t iō

Triplici honore deus co lendus.

triplici honore est colēdus. Primo adoratiōe cū prouidentia. t hoc ratione omnipotētie. Secūdo oblatione t sacrificio. t hoc ratione gubernationis. Tertio hymnis t orationibus. t hoc p beneficiorum largitione. Et sic vere christo competit latria. q: creator t vniuersalis dominus t iudex t redēptor t verus deus. Ut sicut illa humanitas fuit instrumentum in nostra redemptione: ita simul adoratur cum verbo cum quo personaliter vnita est. Unde in hoc decipitur cāby in hoc passu dicens q̄ nos ponimus quaternitatem in deo: scilicet patrē t filiū t spiritūsanctum: t humanitatem xp̄i: quē filiū dei regis vocamus. Unde iste cecus putat q̄ humanitas xp̄i faciat numerū cum verbo diuino t hoc accidit: quia nō percipit vnitatē personalem humanitatis cū verbo: t sic per se non adoratur humanitas sed persona: quia non adoratur hūanitas: sed verbū humanatū t incarnatū. vt ait hiero. in sermo. de assumptiōe vginis marie. Ex hoc patet q̄ toti xp̄o p se debet latria. Tria g̃ facit dō i hac vltia pte. Ulā p̄mo p̄dicit adoratiōnē ab oib⁹ natiōib⁹ xp̄o exhibēdā. Scōo ei⁹ oblatiōnē. Tertio q̄lr erat hymnis t laudib⁹ colēd⁹. scōa ibi. Eruuēt vbabik ei. tertia ibi. sit nomē eius bñ dictū. ¶ Dicit g̃ ad p̄mū eo q̄ supra dixit ei⁹ vniuersale dñiū a mari vsq̄ ad mare t̄c. Jō rōne sum mi t vl'is dñij debet sibi adoratio. Jō dicit adorabūt eū oēs reges t oēs gētes seruiēt ei. Tota ista ꝓphetia successiue impleta ē i xp̄o vt dictū ē. Ulā reges gētiliū q̄ añ persecūbant xp̄ianos postea cōuersi ad fidē xp̄e Cōstātini adorauit eū tanq̄ deū t dñm: t peciderūt coā eo t vestigia eius linxerūt siit osculati: t fuiūt ei cultu latrie: rōe sūmi dñij t maiestatis t bōitatis potestaris. t iō reddit cās quare adorabunt eum omnes reges. t dicit.

Quia liberabit pauperem a potente: t pauperem cui non erat adiutor.

xx. ij. q̄. iij. capi. duo ūte fi.

¶ Idest totū genꝰ hūanū a diabolo potēte nō q̄ diabol⁹ hēbat ō se tātā potētiā nisi inq̄tū a deo sibi erat p̄missa vsq̄ ad aduētū xp̄i ꝓpter peccatū p̄moꝝ parētū. Ulū tāta ē potētia diaboli ꝑ hoc ēt⁹ locus sibi a nobis dat nō seruādo dei precepta t recedēdo a deo. Ulā q̄ elōgat a deo adheret t subijcit se dyabolo. t tūc dyabol⁹ ō: potēs potestate quā sibi dāt potēte: t quā deus sibi p̄mittit t sic fuit totū genus hūanū in ptāte dyaboli vsq̄ ad aduētū xp̄i: a qua ptāte nemo poterat hoīem liberare nisi solus xp̄s. Jō dicit q: liberabit populū paupez a potēte. scz dyabolo: pauperē dico cui nō erat adiutor nisi solus xp̄s ad hoc deputatus t in lege p̄missus. D ¶ Ulū no. q̄ dyabolus multipliciter affligebat gen⁹ hūanū añ xp̄i aduentum: q: nō solū verabat per petitū idolatrie vitiorum in aia: sz ēt verabat i corpore. Ulam cogebat cultores suos ad nephāda t enormia scelera: t flagitia. cogebat eūm p̄res immolare filios t filias. vt p̄sal. cv. t etiā p̄res comedere filios t ecōuerso vt fiebat apud scithas t alias barbaras nationes. t sic busirides egyptus comedebat hospites suos t etiā cogebat matres p̄stituere filias lupanaribus t turpi t nephande luxurie: t cōsecrare eas veneri ad turpitudinē. t cogebat ꝑcultores ad ludos scenicos t alios nephandos ritus: vt dictum est p̄sal. xj. a quibus miserijs solus xp̄us liberauit gen⁹ humanū. vt demōstrat Eusebius. vj. de preparatione euāgelica. Ex quo p5 q̄ xp̄s nō solum liberauit hoīem quo ad aiam a dyaboli ptāte: sed etiā quo ad corpus tales ritus nephādos auferēdo. Et per hoc p5 huius magni regis xp̄i omnipotentia ꝓpter quam sibi debet adoratio latrie: vñ nō solum xp̄us liberauit genus humanum ab idolatria t predictis nephandis ritibus: sed etiaz a culpa t peccatis commissis: vnde dicit.

Dyabolus multipliciter affligebat gen⁹ hūanū añ xp̄i aduentum

xxiij. di. ca. sicut bñ. De cōse. dist. ij. c. iterū.

Parcet pauperi t inopi: t animas pauperum saluas faciet

Ex vsuris t iniqtate redimet alas eorum: t honorabile nomen eorum coram illo.

¶ Pauperit inopi. i. petōri ope destituto. t alias paupez saluas faciet a culpa t pena cēna supple

vñ nota q̄ oīs petō: ō: pauper inquantū caret bonis t diuitijs gratie t ō: inops inquantū nec a se nec ab alio pōt liberari nisi a solo xp̄o: q: nullus alius poterat sibi opem ferre: quam opem tulit xp̄s nobis p passionē t sacrameta. Itē dicit etiā peccat paupi: q: xp̄s nō parcit superbis. sed humili bus t pauperib⁹ spūi: t hos saluauit t saluat: t nō solum xp̄s saluauit genus humanū a peccatis pteritis t culpis cōmissis: sed etiā a futuris inquātū dedit legem euangelicā p̄hibētem oēm vsuram t iniquam passionē t operationē. Ideo sequitur ex vsuris t iniqtate redimet alas eoz. Et q: seruans legē euangelicā p̄hibentem oēm vsuram t illicitā operationē t docentē t ꝓficientē oēm virtutez t dilectionē dei t p̄rxmi in ea iustificat. Ideo

obseruatoꝝ legis euangelice ō: iustus t virtuosus

obseruatoꝝ legis ō: iustus

ideo sibi debetur honor t premiū coā deo: ideo sequit t nomen eoz. i. colentiū euangeliū erit honorabiler acceptabile coā illo scz xp̄o q: talē honorificabit pater xp̄i in celo. Joh. xij. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eū pater meus t̄c. Et quibus patet q̄ xp̄s est deus q: solus deus delet peccata populi. Esa. xxxiij. ergo sibi debetur adoratio latrie. Item nomen christianorum est honorabile coram deo: q: christianus dicitur a christo t dicitur vncrus t genus regale t honorabile: t nomen dignitatis t deo acceptabile.

Et viuet t dabit ei de auro arabie t adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

D: pe. d. iij. c. in actiōe. t xx. q. j. c. q: ex so la.

¶ Quia dictū est superius q̄ xp̄o debet adoratio latria summe omnipotētie. Ibi dicit q̄ etiā dabit sibi oblatio ratiōe summe maiestatis t dñi. Etiā q: supra dixit. q̄ xp̄s per suā passiōem liberauit t saluauit alios pauperū t̄c. Ideo ne q̄s putaret q̄ iste rex totaliter per mortē deleret t cōsumeret: ideo dicit. Et iste rex xp̄s post mortē viuet in eternum: q: resurget a mortuis: t post mortē resurrectionem regnabit in eternū t dabit sibi cultus latrie t dabit sibi oblatio: q: dabit sibi de auro arabie in oblationē: t oēs gētes adorabūt de ipso. i. pro beneficijs suis: t tota die. i. p totū tēpus gr̄e benedicent ei agendo gr̄as. ¶ Et nota q̄ in hoc versu tangunt oēs partes latrie. Primo tāgitur

no. ptes latrie.

oblatio cū dicit. Uiuet et dabit ei de auro arabie in oblationē: q: in arabia nascit copia auri t maxime xp̄s in arabia fuit primitus adorat⁹. Scōo tāgit adoratio cū dicit. Et adorabunt de ipso semp Tertio tangit hymnus t adoratio que soli deo debetur per latriaz cum dicitur. Tota die benedicēt ei. Hec aurez prophetia fuit impleta. Primo quādo reges t magi obtulerunt christo aurus thus t myrrham. Secundo quando constantinus t ceteri reges obtulerunt magnos thesauros in fabricas t ornamenta ecclesiarum. Hic arguit camby contra xp̄ianos dicens q̄ messias in lege p̄missus debet viuere in eternum t non mori: sed iesus nazarenus mortuus fuit ergo non est messias: cum hic dicatur viuet t dabitur ei t̄c. Sed manifeste patet ceecitas huius obstinati. Ulā christus resurrexit a mortuis ad vitam gloriosam t immortalē: t post resurrectionem regnauit in eternum.

Erit firmamentū in terra in summis montium: superextolletur super libanū fructus eius: t florebūt de ciuitate sicut fenū terre.

de cōse. d. ij. nihil xiij. q. iij. c. nō

¶ Quia supra dixit q̄ xp̄o erat danda adoratio t latria summe oblatio tanq̄ vero deo: hic dicit q̄ non solum sibi mus. debitum oblatio: sed etiaz ipsemet erat offerēdus in oblatiōem quotidie sub forma panis per sacerdotes in sacro eucharistie. Et sic p̄dicit sacrificiū eucharistie. q̄d iugiter in ecclesia offert in memoriam passionis xp̄i. ¶ Ulū est aduertendum q̄ vbi translatio nostra h̄z. Erit firmamentū in terra in summis montiū: translatio caldaica h̄z. Erit panis super montes: translatio añ hieronymi h̄z. Erit memorabile triticum: in hebreo habet. Erit placentula panis. Ideo putant aliqui hoc vocabulum firmamentū: esse corruptū: q: debuit dicere. Erit frumētum: idest triticum. Et hoc forte accidit vitio scriptoris ꝓpter vicinitatē soni inter frumentum t firmamentum: sed forsan ista nostra trāslatio potest sustentari. Nam q: frumentum t panis est firmametum t sustētamentum vite hominis: ideo aliq̄s in scriptura p frumento siue pane ponitur firmamentū. Unde psalmo. ciij. dicit Panis cor hominis cōfirmet. Item psalm. ciij. habetur. Uocauit famen super terram t omne firmamentum panis contriuit. Quomodo ergo cēq̄ ponatur hic memoratur t predicitur sacrificiū eucharistie: in quo xp̄s offertur in forma panis quotidie. Et ¶ Nam xp̄s eleuatur super capita sacerdotum quotidie: sicut figuratū est exod. xxix. vbi deus ꝑcepit crustulam panis eleuari supra capita sacerdotū coram pplo. Eadem figura ꝑcessit de panibus ppositiōis. Exo. xxv. t Leuit. xxiiij. Et ideo in alia translatione habet que ō: targū. Erit placentula tritici sup capita sacerdotum t̄c. Dicit ergo dō sic iste rex messias erit firmamētum siue frumentum siue memorabile triticum in terra in summis montium. i. sup capita sacerdotū eleuabitur in forma panis. Nam sepe in scriptura per mōtes intelliguntur sacerdotes ꝓpter eminentiā dignitatis sicut dictum est supra. Ideo sequit t extolletur super libanum fructus eius: fructus enim huius sacramenti sunt collatio t restauratio gratie deperdite: reconciliatio membrorum ad caput: multiplicatio fideliū: augmentū virtutū: vita eterna t̄c. qui fructus sunt vberiores t altiores t preciosiores q̄ sit libanus t fructus eius: qui quidez libanus est fertilior ceteris montibus. Et ideo sequitur fructus huius sacramenti q̄ est multitudo fideliū florebūt t multiplicabunt p mundū sicut fenū terre. ex q̄bus oib⁹ fidelibus cōficit vnū corpus ecclesiasticū sicut ex multis granis vnus panis cōficit: t etiā isti fideles q̄ nutriunt ex isto pane florebūt vigore gr̄e t multiplicabunt sicut multiplicat t viret fenū in terra. Hoc g̃ est sacrificiū q̄d dō p̄dicit in ecclia futurū: cui etiā debet latria

Figura sacri.

Fructus huius sacri sunt fideles.

in quātū de⁹. Et no. etiā oēs termios positos i h̄ versiculo. Ulā primo ō: erit memorabile triticū si ue frumētū siue placētula panis in terra ad deno tādū q̄ hoc sacrm siue sacrificiū tūc est celebrādū nem. t memorandū in terra. Ulā in celo nō erit necessa

Mor. bñ hanc exposītio nem.

Universidad de Biblioteca

riũ celebrari: q; iã beati vidẽt xp̃m facialiter t ei? pũtis clara visiõe fruunt t reficiunt: sed tñ est ne cessariũ sacramẽtaliter celebrari in hac via iõ ór eiꝰ virtutem sub tali specie panis. Scõo ór: exalteꝰ sup libanũ fructus eius. Mã sicut in montib? syrie solus libanus est magis fructuosus t magis eminẽs t altior, a quo fluit iordanis fluuius. Ita sola ecclesia in hoc seculo est fructuosa germinãs t regenerans fideles t fructus dignos vite eterne: a qua ecclia emanat fluuius t fons baptismalis: ꝝ regenerant filij regni. Itẽ denotat etiã ꝙ fructus huius sacramẽti superexcellunt sup oia alia sacra ecclesie in dignitate. Tertio addit florebũt de ciuitate sicut fenũ terre. Mã ecclesia xp̃i nõ solũ ór libanus ꝓpter eminentiã t fertilitatẽ et albedinẽ t vehementẽ abũdantiã arboꝝ t herbarũ t aquaruꝫ. sed etiã ór: ciuitas ꝓpter frequentiã ciuiũ t eoꝝ dẽ multitudinẽ sub vna fide t caritate sociatã. Jõ sola ecclesia meret dici ciuitas q; sub vera lege euãgelica regit et viuit. Jõ quotquot sunt extra ecclesiã dũr pagani: q; sola ista floret abundãtia t diuersitate cõditionũ t statuũ. s. aplorꝝ martyrꝝ doctorꝝ cõfessorꝝ religiosorꝝ monachorꝝ cerimonialiũ ygniꝰ viduarũ ꝰiugatorꝝ ꝛc. Itẽ sicut fenũ abũdat i libano t crescit t viret ex abũdãtia pluuie celestis ita fideles multiplicant in eccl'a ex pluuia baptismalis abũdãtia donoꝝ t gr̃arũ spũsancti. Itẽ p hoc q̃ addit in summis montiũ: denotat ꝙ ista abundãtia nõ est intelligẽda de tritico siue frumẽto materiali sicut ceci iudei dicunt ꝙ in aduentu messie erit magna abũdantia frumẽti vini t olei: nã abũdãtia taliũ fructuũ materialiũ potius solet fieri in planis t vallibus t locis cultis q̃ in summitatib? montiũ. Jdeo p summitates montiũ intelligunt capita sacerdotũ q̃ eleuant corpus xp̃i sub specie panis super capita sua in sacramẽto eucharistie et ostẽdũt pplo. Et sic ꝑs manifeste ꝙ hic loquit de sacramẽto altaris in quo xp̃s offert t adoratur: t iõ trãslatio caldaica dicit ꝙ messias erit placentula panis sup capita sacerdotũ ꝛc. vt figurat. exo. xxix

v. q. j. reuertimini.

Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.

¶ Hic describit tertia pars latrie xp̃o debite. scz hymnus laus t oratio. ℣ ¶ Uũ notandũ ꝙ ista v. se habẽt per ordinem. s. Reuereri: honorare: laudare: glorificare: siue magnificare t adorare. Reuereri est qũ qs maiora bona existimat in alio q̃ in seipso: honorare est reuerẽtiã quã qs in alio gerit erga aliũ exterius ostẽdere: iõ ór honor exhibitio reuerentie in testimoniũ virtutis ꝛm Tullium. Laudare est ipm honoratũ aliqs cõmendare. Glorificare siue magnificare est laudes honorati large lateq; ꝑconizare. Adorare aũt est reuerendum honoratum laudatum glorificandũ siue magnificandum ꝓpter eminẽtiam sanctitatis t maiestatis t bonitatis colere t oia alia spe postposita se totum illi cõmittere t subijcere. Et talis cultus ór latria: que soli deo cõuenit: ór etiaꝫ eusebia in greco. i. optimus cultus: que non fit sine oblatione, t adoratiõe t hymnis t oratione vt dictũ est. Jdeo pythagoras triplici honore dicebat deum colendum patet primo ceci. s. munere et prostratione et hymno siue carmine. Hanc ergo tertiam partem latrie xp̃o debitam t exhibendam que est magnificatio t glorificatio cum hymnis t laudibus t bñdictionibus t orationibus tangit t predicit dauid in hac vltima parte cum dicit. Sit nomen eius benedictum. s. glorificatum t magnificatum non solum temporaliter. sed etiam in secula: qñ xp̃s nõ incepit temporaliter precise sicut dicũt ceci iudei sed ante solem t per consequens eternaliter manet nomẽ eius quod est iesus t saluator. Nam saluare idem est ꝙ dare esse perfectum et in tali esse conseruare vt dictum est. Et sic soli deo conuenit qui dedit nobis esse per creationem et perfectum esse per recreationẽ t ꝑfectissimũ t optimũ esse p glorificationem. Et ideo xp̃s recte vocat iesus a quo habemus omne esse: nam dictum est frequenter ꝙ ista se habent per ordinẽ. s. esse viuere t saluare. Mã esse cõuenit omnibus taꝫ inanimatis q̃ animatis: sed viuere solis animatis: scz saluare qõ dicitur habere vitã sine defectu soli deo per se cõpetit: sed participatiue cõicantur solis angelis et hominibus beatis. Jdeo per se soli deo dicitur sit salus illi. i. vita sine defectu: t sic solus deus est iesus. i. salus t saluator. Et hoc est nomen eius vdonay: vt dictum est in prologo: t psalmo. viij. et sic xp̃o iesu debetur latria t benedictio. Jdeo q; hoc nomen non solum de se est benedictum ab angelis t hominibus inquantũ est essentialiter salus t benedictio. sed quia istam salutem cõmunicauit hominibus per regenerationem: quia in ipso sumus regenerati t benedicti et liberati et soluti a maledicto: ideo sequitur.

Mota.

de cõse. d. ij. ac cessit in glo.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum.

¶ Bñdicent in ipso oẽs tribus terre. s. per mortem t passionem t regenerationẽ baptismalẽ. q. d. in ipo xp̃o iesu cõplebit̃ promissio facta ipsi abrae Geñ. xv. t. xxij. in semine tuo benedicent oẽs gentes: t q; ꝓpter tale beneficium debetur sibi tertia pars latrie que dicit magnificentia. Jdeo sequit. Et oẽs gentes magnificabunt eũ: id est magnificũ t glorioſiꝫ longe lateq; preconizabũt agẽdo gratias de beneficijs creatiõis t recreatiõis t redẽptiõis: in hymnis t canticis t predicatiõibus

Quare xp̃o debet latria.

Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia solus. Luc. j. g

¶ Nota ꝙ quattuor causas assignat dauid in hoc quattuor vltimis versibus: quare christo debet latria t magnificentia. Primo ratione eternitatis: q; ante solem manet nomen eius. Secundo ratione summe bonitatis t mie q; in ipso erant benedicende omnes gentes t redimẽde vt dictũ est. Tertio ratione, omnipotentie: quia ipse solus operatus est mirabilia. Primo q; mirabiliter mundum ex nihilo creauit Secundo quia in suo aduẽtu primo fecit mirabilia solus infirmos sanando mortuos suscitando: super aquas siccis pedibus ambulando t limbum inferni expoliando. que omnia ista mirabilia solus potuit facere: ideo pertinent ad eius omnipotentiam. Et sic debetur sibi

latria benedictio ideo ór. Benedict? xp̃s dñs deꝰ israel. i. israeli promissus t expectatus: q; ipse solus facit mirabilia supradicta. ideo dcꝫ sibi t debitur bñdictio t honor t magnificentia cũ latria. Quare debeꝫ sibi latria benedictio rõne summe maiestatis. Nota xp̃s ihsus se habuerit maiestatẽ. tñ nõ eã oibus ostẽdit in ꝓmo aduẽtu. eo ꝙ venit ad patiendũ ꝓ nobis t ad dandũ exẽplũ vite t doctrine Jdeo venit cũ humilitate t paupertate t ideo potius ostẽdit infirmitatẽ quã ꝓ nobis assumpserat q̃ maiestatẽ quã ab eterno habuerat. vt ipse ait. Jo. xij. t. xvij. Clarifica me pr̃ ea claritate quã ab eterno habui ꝛc. sed in sua ascensione ostẽdit suaꝫ maiestatẽ solis discipulis. quã maiestatẽ predicauerunt apostoli per vniuersam terrã. Et sic maiestas xp̃i ihs fuerit visa ipsis aplis tñ nõ est visa per vniuersam terraꝫ. sed nomẽ maiestatis xp̃i fuit audita t predicata t cognita i vniuersa terra. sed in scõo aduẽtu qñ xp̃s veniet in potestate t maiestate magna tũc tota terra erit repleta maiestate ei? q; tũc oẽs ipsuꝫ videbũt in sua maiestate t cognoscẽt ipm esse deũ t dñm: t verũ messiam in lege ꝓmissuꝫ. t cognoscẽt ꝙ sibi debetur adoratio latria Et sic manebũt cõfuti iudei t infideles q̃ ipsũ nõ receperunt. t hoc est qõ dicit hic dauid cum ait.

ꝓ. q. j. reuertimini. t cõ cõ se. di. iij. c. vltimo

Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: t replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat.

¶ Quia pro nunc solum habemus nomen maiestatis eius per auditũ t fidem. Et sic ipsum bñdicimus adoramus ꝛc. Sed in secundo aduentu tota terra replebit̃ maiestate eius. q; oẽs ipsum videbunt in sua maiestate. Et quo patet ꝙ semp debetur sibi cultus latrie. Etiã possumus dicere ꝙ in ꝓmo aduentu tota terra fuit replera maiestate xp̃i effective per opera t miracula facta per ipsum et aplos. Et fuit repleta terra beneficijs t donis et gratijs eius. Quare sit nomẽ eius benedictum et ꝺcludit fiat fiat: ideꝫ fiat hoc in celo t in terra. et fiat hoc corde t opere t cum affectu t effectu ꝛc.

℣ ¶ Et supponit i hebreo talis superscriptio in fine huiꝰ psalmi. s. Complete sunt siue explicierunt oꝝones dauid filij ysai. per hoc cõcordãt oẽs doctores tã hebrei ꝙ catholici xp̃iani. ꝙ iste psalmus est vltimus quẽ dauid fecit in sua senectute. t ꝙ iste psalmus collocabatur vltimus in ordine i libro psalmorũ antiquo ante babylonicam captiuitatem: sed q; esdras post incensam legem recollegit hinc, t ide psalmos dispersos per domos letarum. ideo sicut reperiebat: ita collocauit in ꝺ libro. Et sic nõ sunt psalmi collocati ꝛm ordinem temporis sicut successiue sunt facti: sed eo ordine quo fuerunt recuperati t reperti. Et sic quia iste psal. fuit repertus lxxj. in loco. lxxj. fuit collocatꝰ in hoc libro: sed in libro antiquo erat in vltimo loco collocatus. q; erat. cl. Jdeo i fine huiꝰ psalmi appositus fuit talis titulus. siue descriptio. Explicium orationes dauid. Ex quo ꝑs ꝙ dauid fecit. istũ psalmũ lꝫ intitulet̃ in salomone. toẽs alios qui intitulantur ipsi asaph t filijs chore. t per cõsequens fecit oẽs psalmos sicut dictum est in ꝓ-

Mot. de reuereri honorare ꝛc.

cipio ꝛm opinio. bti Aug. Ex quib? etiã ꝑs ꝙ iste nõ põt exponi de salomone nec de regno eiꝰ nec õ aliquo puro hoĩe: sed de solo xp̃o cui conueniunt oẽs conditiones i hoc psalmo memorate: per q̃s possumus ꝓbare firmiter ℨ iudeos xp̃m fuisse ꝛcẽ verũ messiam in lege ꝓmissum t nõ aliũ expectan dũ. ℣ ¶ Prima coditio quã hic assignat dõ. ꝙ xp̃us ꝙ deus pater erat daturus vniuersalem potestatem iudiciariam xp̃o messie filio suo. hoc fuit ipletum in xp̃o. Primo q; xp̃us est filius dei quo ad diuinitatẽ ab eterno t quo ad humanitatem ex tẽpore t nõ sunt duo. sed vnicus filius. vt dictum ē. Item scõo pater dedit filio regi messie pt̃ates iudicandi duplici iudicio. s. iudicio discretionis t iudicio examinationis vt dictũ est sepi?. Tertio dicit ꝙ xp̃s erat iudicaturus t electurus pauperes tm dicaturus iudicio discretionis qõ impletum est Mat. v. t. x. Quarto ꝙ mõtes. i. aplt colles. i. doctores erãt accepturi a xp̃o legẽ pacis t iustitie ad predicandũ pplo. Quinto ꝙ xp̃s erat saluaturus pauperes t filios pauperũ. qõ impletũ fuit ꝑ suã mortẽ t passionẽ t per ecclesiastica sacra. Sexto ꝙ xp̃s erat humiliaturus t debellatur? t deiecturus t expulsurus diabolum calũniatorem de mundo. in quo per idolatriam regnabat. Septimo ꝙ xp̃s fuit ab eterno ante lunã t eternaliter ꝑmanebit incorruptibilis sicut sol. Octauo ꝙ xp̃s erat desciturus in vterum vginis sicut pluuia i vellus ꝛc. t hoc quo ad incarnationẽ. Nono ꝙ in diebus eius erat oritura iustitia t abundantia pacis. Decimo ꝙ xp̃us debebat dñari a mari vsq; ad mare. Undecimo ꝙ ethiopes t oẽs tyranni erãt xp̃o subiciendi t reges tharsis t oẽs insule debebant sibi munera offerre. Duodecimo ꝙ xp̃s erat liberaturus pauperẽ. s. genus hũanũ a potẽte diabolo de multiplici miſia. Tertiodecimo ꝙ debebat ꝓcere pauperi t culpã remittere. Quartodecimo ꝙ debebat eſcere oẽm vsurã t iniquũ t illicitũ ꝛctum de mundo. Quintodecimo ꝙ nomẽ xp̃ianũ debebat esse honorabile t acceptũ t dignũ ãte deũ. Sexto decimo ꝙ post resurrectionẽ semꝑ viuet t regnabit t adorabitur. quasi dicat ꝙ regnũ xp̃i post resurrectionẽ debebat ostendi. xvij. ꝙ xp̃s erat offerendus in ecclesia sub forma panis in sacramento eucharistie t adorari super capita sacerdotũ. xviij. ꝙ fideles erant multiplicandi in ciuitate ecclesie sicut fenum terre. xix. ꝙ xp̃s siue nomen xp̃i erat benedicendum: t adorandum ratione eternitatis quia ante solem manet nomen eius. xx. ꝙ christ? erat adorandus ratione omnipotentie: quia erat magna factur?. xxj. ꝙ christus erat adorandus ratione summe bonitatis eo ꝙ nos redemit: quia in ipso erant benedicende oẽs gentes. xxij. ꝙ xp̃us erat adorandus rõne summe maiestatis t glorie quã maxime ostendet oibus in secũdo aduẽtu. ex his. xxij. Additis? t ꝓpriatib? assignatis t memoratis que fuerũt in solo christo patet ipsum fuisse verũ messiã in lege ꝓmissum. ℣ ¶ Sed contra totam expositionem huius psalmi. t maxime cõtra cõclusionẽ ꝓmo intẽtã in q̃ ꝺcludit ꝙ ille magn? rex de quo dõ loquit̃ in hoc psalmo: fuit t est iesus xp̃s nazarenus quẽ nos in verum messiam

probat ꝙ xp̃us erat ver? messias.

Universidad de Bibliot

recepimus eo ꝙ oĩa dicta in hoc pſalmo fuerunt in eo verificata. ¶ Arguũt iudei moderni. t maxime Rabi campi darchinonẽſis in gloſa huĩ pſalmi t L.ir. Unde dicit ꝙ ieſus nazarenus fuit hõ pauper t deiectus t finaliʒ afflict? t crucifixus: nec vnq̃ fuit diſs vnius parueville. ꝯ nõ potuit eẽ iſte rex de quo loquit dõ in hoc pſalmo. qui dñabitur a mari vſq̃ ad mare quẽ adorabunt oẽs reges. t oẽs gentes ſeruient ei ꝛc. q; in maiori parte mũdi regnant infideles t maxime machometani. Nam apud indos regnat magn? cham tartar? idolatra in aſia ſo t parthia t media t meſopotamia t armenia regnãt tartari ſagathei ſub pfidia machometi. Et p totã oram aqlonarẽ maris caſpij regnãt tartari gaʒarei ſub eadẽ ſecta ſarracenica. Et i tota aſia miori t grecia vſq̃ ad meothim regnat magnus turcus ſub eadẽ ſecta. Et in tota egypto et arabia t ſyria regnat magn? ſoldanus egypti ſub eadem ſecta. Item i tota ora africe regnat rex tunich ſub eadem ſecta ſarracenica t machometana Et ſic parua pars mundi reſtat in qua regnãt xpiani. Et ſic patet ꝙ ieſus nazarenus nõ eſt iſte magnus rex de quo loquitur dauid in hoc pſalmo. q; non omnes reges terre obediunt ei. nec ſeruiunt ꝛc. ¶ Itẽ arguũt quidã aſtrologi t curioſi ſic. licet xps dñetur ſpialiter in aliquib? partibus huius noſtre regionis habitabilis citra tropicos ſolis tñ imperium ſuũ nõ potuit nec poteſt tranſire ad partem auſtralem vltra tropicos. eo ꝙ apoſtoli nec aliqui alij nunquã potuerũt tranſire mõtes inacceſſibiles t ethiopie in quorum radicibus generatur ignis. t in lateribus t iugis eoũ ſunt ppetue niues t minus potuerunt trãſire vltra tropicum capricorni. eo ꝙ illa terra eſt ſuppoſita oppoſito angis ſolis. vbi generatur cõtinuus ignis ex reflectiõe radiorum ſolis maxime dum ſol eſt i ſignis auſtralibus. Et ſic nullus põt accedere viu? ad illas partes vt dicũt oẽs philoſophi. t aſtrologi. Tunc ergo arguit ſic. nã in tota illa pte auſtrali vltra-tropicos vel habitat t viuũt homines aut nõ nõ eſt dicẽdũ ꝙ nõ: q: tunc de? fruſtra creaſſet illã medietatẽ mundi: hoc aũt eſt falſum q: deus t natura nihil faciũt fruſtra. ꝯ ſequit ꝙ in illa pte auſtrali habitant homines ſicut in iſta nr̃a aquilonari. Et per ons ſequit ꝙ ad illos homines nõ potuit peruenire noticia ō xpo nec pdicatio euãgelica p apl̃os: nec alios xpianos. t p ons in illa media parte mundi nec xps dñatur nec adoratur nec colit̃ t per ons nõ eſt redẽptor vniuerſalis nec dñs. de quo ō in hoc pſalmo ꝙ dñabit̃ a mari vſq̃ ad mare t ad terminos orbis terrarũ t alias pauperũ ſaluas faciet ꝛc. In oppoſitũ eſt ipſa veritas euangelica. mat. vlti. dicens. data eſt mihi poteſtas in celo t in terra. Item ad Philipen. ij. In nomine ieſu omne genu flectatur. celeſtium terreſtrium t infernorũ ꝛc. ¶ Reſpondeo p hmõi difficultate in hac queſtione duo ſunt videnda. Primo quomodo omnia dicta in hoc pſalmo fuerunt verificata t cõtinue verificanꝫ de xpo in hãc tota parte mũdi aquilonari Scõo videbitur quomodo fuerunt omnia verificata in parte mundi auſtrali in qua nunc xps adoratur t colitur. Ex quibus patebit ꝙ pur oẽs ptes mũdi fuit verificata t verificaꝫ ō xpo ppheria huĩ pſalmi. ¶ Quãtũ ad pmũ eſt aduertẽ dñ ꝙ ꝯdruplicit errãt et decipunt̃ iudei circa meſſiam et vniuerſale regnũ eius. Primo q: nec faciunt differentiam inter primũ t ſcõm aduentũ nec iter dominiũ ſiue regnum tẽporale t ſpirituale. nec inter regnũ occultũ t manifeſtum. nec inter regnũ ſucceſſiuũ per loca t tempora et regnũ totum ſimul. vnde xps non erat regnaturus temporaliter nec manifeſte nec familiariter in primo aduentu. Sed ſpialiter in abſentia poſt reſurrectiones: nec debebat regnare ſubito per totũ orbẽ ſed ſucceſſiue per loca t tẽpora incipiens ab hieruſalem t ſamaria et galilea ſucceſſiue vſq̃ ad vltimũ terre vſq̃ ad ſeciũdũ aduentũ in quo reſtituet totũ regnum mundi deo patri vt ipſe dicit apl̃is Actuũ. j. quando aſcendit in celum. vt ait apl̃s. j. ad Eor. xv.

Errãt iudei circa meſſiam

¶ Ibis habitis ponitur ꝑma concluſio. ſ. ꝙ ieſus xps dñatus eſt ſpialiter a mari galilee vbi cepit predicare vſq̃ ad mare oceanũ. et a flumine iordanis vbi fuit baptizatus et icepit baptizare vſq̃ ad termios orbis terrarũ. Et hoc ſucceſſiue p loca et tẽpora a ꝑmo aduentu vſq̃ ad ſcõm ſicut dicit ꝓpheta et intendit. Iſta ꝛcluſio ꝓbat̃ p ſingulã ꝑmo xps fuit natus in bethleem iuxta vaticiniũ ꝓphete Othe. v. vbi ilico fuit adoratus a paſtoribus et eodem die ſtella apparuit in oriẽte cuius ducatu magi venerũt adorare eum. Item eodem die omnia idola iuxta mare caſpium t meothidas paludes t per omnia regna aquilonaria i ceperunt clamare regem pacis totius mundi eſſe natum. t flumen nilli exiuit per ſeptẽ dictas extra alueum ſuũ abſq̃ leſione. Deinde intrat mare noſtrum per ſeptẽ oſtia vt ait ſtrabo. t Vergilius in ſexto. vnde ait. huius in aduentu iam nunc t caſpia regna reſponſis horrent diuum. t ſeptem geoni perturbant oſtia nili. Ex quib? patet ꝙ regnũ xpi iam incepit p multa ſigna manifeſtari p oẽs partes mundi: ſed regnũ xpi quo ad effectum incepit in iordane qñ fuit baptizatus: t baptizauit Johãnẽ baptiſtam t apoſtolos. t ꝓdicauit iuxta mare galilee t miſit apoſtolos ad ꝓdicandũ per totã terram ꝓmiſſionis. quia tunc incepit manifeſte t facere t augere ppl'm p regenerationẽ baptiſmalẽ. Et poſtea cõpleuit myſterũ nre redemptiõis i hierl'm t poſt reſurrectionẽ t aſcẽſionem miſit oẽs apl̃os ꝺiſcipl̃os ad ꝓdicandũ euãgeliũ oi creature per vniuerſũ mũdũ. Et ꝓz qualiʒ regnũ xpi incepit a mari galilee t fluminе iordanis t ſic fuit dilatatũ vſq̃ ad mare oceanũ occidẽtale t vſq̃ ad mare indicũ. t ad oẽs termios orbis terrarũ ſucceſſiue p loca t tpa per apl̃os. nã ꝑmo petrus cõuertit tria. M. t exinde ꝓdicauit p totaʒ iudeã t philippus in ſamaria t galilea. t bartolomeus t thomas ꝓfecti ſunt in indiã. t matthe? in ethiopiã. t ſymõ t iudas p totũ egyptũ t caldeaʒ t ꝑſiã. t iacobus in hiſpaniã. t paulus per greciã t italiã t galliam. Et ſic paulatim incepit dilatari regnum xpi p apoſtolos. ſed iam magis fuit dilatatũ t cõfirmatũ per martyres t vltimo p doctores tẽpore cõſtantini: per cuius cõuerſionem oẽs reges venerũt ad fidẽ xpi. vñ athanaſi? miſit eliciũ

Xpus verus rex tocius.

iudaico:ſ; ego cōfirmaui colūnas eius:ne totaliter caderēt in ruinā.Mā cōstitui.xij.apl'os t.lxx.discipulos:t eos in fide solidaui:t vos fecī columnas supquos sustentat ecclesia.Et isti pdicauīt legē euangelicā:t conuerterunt omnes gentiles ad fidem:t liberarunt genus humanū de magna ruina:t reperunt omnes fideles sub vno tecto ecclesie.Et sic nunc̄ ista ecclesia ruet:nec totaliter cadet q: ego cōfirmaui colūnas eius p.xij.apl'os et p.xij.articulos fidei.Et p septē ecclesiasticā sacrā Et per legē t p̄cepta euangelica.

ꝑ.q. vl. a.vit.c. ſuj.

Viri iniquis nolite iniq̄ agere:t delinquētibus nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altū cornu vestrum: nolite loqui aduersus deum iniquitatem.

q̄ō.j.c. ſi petrus.

¶Hic xp̄s specialiter pmittit dare legē euangelicā p quā firmat ecclesia t discernit ppl'o fidelis ab infideli.Et pōit ꝑteritū p futuro pp certitudinē pphetie ꝑm morē suū. Ibi dicit ego Confirmaui colūnas ecclesie:nō solū p apl'os t discipulos:sed ēt per legē euāgelicā.Mā ego i lege euāgelica dixi t p̄cepi inimīcis tviolētiis t iniustis:ne persequātur iustos t pauperes simplices:immo dixi nolite iniq̄ agere Deō t primū:t ēt dixi delinquētib? t trāsgressoꝛib?superbis:nolite exaltare cornu tkastigiū superbie:q: dedi p̄ceptū de iusticia t humilitate vt ps Matth.v.t.vj.t.vij.t p totū discursum euangelicū:q: nil aliud p̄cipit nisi caritas dei t primi:t humilitas:quia q̄ se humiliat exaltabitur.Et qui se exaltat humiliabitur.Ideo dixi.Nolite extollere cornu.id est statum t domini um vestrū in altū in dictis aut factis:t nolite loqui iniquitatem.id est blasphemiam aut dolū aut mendacium aduersus deum .Nam qui loquitur mendacium contra proximū:etiam offendit deum t sic pḥibetur omne dictum aut factum cōtra deum t proximum:t in hoc consistit tota lex euangelica.t etiam lex t prophete.Sed hoc magis explicatur in lege euangelica. Matthe.v.t.vj. tc.Et ista lex euangelica non solum obligat iudeos:sed omnes nationes t conditiones hominum.Et omnes regiones t terminos terre. Ideo subdit comminando punitionem transgressoꝛibus hic temꝑoraliter t in futurum eternaliter dicens.

Quia neq̄ ab oriente neq̄ ab occidente neq̄ a desertis montibus:quōm deus iudex est.

Arg.xij. q.ij.c.cū deuotiſſimam. xxiij.qō. v.ſ.vlti.

Hunc humiliat:t hunc exaltat q: calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verūtamē fex eius nō est exinanita:bibēt oēs pctōres terre.

¶Nēo putet se excusari ab hac lege:nec putet fugere punitionem:siue faciat scienter siue palam quia deus nec deficit ab oriente,neq̄ ab occidēte neq̄ a montibus syrie vel thiopie :quōm deus iudex vbiq̄ est ꝑsens:t nulli loco deest.Et notanter nominat orientem t occidentem:t nō aquilonem nec austrum.q: per desertos montes intelligit aqlonē t austri.Et rō est.Nam in parte aquilonari sunt montes,sarmatici vltra septimum clima:qui quidem montes sunt deserti propter frigus t perpetuum gelu.Et q: vltra sexaginta dnos gradus ab equinoctiali dū sol est in scorpione t in capricorno semper est nox sine luce:eo q̄ per illos duos menses sol est sub oriz̄onte comm:per oppositū in ethiopie montibus est semper estus. t terra redditur inhabitabilis.Sed si aliqui habitant tam in montibus desertis ethiopie q̄ in mōtibus sarmaticis.adhuc illi sunt sub dei iudicio:t omnes illos t istos qui habitant in media terra temperata,scilicet inter secundum t septimū clima deus iudicat ꝑm sua demerita:hic temporaliter t in futuro eternaliter. Ideo subdit:hunc ꝑ

Nota.

Universidad de

miliat. s. superbū: z hūc scīs humilē exaltat: sicut humiliauit pharaonē z Nabuchodonosor: Et exaltauit dariū z cyrū z oō ꝛc. Et vnde pueniet hoc: z subdit cām potētie dei dicēs q: calix in manu dñi ꝛc. ℟ ¶ Ad cuius intellectū ē notādū q triplex calix legit in sacra scriptura. Primus calix passionis. Oath. xxvj. Transeat a me calix iste. Et potestis bibere calicē ꝛc. Secūs est calix punitiōis psal. 10. Ignis sulfur spiritus procellarū pars calicis eorum. Itē Apoc. xiiij. Hic bibet de vino ire dei qō mixtū est mero in calice ire ipsius. Itē Apoc. xvj. Vare ille calicē vini indignatiōis ire dei. Tertius calix est fruitionis z glorie: psalmo. xv. dīs pars hereditatis mee z calicis mei. Itē psal. xxij. calix meus inebrians. Itē Esa. lv. dicit de calice punitionis: cōsurge hīrlm que bibisti de manu dñi calicē ire eius. Et sic totiens ō: vinū. s. passionis z punitionis z fruitiōis. Et sic. ij. modo sumit hic calix z vinū. s. ire z punitiōis: cū ō: calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Unde calix iste quo deus potat peccatores est plenus mixto. i. quadam mixtura. Mā habet in summo vinū pſperitatis z in fundo feces aduersitatis z damnationis z pene eterne. Ideo peccatores z superbi bibunt in hac vita vinum prosperitatis de hoc calice sed in fundo reperiunt fecem z vinum damnationis eterne. Per oppositum iusti: q: bibunt in hac vita calicē passionis z persecutionis. Ideo in fundo reperiūt vinum fruitionis z glorie. Ideo dicit xps. Mat. xx. Poterstis bibere calicem quē ego bibiturus sum vt sedeatis ad dextram in regno meo? Et ideo ait Auc. xxij. Ordo vobis parare regnum: vt edatis z bibatis super mēsas ꝛc. Ex vtroq; ergo calice potest intelligi iste versus. Primo de calice passiōis qui habet vinum aduersitatis z amaritudinis in summo. z vinum glorie in fundo vt sit sensus: q: calix passiōis est in manu dñi. s. calix vini meri plenus mixto. i. mixtura passionis cum gloria fruitionis. Vel pōt intelligi z manifestius calix retributiōis: vt sit sensus in manu dñi est calix retributionis plenus meri vini z mixto: cū quo dē retribuit bonis z malis. Mā merū purū est p bonis: ſz mixtura q̄ est in fundo est p reprobis. Et sic pōt esse ille calix rōne dāns z iudicis. Et istū calicē ire et retributiōis declinauit ex hoc in illud. i. ex hoc pcōre in illū: q: oibus peccatoribus dat potū de isto calice punitionis. Verumtā fex eius. s. fex punitionis nōdum est exinanita z vacuata: immo ex ipso bibent omnes peccatores terre. Mā sicut gloria dei manſ euacuabitur pro iustis ita ira dei nūq̄ euacuabitur ꝛo damnatis. q: semper calix ire dei habet aliquid fecis ad puniendos iniustos.

Triplex calix in scriptura.

pſlīs. d. c. in mādatis. xv. q. j. c. nōest

Ego autem annunciabo in seculum: cantabo deo iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: z exaltabuntur cornua iusti.

¶ Ista possunt esse verba christi in pſona corporis mystici vel sunt verba ipsius ecclesie dicentis: omnes peccatores terre bibent de isto calice punitionis z ire dei: autem pro sed: ego annunciabo: z predicabo iusticiam z iudicium dei in seculum: et cantabo deo iacob agendo gratias de punitione facta de persecutoribus: cantabo dico: hoc est per membra z fideles meos. Et confrigam omnia cornua z superbias peccatorum: eis' dūtum z regna z vitam auferendo: z a dignitatibus ejciendo: et in infernum detrudendo. Et cornua z bona: eo iusti populi christiani exaltabuntur hic per gratiam z in futuro per gloriam. Hoc fuit impletū. Mā post delectionem Diocletiani z Maxentij z aliorū tyrannorum: ecclesia fuit exaltata etiam temporaliter vt patet in ecclesiastica historia. Et dauid concludit finem cum principio: quia ibi dixit confitebimur tibi deus confitebimur: z hic dicit ego autem in seculum cantabo ꝛc. Et dat rationem quare q: omnia cornua peccatorū cōfringam: eos deijciendo z punēdo: eo q̄ persecuti sunt ecclesiam. Et cornua populi iusti exaltabunt eo q̄ patiēter persecutiones propter fidē z iusticiā tolerarūt: et sic superbi humiliati sunt. Et humiles exaltati p xps eo q̄ isti seruarūt legē xpi: z illi nō. Ufi nota q̄ ſz ista cōfractio z depssio petrī: z exaltatio iustorū fi non tenuit in ꝑ mūdo occulto dei iudicio: tū i nouissimo die fiet publicē i manifestor: sic dextrocz iudicio pt intelligi iste ps sicut dem est psalmo nono

xvj. q. vj. c. et hec. et extra de imu. cc. c. ij. li. vj.

Notus in iudea deus: in isrl magnum nomen eius.

¶ Titul? victori siue in finē in organis psalmus asaph cantici: ō: psalm? cārtici in organis: q: simul cātabāt cū organo musico z voce humana. ō: ipsi asaph q: dat? est ad cantandū ipsi asaph: eo q̄ dirigit tori ecclesie que fuit finis legis. De materia huius psalmi dicit Rabi Salomō z multi hebreorum z catholicorum qui ipm sequunt q̄ iste psalmus est factus de strage senacherib: qui obsederat hīrlm: z venit angelus dñi: z in vna nocte interfecit centū octuagintaquinq; milia z sic miserabiliter fugit senacherib Unde hic deus fuit notus. i. suā ostentiā ondit z notificauit in iudea z hirlm cōtra inimicos ppli sui z sic exponunt hunc psal. sed de illo ceco obstinato Ra. sa. Nō miror: q: quantū potuit conatus est occultare veritatē sacre scripture: sed miror de catholicis q̄ ipm sequunt: cū p fidē videāt ibi latere maxia sacra de xpo z ecclesia z velint ea tacere. Jō cāhy barchinonēsis dicit q̄ iste psal. loquit de magno filio quod facturi sunt gog z magog in hirlm cōtra messiā quē frustra z falso expectāt iudei. Et qūo messias debet vincere gog z magog in hirlm z de hoc glosat ipsum psal. dicēs: hic deus erit notus in iudea. i. notificabit potentiā suam z fauorem messie populi iudaici: qū messias vincet gog z magog in hirlm: de quo filio z victoria loq̄tur Ezechiel. xxxviij. z xxxix. c. Unde ſz iste alius obstinatus dicat mendaciū: inquātum glosat istū psalmum de prelio messie: quē falso expectant: tū dicit veritatem inquātum dicit q̄ dauid fecit hīc psalmum de victoria regis messie in lege ꝓmissi. Ideo est dicēdum ſm intentiōem sacroz doctoz z ſm veritatē q̄ dō in hoc psalmo p̄dicit victoriaz quā xps messias in lege ꝓmissus habuit in hirlm

De mate ria huj? psalmi.

cōtra diabolū per mortē z passionē z resurrectionē suā. z predicit mysteria nre redēptionis que cōpleta sunt in hierlm z iudea z tota terra ꝓmissionis: vbi xps fuit not? z fuit cōuersatus. per iudeā z hierlm intelligit ēt tota ecclesia a solis ortu vsq; ad occasū. eo q̄ ab illa terrena hierlm orta est vbi z in qua sola deus est notus per fidē: z opa mirabilia que facta sunt z fiūt quotidie p xpm. z de hoc est iste psalmus. ¶ Ad cuius intellectū est notandū q̄ sicut non veneramur cū magna deuotione ciuitatē hierlm: eo q̄ ibi xps predicauit z mirabila fecit: z fuit passus: z sepultus: et resurrexit. z ascendit in celū ꝛc. Et veneramur bethleē: q: ibi natus est z cetera loca vbi fecit miracula. Et dicimus illā terrā sanctā z beatā: in qua xps fecit ofa illa mysteria. per eandē rōnē z cām z oēs patriarche z pphete beatificarunt illā ciuitatē z terram eo q̄ preuiderunt in spū z reuelatione: q̄ ibi oia mysteria suprādicta erant implenda per xpm mes siam in lege ꝓmissum. Et ideo hoc preuidens dō beatificauit illā ciuitatē z totā terrā inde z israel eo q̄ xps erat ibi nasciturus: z ofa suprādicta operaturus. Ideo dicit notus in iudea deus ꝛc. Duo ſ facit in hoc psalmo. Nam primo describit z predicit multiplicē noticiā qua in carne erat cognoscē dus in iudea z hierlm ad nostrā salutē. Secō pcipit diuinum cultū xpo ofierendū ex gratiarū actiōe p huiusmodi beneficijs. ibi qm̄ cogitatio hominis. ¶ Quātū ad primū ē notādū q̄ hic memorant quattuor: loca que sese habent ſm continens z ctētū. s. israel z iudea z syon z hierlm. Nā syon ꝏtinet in ciuitate hierlm cū sit altior: z fortior pars eius: z hierlm cōtinet in iudea p maiori pte. Sed iudea ꝏtinet in israel. Nam terra israel ō: tota terra ꝓmissiōis diuisa per xij. tribus. per totā ꝛ istā terrā isrl' fuit xps notus: q: ibi pdicauit z miracula fecit maxime in galilea. s. in tribu zabulon z neptalim ꝛc. Secō fuit notus in iudea: q: ibi nat? est s. in bethleē. Et in iudea fuit baptizatus. s. in illa parte iordanis q̄ irrigat iudeā: z i iudea ieiunauit xl. diebus ꝛc. q: ibi iuxta iericō que est in iudea. Et hoc est qō intendit dicere dō cū dicit. Notus in iudea deus. i. xps deus z homo erit notus z manifestus in iudea: q: primo nascetur in bethleē. Et ibi cantabunt angeli gloria in excelsis deo. z adorabitur a pastoribus z a magis. Et sic ibi in primo cognoscēt. Item ibidē ꝓsentabit in templo i hieru salem z cognoscēt per symeonē z annā pphetissā Et ibidem cognoscēt disputans in medio doctorū. Itē in eadē iudea cognoscēt in baptismo a Iohāne baptista: qñ audiēt pmanere dicēs hic ē filius meus dilect?. Itē in eadē iudea cognoscēt p ieiuniū qñ tentabit a diabolo. z cognoscēt vt victor: z sic in israel z iudea maxime erit notus.

nota hec facta in hierlm.

diuisio psalmi.

Nota.

xxiij. q. j. cap. mihi bela. Hierlm interpretatur z a quo cōponitur.

Et factus est in pace locus eius: z habitatio eius in syon.

¶ Locus eius. In hebreo habet fact? est in salez i. hierlm in tabernaculū eius. Ex quo ptz q̄ hic ostēdit qūo spāliter xpus erat nascendus in hierlm. ℟ ¶ Ad cuius intelligētiā est notandū q̄ hierlm vterpretat visio pacis. eo q̄ cōponit ex duob? .s.

De cōs. di. iij. c. ppe.

ex hoc noie salem qō interpretat pax: z yrhe: qō interpretat videre siue videbit. Unde dicunt hebrei q̄ hoc nomē fuit compositū per duos scōs viros Mā primo melchisedech quē dicunt ēt sem filium noe vocauit ipsā salē. eo q̄ fuit i ea rex z sacerdos z seruabat in ea iusticiā: ex qua sequitur pax. et iō vocauit eā salē. i. pacificam in qua obtulit panem z vinū p̄ abraā vt ptz Gen. xiiij. Secūm hō partē huius nois imposuit ipse abraam. dicunt enim z ē verisimile q̄ in eodem monte vbi nunc est hierlm voluit abraam sacrificare filium suum isaac: sed q: fuit p̄hibitus ab angelo z appuit ibi aries herēs vepribus z sacrificauit z immolauit ipm loco ipsius isaac. Ideo vocauit nomē loci illi? adonay yrhe. i. dñs videt. z sic vsq; in hodiernū diez ō: in monte dñs videbit: vt ps Gen. xxij. in hebreo vero habet dñs demōstrabit: siue videbit. z sic ex hoc nomine yrhe z hoc noie salē cōponit hierlm: qō idē ē qō visio pacis siue in qua dñs pacificus monstrabit. vel qō quidē mysterium vere completum fuit in hierusalem. Nam ibi dñs fuit visus et monstrat? in carne. Et fuit in templo presentatus z ibi pdicauit z miracula fecit z ibi fuit sepultus. Et misit spiritū sanctū in discipulos. Et ascendit in celum. Et est credendū q̄ in eodem loco crucifixus est z visus est in cruce vbi abraam immolauit ariete loco ipsius isaac. Et ideo recte dicitur locus dominus videbitur siue demonstrabitur. Unde multa erat facturus messias in hierusalem inter cetera propter que omnes patriarche z prophete ita sepe celebrarunt z memorarunt illam ciuitatē hierusalem. Nam primo fuit eius locus: quia ibi predicauit et miracula fecit. vel ibi fuit sepulchrū ei? quod dicitur locus z tabernaculum ei?. Ideo vbi Hieronymus posuit factus est in salem locus ei? septuaginta posuerunt factus est in pace locus. i. sepulchrum eius: quia in illo loco z sepulchro dormiuit christus in pace: et cum spe resurrectionis vt patet psalmo .xv. Secundo in syon que est altior pars hierusalem hospitabatur christus: vbi comedit pascha cum discipulis: z ibidem instituit sacramentum altaris. Et ideo sequitur .z facta est habitatio eius in syon. z fuerunt discipuli cōgregati ppter metum iudeorum per aliquot dies.

Ibi confregit potentias: arcum scutum z gladium z bellum.

¶ Secō ibi in eadē hierlm xps debellauit diabolum in cruce. z confregit arma eius z potētias z vires. Nam cōfregit arma. s. arcum tentationum eī quo mittebat sagittas suas. Item cōfregit scutum chirographi venditionis hūane: quo oēs fuimus venundati peccato. ad Ro. v. quod chirographum affixit cruci. ad Col. ij. Secundo ibi confregit gladium peccati originalis quo omnes vulnerauerat. Et confregit arma. vij. vitiorū capitaliū quib? oēs inficiebat. z sic ofregit bellū qō nobis diabolus faciebat. z superauit ipsū p̄ mortē z passionē. Hāc victoriā perfecit in cruce. ex quo ptz q̄ recte vocata est hierlm: q: i ea multipliciter visus est christus deus z hō in carne: et in ea pacificauit nos deo patri per sanguinē suum.

Illuminans tu mirabiliter a montib⁹ eternis: turbati sunt oēs insipientes corde.

vſq.q.j.c. suggestū hier.li.8

Dormierūt somniū suū: ⁊ nihil inuenerunt oēs viri diuitiarum in manibus suis.

¶ Tertio xp̄s notus est in yherl'm ⁊ in syon: q; i ea misit spiritū sanctū in apostolos ⁊ illuminauit eos. vnde intellexerunt legē euāgelicam ⁊ scripturas: ⁊ illa die dedit eis legē quo ad itelligentiaz ⁊ sic ex paruis ⁊ infimis fecit eos mōtes magnos per quos postea illuminauit totum mundum. Et ideo subdit dō. bene dico q̄ notus est deus in hierusalem ⁊ in syon q̄n tu eris siue fuisti ibidē illuminās mundū a montib⁹ eternis. i. ex aplis quos primo ibi illuminasti: postea ab eis ⁊ p eos illuminasti totū orbē q̄n in eos spūs scī missi fuisti terribiliter in die pentq.q: fact⁹ est de celo sonus. Unde oēs iudei insipientes corde ⁊ scribe ⁊ pharisei turbati sunt ⁊ admirati audientes sonum ⁊ videntes linguas igneas super mōtē syon tanq̄os. et audientes eos loquentes oībus liguis tallegātes ⁊ exponētes oēs scripturas ⁊ cōuincentes eos. vñ cōuersi sunt in illa die ō populatib⁹ quasi ēttuor milia vt pt̄z Act. ij. ⁊. iij. sed scribe ⁊ pharisei mānerūt obtinati in sua malicia sequēres auaricia ⁊ diuitias suas. Ideo subdit q̄ isti insipientes corde dormierūt somnū suū in pctō mortificati p̄ auaricias nolentes seq̄ xp̄m qui predicauerat paupertatem Et ideo oēs isti viri nihil diuitiaz inuenerūt post mortē in manibus suis. Et dicit dormierunt somnū suū: q; vita hoīum mundanoz tanquā ⁊ super boz nō est nisi quoddam somniū. nā sicut somnia tor cū excitat a somno. l; somniet se esse diuites ⁊ regē tū nil. reperit in manib⁹ post somnū. Ita homo auarus ⁊ mundanus licet multa possideat: tū cuz moritur tota vita sua vana est ipsi breuis q̄si sōnii. Et nihil pōt secū portare. aut dicitur est psalmo. xxxviij. ⁊. xlviij. Et ideo dixit quidā philosophus.

Mo .bñ. Horis decipimur: ⁊ tēpore fallimur oēs. mors ridet curas: anxia vita nihil. q.d. q̄ breue tempus ⁊ inopinata mors decipiunt ⁊ fallunt desideria curas hoīum: ⁊ annihilant ⁊ frustrāt oīa bona tēporalia multo labore cōparata eo q̄ auferē nobis tēpus ⁊ spaciū vite p mortē: ⁊ sic manemus delusi ⁊ decepti in nostris votis ⁊ curis. ⁊ sic tota anxia vita ⁊ laboriosa hoīum diuitū ⁊ mundanoz vertit i nihil ⁊ sic fuerūt decepti iudei qui vt nō perderēt diuitias noluerunt sequi xp̄m. Et sic est dicendum de ceteris mundanis. Ideo subdit.

xliij. q.ij. c.i eccle siastico. **Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos.**

¶ O deus dormitauerūt. i. mortui sūt i sua obstinatione oēs milites ⁊ reges ⁊ principes qui ascēderunt equos. idest omnes viri bellicosi ⁊ magnates: q; isti tales cōsueuerunt ascendere equos ⁊ equestres incedere. Unde isti tales mundani noluerunt recipere lumen euangelicū a mōtib⁹ eternis. i. ab aplis. ⁊ doctoribus i pōpa mūdana: ideo orbati oībus bonis tēporalibus sepulti sunt in inferno. Sed est aduertendū q̄ vbi nostra translatio habet a montibus eternis. Littera hebraica habet a montibus rapine. Littera sc̄i hieronymi a mōtib⁹ captiuitatis. Et tunc tota ista sinia quatuor versuū pōt referri ad descensum xp̄i ad infernū: ⁊ exp̄ oliationē limbi vt sit sēsus. bene tu xp̄e fuisti no tus in yherl'm. Mā dū corpus tuū erat pdit i pace sepulchro: tu descēdisti ad inferos ⁊ ad mōtes feros, rapine ⁊ captiuitatis. vbi diabolus tenebat gēm humanā captiuū. Unde videntes lumen tuū oēs demones ⁊ dānati insipientes corde turbati sunt ⁊ fugati a montibus rapine ⁊ captiuitatis. i. a limbo inferni qui dicunt montes rapine ⁊ captiuitatis. Intrans ergo infernū siue limbū ⁊ illuminās tartareum limbū ⁊ mōtes rapine: tūc oēs insipiētes corde. i. demones ⁊ dānati turbati ⁊ fugati sūt ab illis montib⁹ captiuitatis. ⁊ sic xp̄s cōfregit ve ctes ferreos ⁊c. ⁊ sedit in inferno p̄ quadraginta horas tanq̄ iudex. Et cōdēnauit diabolū ⁊ cetros obstinatos ⁊ damnatos ad penā eternā. Et abstraxit secum oēs sanctos patres. Et os solū qui ab hac vita discesserunt in fide ⁊ spe xp̄i futuri: ceteros autem ad carcerem ppetuū cū diabolo destituit. Et ideo sequitur. Turbati sunt oēs insipiētes corde. eo q̄ relinquentes veram fidem ⁊ sapientiā secuti sunt mundanas diuitias. ⁊ ideo omnes isti viri diuitiaz nihilvtilitatis inuenerunt in manib⁹ suis: q; nullū opus bonū fecerūt dū viuerent. Et sic. O deus iacob oēs qui ascenderunt equos. scz reges ⁊ principes ⁊ milites: ⁊ diuites huius mundi domitauerunt. ⁊ morte puniti sunt ab increpatione ⁊ sententia tua. Et non solum dormitauerunt morte corporali: sed etiā eterna ⁊ spirituali. Isti et duo vsus possunt referri ad milites custodes sepulchri xp̄i. Mā dū milites armati custodiebāt sepulchrū resurrexit xp̄s ⁊ sic nihil inuenerūt in manibus suis: q; ab increpatione ⁊ voluntate xp̄i dormierunt: nec potuerunt xp̄m in sepulchro detinere cū resurgeret. Ideo sequitur.

Descen sus ad in feros.

Ro .xij. et. xviij q.j.c. qd cl'patur. xx.q.ij.c gliosum. de pe.d. ij.c.j. in prin.

Tu terribilis es ⁊ quis resistit tibi: ex tunc ira tua.

De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit ⁊ quieuit.

Cum exurgeret in iudicium deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terre.

¶ Tu xp̄e terribilis es: et quis resistet tibi. q.d. nullus posset tibi resistere. Nam tūc ex ira tua auditū fecisti iudiciū de celo ⁊ terra tremuit. ⁊ post quātū quādo xp̄s deus ⁊ homo resurgeret in iudicio vt saluos faceret oēs mansuetos terre. Nam ecce terr enot⁹ fact⁹ est magnus quando surrexit: ⁊ surrexit ad iudiciū dānatorum ⁊ superboz ⁊ mitidanorum: ⁊ ad salutem mansuetorum. Et ideo dicit vt saluos faceret omnes mansuetos terre ⁊c. quia resurrectio christi fuit salus ⁊ resurrectio mansuetorum. Sed est aduertendum q̄ hic non solum loquitur de resurrectione xp̄i tunc facta: sed etiam de resurrectione vniuersali futura: ⁊ de vltimo iudicio. Nam non solum mors ⁊ resurrectio christi facta est in hierusalem: sed etiam vltimum iudicium ⁊ vniuersale fiet in valle iosaphat. Nam xp̄s veniet cum potestate magna ⁊ maiestate ⁊ erit in

nota de iudicio.

aere supra montē oliueti: vbi erat q̄n ascendit in celū ꝓoēs apostoli qui dicūtur mōtes eterni erūt sedētes sup̄ sedes duodecim circūquaq; ⁊ omnes sancti erūt in aere cū eo supra mōtē oliueti. ꝓoēs iudicandi erunt in terra in valle iosaphat que est inter ciuitatē hierl'm ⁊ montē oliueti. Nam xp̄s mittet primo angelos suos cū sonitu tube ⁊ vocabunt oēs mortuos ad iudiciū. Et sic cum magno terremotu infern⁹ ⁊ mare ⁊ terra dabūt mortuos suos. Et sic recuperatis corporib⁹ oēs erūt ante tribunal iudicis. Et ideo dicit pphēta. O xp̄e tu terribilis ⁊ potēs es. nā quis resister tibi. q.d. nullus. Mā tunc in nouissimo die ex ira tua cōcitata cōtra malos auditū fecisti. i. facies iudiciū ⁊ tota terra tremuit. Primo p̄cedēte⁹ illius quindecim signis terribilibus ante aduētū xp̄i ad iudiciū. q; erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ i mari ⁊ in terra ⁊c. Xu. xp̄j. Sed postea terra quiesset cū exurget deus in iudiciū. vt saluet oēs mansuetos terre. Et dānet impios ⁊ obstinatos ⁊ ad hoc idē possunt referri oia que p̄cessē scz illuminans tu a mōtibus eternis turbati sunt oēs insipiētes corde: q; tūc oēs viri diuitiarū nihil inuenient in manibus suis ⁊c. Bene ergo illa ciuitas vocata est hierusalem. i. visio pacis q; ibi xp̄s deus in carne visus ⁊ notus ⁊ mōstratus est. Primo per p̄dicationē ⁊ miracula Secundo ibi visus est pati ⁊ mori: ⁊ sic ibi pacificauit nos cū p̄re in sanguine suo. Sed dō ibi: q; ibi resurrexit ⁊ ascēdit in celū ⁊ misit spūm scī in discipulos. Tertio ⁊ vltimo: q; ibi fiet vniuersale iudicium ⁊ videbitur in potestate magna ⁊ maiestate: ⁊ sic notus est in iudea ⁊ terra hierusalem ⁊ in monte syon realiter ⁊c.

xxxviij. o.c.iedulo. de p̄sec. o.v.c.nō medio⁹ criter. **Quoniam cogitatio hominis cōfitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi.**

¶ In hac scōa parte p̄dicit diuinū cultum latrie debitū xp̄o a fidelibus p beneficio redēptionis ⁊ oīm supradictoz que soli deo cōueniūt. ¶ Ad cuius intellectū est primo aduertendū q̄ cogitatio hois ⁊ interna cōscientia ⁊ deuotio cōtēplādo miracula ⁊ mysteria q̄ fecit xp̄s credit ipm esse deū ⁊ hoiem mediatorē ⁊ messiā in lege p̄missum. Et sic cōfitet xp̄o dādo cultum latrie. Et ex tali fide ipsa ecclia mota est ad ordinādas festiuitates de mysterio incarnationis ⁊ natiuitatis ⁊ passionis ⁊ resurrectiōis ⁊ ascēsionis ⁊c. ⁊ in ꝓbus festiuitatibus damus latriā xp̄o scz hymnos siue carmina. ⁊ offerim⁹ munera. Tertio adoramus ipm adoratione latrie. ⁊ sic colimus xp̄m triplici honore. Etiā ordinauit ecclia festiuitates p̄ successionem tpis. Et quo p̄s q̄ prima cogitatio hois ō: fides interna q̄ p̄cedit oēm bonā opationē. ⁊ per quā mouemur ad colēdū xp̄m sed reliquie cogitationis sūt effectus fidei scz cultus diuinus. ⁊ hoc est q̄ dicit pphēta. vñ ait q̄n id ē ꝓpter causas supradictas ⁊ beneficia q̄ tu xp̄e operat⁹ es in iudea ⁊ hierlm que mysteria nullus potest operari nisi deus. ideo ꝓpter hāc causam cogitatio hominis fidelis. i. fides interna confitebitur tibi dando diuinos honores. Et confitebitur te esse deum dignū cultu

prima cogitatio hois ō: fides.

xxxviij. o.c.iedulo. de p̄sec. o.v.c.nō medio⁹ criter. **Vouete ⁊ reddite dño deo vestro: oēs qui in circuitu eius offertis munera.**

latrie. Et reliquie cogitationis scz effectus fidei ⁊ oēs fideles sequentes fidē ⁊ doctores ecclesie qui sunt reliquie cogitationis interne fidei. agēt tibi ⁊ ordinabūt dies festos ad cultū diuinū dedicatos scz festū incarnationis ⁊ natiuitatis ⁊ infantie ⁊ resurrectionis ⁊c. in qbus festiuitatibus exercebit ecclesia diuinū cultū in memoriā supradictorū mysteriorū ⁊ beneficiorum. Littera aūt hieronymi habet meror: hois confitebitur tibi: ⁊ tunc idē est q̄ contritio hois confitebit peccata ⁊c. Sed q; confessio est triplex scz peccatorū: ⁊ fidei ⁊ laudis. Ideo pōt intelligi de q̄libet cōfessione. Mas interna cogitatio ⁊ fides confitet xp̄o. Prio fidē que p̄cedit omnē actū virtutis. Secō confitetur dando laudes ⁊ gratias agendo. Tertio confitet peccata commissa. Et sic oēs iste tres cōfessiones debentur xp̄o. Et ideo pro confessione fidei ⁊ laudis pro beneficijs sequitur.

xxxviij. q. j.c.ij qs. ⁊. xxxiij. qō.v.ca. manifestū. ⁊ extra de vo to.c. magnū. ⁊.c. nō est.

Vouete ⁊ reddite deo vestro oēs fideles sequentes fidē ⁊ doctores ecclesie qui sunt reliquie cogitationis interne fidei. agēt tibi ⁊ ordinabūt dies festos ad cultū diuinū dedicatos scz festū incarnationis ⁊ natiuitatis ⁊ infantie ⁊ resurrectionis ⁊c. in qbus festiuitatibus exercebit ecclesia diuinū cultū in memoriā supradictorū mysteriorū ⁊ beneficiorum. Littera aūt hieronymi habet meror: hois confitebitur tibi: ⁊ tunc idē est q̄ contritio hois confitebit peccata ⁊c. Sed q; confessio est triplex scz peccatorū: ⁊ fidei ⁊ laudis. Ideo pōt intelligi de q̄libet cōfessione. Mas interna cogitatio ⁊ fides confitet xp̄o. Prio fidē que p̄cedit omnē actū virtutis. Secō confitetur dando laudes ⁊ gratias agendo. Tertio confitet peccata commissa. Et sic oēs iste tres cōfessiones debentur xp̄o. Et ideo pro confessione fidei ⁊ laudis pro beneficijs sequitur.

Vouete ⁊ reddite vō deo vestro: oēs qui in circuitu eius offertis munera.

¶ Unde prophēta excitat oēs fideles ad celebrādas festiuitates ⁊ offerēda munera xp̄o ⁊ exhibēdam latriā dicens. O fideles vouete dño iesu xp̄o in baptismo fidei ⁊c. ⁊ reddite ipsi latriā ipsi debitaz scz cōfessionē laudis ⁊ offerte munera. Et vos fideles oēs qui offertis munera xp̄o ⁊ tenemini munera offerre: vouete ⁊ reddite. id est reddite q̄ in baptismo vouistis. ⁊ reddite ipsi latriam ⁊ honores diuinos ipsi debitos tanq̄ vero deo ⁊ tāq̄ redemptori pro gratiarum actione pro beneficijs receptis. Reddite deo vestro dico.

xxxviij. q.j. c.qd cl'patur. **Terribili ⁊ ei qui aufert spiritū principum terribili apud reges terre.**

¶ Quasi dicat reddite ei vota ꝓmissa: q; est deus potens ⁊ terribilis: q; intantum est terribilis ⁊ q̄ aufert spiritum ⁊ aiam principum. id est q; interficit principes ⁊ magnos. Ideo est terribilis apud oēs reges terre. Et hic ps q̄ rationabilior est translatio ipsorū septuaginta q̄ hieronymi q; hic loquitur de confessione fidei ⁊ laudis per id q̄ sequitur: vouete ⁊ reddite. Nam exhortatur fideles ad cultum latrie que cōsistit in tribus scilz adoratione. munere. ⁊ laude. vt dictū est psal. lxj. Et ista vltima pars huius psalmi patet q̄ ꝓpheta dauid in hoc psalmo non solū intendit cōmendare i udeam ⁊ hierusalē materialē que continet in arcto loco palestine in qua xp̄s fuit notus p̄sentialiter per natiuitatē ⁊ passionē ⁊ mortē ⁊ resurrectionē ⁊ ascēsionē: nec per israel solū intelligit illam terram duodecim tribuū in qua xp̄s fuit notus p predicationē ⁊ miraculorū operationē: sed ecclesiā vbi est notus per fidem ⁊ cultū latrie. Nā q; dauid p̄uidit in spū xp̄m fore cognoscendū per fidem ⁊ adorandum ⁊ colendū in populo gentili ad fidē conuerso. ⁊ p̄uidit q̄ populus gētilis erat futurus vera hierusalē ⁊ israel: deū per fidē videndo. Et vera iudea xp̄m cognoscēdo ⁊ confitendo. Ideo fecit hunc psalmū in quo nō solū cōmēdat ⁊ beatificat illā materialem hierusalē ⁊ iudeam q̄ xp̄m vidit ⁊ nouit: ⁊ audiuit p̄sentialiter in carne sed etiam magis cōmendat ecclesiam toto orbe

Latria i trib⁹ cō fitit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diffusam. quē xp̃m per fidē spūaliter cognoscit. t colit t venerāt t cōfitet. D ¶ Ex supradictis in isto psal. possunt recolligi quinq; cōclusiones. quarū prima est ista. ¶ Prima cōclusio q̄ xp̃us in lege promissus deus t hō erat cognoscendus t manifestandus in iudea t hierusalē t p totū israel. probatur. Nam ibi fuit natus t adoratus t p̄dicauit t miracula fecit. t fuit passus t sepultus t resurrexit. t sibi cōsregit gladiū t scutū t arcū diaboli. q̄n per passionē t resurrectionē de ipso triūphauit t discipulos illuminauit. ¶ Scōa cōclusio q̄ xp̃us relinquēs corp̄ in sepulchro descēdit ad inferos. t oēs demones cōturbauit t infernū expoliauit. ¶ Tertia cōclusio q̄ q̄n xp̃s resurrexit. terra tremuit: tūc oēs milites q̄ ascēderūt equos dormitauerunt. Et ideo turbati sunt iudei t cōfusi videntes xp̃m resurrexisse. Et nihil inuenerūt in manibus suis de his q̄ cogitabāt cōtra xp̃m. ¶ Quarta cōclusio q̄ in finali iudicio oēs diuites t p̄nces reputabūt se delusos t deceptos t q̄si somniasse cū videbūt diuitias nihil p̄desse ad liberādū eos. ¶ Quinta cōclusio q̄ soli xp̃o terribili t omnipotenti debetur oblatio t latria t cōfessio fidei t laudis t cōfessio petrō. eo q̄ est iustus t terribilis iudex t omnipotens qui p̄t occidere t viuificare.

ifra. cxlj. de ysec. d. j. c. q̄n aurē stamus.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad deum t intendit mihi.

¶ Titu. victoꝝ siue in finē super ydithū ipi asaph ps. Pretermissa oī deliberatione iudeoꝝ etiā frivola t deuia expositiōe quoꝝdā catholicoꝝ q̄ magis videnē in hoc psal. iudaizare. Est dicēdū q̄ dō fecit hunc psal. in quo describit desideriū patrū antiquoꝝ de aduētu xp̃i t dedit ip̃m cātādum ipsi asaph. eo q̄ repsentabat t figurabat totā eccliā. sed q; magis tale desideriū p̄uenīebat viris cōtemplatiuis eccle p illo statu voluit q̄ chorus ydithū rīderet. ydithū eīm interp̄tat trāsilīēs t trāscēdēs ista mūdana t cōtēplās celestia altissima supra humanā facultatē cuiuslibet memorant in hoc psal. Et ideo voluit dō q̄ cātaret cū toto conatu vocis ad victoriā. ad denotādū q̄ iste p̄s. vocat de lōge cū magno desiderio messiā q̄ est finis legis. Et lō in tit. ponit ad victoriā siue in finē. eo q̄ nos dirigit in xp̃m q̄ est finis legis. t hoc denotat titulus. sc̄z q̄ iste psal. nos dirigit in finē datus ad cātādū ipsi asaph ad victoriā sup chorū ydithū. Sz de materia hui⁹ psal. est notā dū q̄ cū dō cōtēplaret aduētū messie deuenit ad ad cōsiderādū longū desideriū ipsius adam t oīm alioꝝ patriarchaꝝ t p̄phetaꝝ de aduētu xp̃i t morā t longā dilationē eiusdē. In qua cōtēplatione fuit ipsi reuelatū q̄ debebāt trāsire dies multi sz finaliter erat xp̃s ventur⁹ absq; oī defectu. Hoc ergo p̄uidēs dō in spū maxime p̄ scripturas p̄teritoꝝ t reuelationē cōsolatus: fecit hūc psal. in quo introduxit adā loquētē cum tota posteritate fidelū. Nāt sic. ōr adā mysticus siue corpus mysticū in quo psal. duo facit. Nā primo ponit quandam exclamationē p̄pter dilationē aduēt⁹ xp̃i. Secōo explicat cām siue cōsolationis ibi. Et dixi nunc.

¶ Quātū ad primū est aduertēdū q̄ p̄missio aduētus xp̃i in carnē ad liberādū genus hūanū fuit cā fidei t charitatis t spei oībus patriarchis t p̄phetis vet. te. q̄ dē p̄missio primo facta fuit ipsi adē fm q̄ ait Aug. lib. Cur deus hō. Dū dicit q̄ p̄ mo hoī p̄missus est aduentus dñi ex virgine. t si de instāti miseria doleret tñ de suo futuro posteritatis remedio iā de longinquo gauderet. Dñs adā scilz esset expulsus ab illa felicitate: tñ ex p̄missione ipsi facta de xp̃o redēptore futuro: incepit habere fidē. Et ex fide motus est ad charitatē xp̃i. t ex tali firma fide resultauit in eo firma spes xp̃i t hāc fidē t spē secutus est abel. t seth. t enos. tenoch. t noe. t abrāā t c. Et sic est dicēdū q̄ fides t spes incepit ab adā ex p̄missione ipsi facta. Et sic descēdit in totā eius posteritatē fideliū. Sed creuit in vnoquoq; ipsoꝝ patriarcharū t p̄phetarū fm q̄ vnusq̄sq; habuit specialē reuelationē de xp̃i aduētu. Nā specialē reuelationē habuit abel. enos incepit inuocare nomē dñi: t noe t abrā cui facta est spālis p̄missio. Et sic est dicendū de ysaac t iacob t ceteris patriarchis t p̄phetis in q̄bus semp creuit fides t spes p̄pter nouas reuelationes t p̄missiones. Et sic oēs isti sunt corpus mysticū xp̃i eo q̄ vixerūt in spe t fide xp̃i futuri. Et ideo diffinit corp⁹ mysticū eccliasticū: q̄ est multitudo fideliū xp̃m expectātiū: siue in fide t spe xp̃i viuentiū icipiēs ab adā vsq; ad vltimū electū. Et eadē ē diffinitio ipsi⁹ eccle. Nā corp⁹ mysticū t ecclesia cōuertunt sicut dictū est in p̄logo. t sic adā cū tota posteritate sua fideliū: ō. corpus mysticum siue adā mysticus. siue hō mysticus siue eccl̄ia. siue ciuitas dei sunt p̄ls dei. fm aug. xv. de ci. Et sō in hoc psal. t in multis alīs introducit iste adā mysticus ad loquēdū inquantū defler casus suū t miseriam. Et petit accelerari aduentū xp̃i. Et cōsequitur de longa mora t dilatione. Nam in spe ois ista includunt. Primo includitur t supponitur p missio alicuius boni. ex qua insurgit spes t fides. Secō includit afflictio p̄pter longam moram t dilationem vt ait Seneca in tyeste. Odit verus et non patit moras. Tertio patiētia in aduersis. Nā cū patientia tollerātur aduersa: posto q̄ quis exp̄ectat liberari ab aduersis: t expectat bonū finem. Ideo ait Apostolus ad Ro. v. q̄ spes patiētia operatur. Et ideo diffinit spes q̄ est quedā virtus theologica: qua eterna spūalia p̄missa firma fide t charitate exp̄etāt. t aduersa cū patientia tolerātur contenens terrena bona. t constituens finē in celestibus. Et ex quibus patet q̄ spes simul includit afflictionem t gaudium. includit enim duplicem afflictionem vnam de malis que patitur. Et aliā de longa mora t dilatione finis p̄missi. Et in hac secōa afflictione laborauit cetus fidelium ab adam vsq; ad aduentus xp̃i. Nam primo se videbat exulem ab illa felicitate terrestris paradisi. Et p̄nuatum illa futura beatitudine celesti. Secōo se videbat in captiuitate diaboli. Tertio ab ipsa carne et mundo t diabolo multipliciter afflictum t vexatū. Quarto: quia videbat aduentum christi nimium morari q: pua mora videt afflictis lōga. Jō erat

Spei diffinitio.

confractus ex longa spe t dilatione finis. Ex qua longa mora multi non poterāt habere pfectā patientiā. Et sic affligebat totū corpus mysticū ex longa mora: ls firmiter crederet aduentū xp̃i futurum. in qua fide aliqualiter cōsolabat. Et de hac afflictione loquitur prima pars huius psal. in qua adam mysticus per ipsum asaph t ydithū magnis vocibus vocat xp̃m vt veniat t acceleret aduentū suū. Et tollat causam sue afflictionis p crucem t passionē t resurrectionē. vt patebit in p̄ra: in quo explicātur cause afflictiōis t letitie t cōsolatiōis. Et sic attribuitur ipsi asaph t ydithū. Unde cātat asaph t leuat vocē sup ydithum in p̄sona totius ecclesie tam actiuoꝝ q̄ contēplatiuoꝝ. Unde dicit adā mysticus. Voce mea ad dñm clamaui ab adam vsq; ad dauid: t voce mea clamaui a dauid vsq; ad xp̃m: t hoc intendit mihi complendo desideriū meū per aduentum suum. Item.

vñ. q. j. c. scisciat. xp̃m. qō. iij. q̄ec cat.

In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis nocte contra eum: t nō sum deceptus.

¶ Deū exquisiui manibus meis: eas eleuādo cōtra eū. i. versus deū manus eleuādo in celū in die tribulationis mee: qui dies tribulationis durauit ab adā vsq; ad xp̃m. Et etiā exquisiui eū nocte. i. per totā noctē legis cōtra eū. i. manus eleuando versus eū: peredo eius aduentū. Et tū non sum deceptus: quia venit sicut ipse p̄misit. Oēs supradicte locutiones sunt de p̄terito p futuro p̄pter certitudinē p̄phetie: t firmitatē fidei t spei in toto die tribulationis t nocte: q: totū genus hūanū erat in tribulatione t captiuitate diaboli: t nocte tenebrarū peti t ignorātie. Et sic clamabat manibus versus deū. Sed iste adā mysticus nō fuit deceptus nec fuit frustratus in sua fide t spe: q: tpe statuto venit xp̃s. Nā p̄ma locutio: scilz voce mea ad dñm clamaui: vox est tocius cetus patriarcharū t p̄phetarū ab adā vsq; ad zachariā t Johānē baptistā. sz ly t intendit mihi est vox istius hois p tpe zacharie. t symeōis: t ioseph: q: potuit dicere iste hō. t intēdit mihi. t nō sum deceptus: q: vidit ap̄m oculis p̄p̄is p zachariam t symeonē. Jō dicit zacharias. Benedictus dñs deus israel: q: visitauit t fecit redēptionē plebis sue. Et elizabeth dixit virgini marie. Benedicta tu in mulieribus: t benedict⁹ fructus vētris tui. Et virgo maria dixit. Suscepit israel puerū suū: recordatus mie sue. Et symeon dixit. Nūc dimittis seruū tuū dñe: fm verbū tuū in pace. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. Et sic in p̄sona istoꝝ dicit p̄pheta: nō sum deceptus t intēdit mihi ꝛc. Totā etiā istā locutionē pōt facere mīe ecclesia p statu isto gratias agēdo. Nam in toto ve. te. p patriarchas t p̄phetas clamauit magna voce xp̃m inuocando vt veniret: sed tādē intendit mihi xp̃s in no. te. q: patres ve. te. nō receperunt p̄missionē sine nobis ad hebreos. xj.

de ysec. di. iij. c. p̄pte.

Renuit consolari aīa mea: memor fui dei t delectatus sum: t exercitatus sum: t defecit spiritus meus.

de peni.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum t non sum locutus.

dis. j. ca. mēsuras. De pe. di. j. ca. si cui. ℣. porro.

Cogitaui dies antiquos: t annos eternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo: t exercitabar t scopebam spiritum meum.

¶ Hic explicat causam siue afflictionis t anxietatis: que fuit longa mora t dilatio aduentus xp̃i. Et dicit. aīa mea renuit cōsolari in toto illo tēpore ab adā vsq; ad xp̃m. imo abstinebā a carnalib⁹ delectationib⁹ iocunditatis t orationib⁹ messiam expectando: t eram semp in cōtēplatione t meditatione: t sic memor fui dei t delectar⁹ fui. Quasi dicat non habebā aliam cōsolationē nisi cōtēplari sanctam scripturā t diuina mysteria in ea scripta t p missiōes mihi factas de messia. Et sic exercitatus t occupatus sum in tali studio t labore t contemplatione. t defecit t fessus est spūs meus t contabuit t stupuit nō valens attingere hoc secretum p̄ nimio labore t infirmitate mentis t corporis. Sz q: non sufficiebat mihi ista in die meditari: sed et de nocte non poteram dormire: imo oculi mei anticipauerunt. vigilias surgendo ante auroꝝ tuicē t tempus quādo solent alij dormire ad cōsiderandum statum t peccata humani generis t miserias ad cōtēplandum iudicia dei rectissima. Et sic cognoscens culpā primi parentis t iniquitates nostras t ingratitudines 3 deum cōmissas cognoui nos iusto dei iudicio merito fuisse punitos. t sic non sum locutus: immo tacui p̄ confusione culpam in meipsum retorquendo: t sic non locutus sum nec aliq̄d dixi: sed cogitaui dies antiquos revolueudo t perlegēdo hystorias t annales antiq̄ patrū querendo. vnde hoc malum p̄ueniebat generi humano: q: sic fuerat vulneratū in carne p cōcupiscentiam t infirmitatē: t i aīa per peccatū. Et habui annos eternos in mente cōsideraui oia tēpora incipiendo a mūdi creatione t ab inobedientia primoꝝ parentū t sententia merito inflicta. Nam consideraui qūo deus creauerat hoīem ad imaginem t similitudinem suam. Et quo mō constituit ipsum dñm super totā terram t sup oia alia tam volatilia q̄ pisces t reptilia t quadrupedia ꝛc. Et cōsideraui felicitatē ipsi p̄missam si stetisset in diuino p̄cepto t voluntate: q: post lōgā vitam translatus esset in vitam meliorem in celis sed p̄pter inobedientiam pulsus fuit ab ista terrena paradiso: t priuatus fuit illa futura t superiori beatitudine. Et factus exul in hac lachrimarum valle t percussus in corpore t aīa: t subiectus tot miseriis intrinsecis t extrinsecis: sc̄z bellis t seruitutī ꝛc. Et cognoui oia ista mala p̄uenire homini ex illius primi iustissima condēnatione peccati: t sic etiam in tota illa nocte ve. testa. meditar⁹ sum in corde meo considerando quomodo xp̃us erat nobis ī lege per multos: immo per oēs p̄phetas t patriarchas ad liberandum gen⁹ humanū de su p̄dictis miseriis promissus. Et in in tali meditatione exercitabar mirando cum anxietate quare tantum tardabat nostra redemptio: t differebatur christi aduentus. Et sic scopebam spiritum meum. idest scrutabar: t inuestigabam. Et discu-

Mo. meditanda seu cōtēplanda.

tiebam ⁊ examinabam ⁊ purgabā per penitentias que in eo erat. Et erumpebā in talem clamorem quasi anxius de longa mora ⁊ dilatione dicens.

De pe. di. i. c. q: diuinita tis natu ra. ⁊ ca. multi plex ⁊ d. extric. c. dyaconi

Numquid in eternum proiiciet deus: aut nō apponet vt complacitior sic adhuc.

Aut in finem miam suam abscidet: a generatione in generationem.

Aut obliuiscetur misereri deus: ⁊ continebit in ira sua misericordias suas.

¶ Numqd deus proiiciet gen? humanū a se in eternū q̄ nō recipat ipsius ad veniā ⁊ misericordiā aut deus non apponet ⁊ non proponet adhuc. i. deinde vt sit nobis cōplacitior. i. magis placabilis q̄ fuit hucusq;. Quasi dicat. semp erit nobis iratꝰ: ⁊ nō benignus nec placabilis. Aut abscidet. i. auferet in finē. i. totaliter ⁊ finaliter miam suā a gratiōe in generationē. i. p oēs generatiōes durabit ira eius: ⁊ non erit mia aut obliuiscetur deus misereri nobis: ⁊ numq̄ recordabitur nostri aut continebit misericordias suas in ira sua? Quasi dicat: erit ne tante crudelitatis efficacie ira dei q̄ cōtineat ⁊ claudat ⁊ liget mias suas: ⁊ alliget deum ne faciat miam? Quasi dicat: non est credibile nec est tollenda deo tanta pfectio: immo hoc est nephas de deo credere cuius misericordie nō est finis nec numerus. Unde nota q̄ dicit dauid: scobebam spiritum meum. i. mundanas ⁊ falsas cogitationes a spiritu meo pellebā. Mā spiritus longa anxietate ⁊ cogitatione tribulatus ⁊ obnubilatus nō potest cernere verum: quia nubibus atris cōdita nullum fundere possunt sydera lumen ꝛc. vt ait Boetius sed si quis scopit spiritū. ⁊. f. purgat ⁊ mūdat pellē dom̄ūdam as cogitationū ⁊ nubes ignorātie per studiū sapiētie: tūc cernit ⁊ cognoscit veritatē. Et ita fecit iste homo mysticus. Nam perscrutādo sacras scripturas pepulit nubes ignorātie ⁊ anxias cogitationes. Et cognouit q̄ deꝰ numq̄ oblitꝰ est facere miam: sicut didicit per gesta antiquoꝝ. Jō dixit. nūquit in eternū proiiciet deus ꝛc. q: scopere idē est q̄ scopa domū verrere ⁊ mūdare. Et sicut domus materialis scopitur ⁊ mūdat scopa materiali. Jta domus spūs ⁊ mētis interio: scopitur ⁊ verrit studio sapientie ab omni ignorantia et malis cogitationibus ⁊ anxietatibus: quia intelligentia sacre scripture fugat omnes anxietates: et scopit spiritum ⁊ mentem ⁊ facit eam cernere verum. vt patet hic de dauid.

scobere spiritus.

tij. q j. c. si peccaue rit.

Et dixi nūc cepi hec mutatio dextere excelsi

¶ In secūda parte explicat suā cōsolationē post superiorem angustiam. Ad cuius intellectum est sciendū q̄ postq̄ iste homo anxius de longa miseria ⁊ mora aduentus xpi discurrit oēs scripturas ⁊ ois gesta patrū antiquoꝝ. Et vidit q̄ deus multipliciter liberauerat patres ātiquos tpaliter puta noe de diluuio: ⁊ abraam de bur caldeoꝝm. Et isaac de sacrificio. Et iacob de manu esau ⁊ totū israel de egypto ꝛc. tunc ipse dixit supradicta verba. f. numq̄ in eternū proiiciet deus ꝛc. Quasi dicat: semper consuevit misereri patribus antiquis: ⁊ liberauit eos de periculis temporalibus: ergo posterit esse q̄ nō liberet nos de hac longa captiuitate peccati ⁊ de potestate dyaboli ⁊ miseria nobis illata ex ira data primo parētib?. Quasi dicat incredibile. est q̄ nō faciat: sed q: dū ista cū quadam pia indignatiōe diceret quasi illuminatus incepit resipiscere ⁊ cognoscere in spū q̄ oēs ille liberationes tpales patrū antiquoꝝ significabāt futurā et generalē redēptionē. Et q̄ tota ira dei erat mutāda in miam per aduētū xpi. Jdeo subdit. Et dixi oia supradicta supple. Et nūcepi resipiscere ⁊ cognoscere supple veritatē ⁊ secretū scripturarū: et supradictoꝝ mysterioꝝ: quū erāt figura de nra redēptiōe. Et oia erāt implēda ī xpo ꝛc. Jn hebreo aūt habet. Et dixi imbecillitas mea. ⁊ tūc est sensus. Et dixi in meipso q̄ ex imbecillitate ⁊ fragilitate ⁊ ignorantia dixerā oia supradicta. sez mutād in eternū proiiciet deus ꝛc. Sed magis rationabilis videtur nostra trāslatio que dicit. Et dixi nūc cepi intelligere supple q̄ hec est mutatio dextere excelsi. ¶ Ad cuius intellectū est valde aduertendū q̄ ecclesia dei habet tres status. s. duos in presenti: ⁊ vnum in futuro qui dicit̄ status glorie. Primus status dicit̄ status legis ⁊ vmbre ⁊ figure ⁊ captiuitatis ⁊ ire ⁊ iustitie ⁊ ignorantie et noctis. Secūdus status dicit̄ status veritatis ⁊ luminis euangelici ⁊ libertatis ⁊ gratie ⁊ mie ⁊ sapientie ⁊ dei. Tertius aūt dicit̄ status glorie ⁊ premij. Jn primo statu oēs patres antiqui desiderabant statum secūdū. Et nos qui iam sumus in statu secundo: desideramus tertium. s. dissolui ⁊ esse cum xpo in glia. Et ideo sicut per primū aduentū xpi primus status mutatus est in secōm. Jta per secōm aduentū xpi secūdus status ecclie mutabit in tertium. Mā per primū aduentū xpi. s. in carnez tota lex vetus mutata est in veritatē euangelicam. Et vmbra ⁊ nox mutata est in diēm lucē. Et figura in veritatē. Et mia ⁊ iusticia ⁊ ira dei in miam. ⁊ culpa siue pena in gratiā. Et captiuitas in libertatē ⁊ ignorantia in sapientiā: q: repleta est terra sapiētia dñi. Esa. xj. Jta p̄ter totus iste status mutabitur in tertiū. Mā gratia cōuertet̄ in gloriā: fides in visionē: ⁊ spes in possessionem. ⁊ caritas in fruitionē ꝛc. Secōo est notandū q̄ xp̄s dr dextera dei excelsi in tota scriptura: eo q̄ p̄ p ipm opat. Sed dextera dr per revelationē ad sinistrā: ⁊ sic punitio ⁊ ira dei dr sinistra. mia aūt dr dextera dei. Cū ergo tota lex vetus erat sub punitione ⁊ mia ⁊ quasi ira dei ⁊ iusticiat cpsio. Jō p̄r dici sinistra dei: q: deꝰ habebat suā sinistrā supra gen? humanum ante aduentū xpi. Sed nūc ex dextera suā. i. mia suā sup nos. Et quo p̄r dici q̄ p ipm fetā est mutatio ad sinistra ī dexterā. Et sic est dicēdū q̄ xp̄s qui est dextera dei patris excelsi mutauit sinistrā dei in dexterā dei. i. iram ⁊ iusticiā in miam. Et captiuitatē in libertatē: culpā in gratiā: ⁊ noctē in diē. ⁊ vmbrā in veritatē ⁊ lucē. ⁊ vniuersaliter totā legē veterē in euāgeliū: vt circūcisionē in baptismū: ⁊ esum agni paschalis in eucharistiā. Et sic de singulis factis. ⁊ talis mutatio fuit mutatio dextere excelsi: quā preuidit dñs in figura p gesta ⁊ mysteria vetera: vt patebit p singula. ideo dicit Et dixi nūc cepi cognoscere sup. q̄ hec erat mutatio dextere excelsi. i. p xp̄m futura qui est dextera dei excelsi q̄ oia dr mutare. q: talis mutatio a nullo pōt fieri nisi a xp̄o q̄ est dextera excelsi. Mā sicut deus per siuistrā misit irā ⁊ sniam in totū genus humanū inve. ꝛc. Jta in nouo te. mittet mias ⁊ veniā ⁊ gratiā p xp̄m qui est eius dextera. Et ideo q: dauid puidit in spū contemplando mysteria sacre scripture: q̄ per solum xp̄m erant oia illa mysteria vel in solo ipso erant implenda. Jdeo dicit hec mutatio dextere excelsi.

ecclesia hꝫ tres status.

xp̄s dextera dei dicit

Figura nre redēptionis.

Xp̄s ductor hūi humani.

ij.d.c.q̄f neſciat. xp̄s.d.c. ſciēdū. ⁊ c. ſequē.

de pſec. d. ij. iterat.

Memor fui operum dñi: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in oībus operibus tuis: et in adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua. quis deus magn? sicut deus noster: tu es deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam redemisti in brachio tuo populum tuū filios iacob ⁊ ioseph.

reparatore. In oppositū est ppheta dō i b̄ psal.
Rndeo hic sunt q̄ttuor videnda. Primo an xp̄s di
catur ꝑfect⁹ redēptor: dato ꝙ maneam⁹ mortales ⁊
passibiles. Scōo est videndū q̄re de⁹ est magis p
nus ad miserendū q̄ ad puiendū. Tertio est videndū
dūjan⁹ ꝓpterb⁹ de⁹ sit min⁹ iust⁹ iudex: ⁊ ledat suā
iusticiā: ⁊ sit maior sua mia q̄ḡ iusticia. Quartovi
debik quomodo xp̄s est dns ⁊ redēptor ⁊ caput
⁊ reparator angelor. ¶ Quātū ergo ad primum
est dicendum ꝑm aplm ad Ro. vj. ꝙ p baptismū
oēs sumus mortui ⁊ consepulti cū xp̄o ⁊ sic oēs
cōsurreximus cum xp̄o: postq̄ oēs sumus bapti
zati in eo qz sicut resurrexit: ita oēs resurgemus
prima ad Cor. xv. Et quibusvult innuere apls
ꝙ xp̄s in sua resurrectione accepit potestatē re
suscitādi oēs suos fideles ⁊ mēbra sua p baptis-
mū sibi incorporata. Et p ꝯs intēdit dicere ꝙ
oēs baptizati de presenti liberātur a pctō in aia
⁊ adipiscūtur meritū ⁊ facultatē vt mereant re-
surgere in corpus gloriosum in generali resurre-
ctiōe. Et sic adipiscūtur resurrectiōem gl̄iosam
in habitu: iz nō in actu. Et hoc cōfirmat beatus
Augu. in quodā ſmone de martyribus qui etiaz
attribuit btō Ambrosio. vbi dicit. ꝙ iz oēs mar-
tyres ⁊ iusti nondū surrexerūt in actu. tn̄ iam sur
rexerūt in merito. qz iam sunt certi de sua resur
rectione. qz sicut fuerunt socij passionis xp̄i: ita
erūt ⁊ socij resurrectionis. Et quib⁹ sequit ꝙ iam
ꝑfecte redemit nos nō solū quo ad aīam. iz etiā
quo ad corpus. ⁊ omēs infirmitates ⁊ miserias.
Ex causam quare xp̄us noluit vt ilico p baptis-
mū sicut absoluimur a peccato absoluamur a pe
nis corporalib⁹. assignat Augu. lib. de baptismo
parulor. ⁊. xij. de ciuita. dei. c. iiij. vbi ait. ꝙ xp̄s
voluit vt ablato peccati nexu mortis ⁊ cetera-
rū infirmitatū experimētū nobis relinqueretur
Et hoc ꝓpter multiplex bonū nostrū. Primo qz
si tales corporee infirmitates nobis nō fuissent
relicte. tūc nulla posset esse pugna. ⁊ si nulla eēt
pugna. tūc nulla eēt victoria martyrū nec virginū
nec cōtinentiū. nec iustor. ⁊ p ꝯs nulla esset cor-
ozona. Jtē nulla esset spes resurrectionis. et p
ꝯs nullū meritū. Jtē si ilico per baptismū tol-
lerentur huiusmodi passiones. ⁊ cōferretur im-
mortalitas baptizatis. tunc multoplures recur-
rerent ad baptismū vt absolverentur ab huius-
modi passiōib⁹: q̄ḡ vt ꝯsequerenē futurā beatitu
dinem. ⁊ sic nullū operarētur bonū ꝓpter deum
Et ideo iste infirmitates ⁊ passiones nobis reli
cte sunt bonis bone ad meritū: ⁊ malis male ad
supplicū. Item hoc factū est ꝓpter vniuersale
bonum ecclesie triumphantis: ⁊ reparationis
angelice ruine. Nam si talis pugna tolleretur
in corpore nostro per baptismū. tunc homines
non possent cocquari angelis qui ruerunt
in meritis. nec p ꝯs possent adipisci p meritum
⁊ laborē sedes quas illi amiserūt p superbiā. Et
sic angelica ruina manifesset irrepata. Quattuor
ergo opatur baptism⁹ in nobis. Nā ꝓmo ablut
aiam a pctō. Scōo ꝯfert meritū vite eterne de
presenti. Tertio tollit depositū cōcupiscētie: nō
vt nō insit: sed vt nō imputet. Quarto ꝯfert apti
tudinē ⁊ meritum resurgendi ad vitā gloriosam
corpis in nouissimo die. Et supradictis ꝑ rnsio
ad miseros iudeos qui solum carnaliter sapiūt.
¶ Quātū ad secūdū est dicendū ꝙ manēte iusti-
cia equali cū mia ⁊ absq̄ lesione iusticie. de⁹ est
magis ꝓnus ad miserēdū penitētib⁹ q̄ḡ ad eter-
naliter puniēdū. Et hoc multiplici rōne. Et ꝑi
mo rōne aīe rōnalis quam ad suā ymaginē crea
uit: ideo intātū diligit bonem: ꝙ nō ꝑmittit nec
placet sibi vt aīa maneat pctō deturpata nec
subiecta. Scōo rōne abolitiōis peccati. qz de⁹
intātū odit ⁊ abholak pctm̄. ꝙ semper est para-
tus destruere ⁊ delere ipm̄ p gr̄am ⁊ penitentiā.
Tertio rōne būane fragilitatis cui semp deus
compatit. Quarto rōne sue magnanimitatis qz
magnanimus non existimat: imo vilipendit iniu
riā sibi factā. Ideo cito ignoscit cū videt humi-
litatē ⁊ plenitudinē in penitēte vt ꝑz. iij. Ezbi.
Quinto rōne summe liberalitatis. qz liberalis
⁊ magnificus semp est ꝓnus soluere p paupere
indigenti: ⁊ sic xp̄s sp̄ est paratus p nobis solue
re debitū. Septimo rōne p̄nitat⁹ inq̄tū de⁹ est
p̄ nr̄: ideo semp est ꝓnus ad parcēdū filijs suis
Octauo rōne fraternitatis qz filius dei fact⁹ est
frater nr̄ carnē assumēdo. Nono rōne experimē
talis pietatis. Nā de⁹ voluit experiri fragilita-
tē nr̄e carnis. vt disceret ceteris misereri. ꝺ recoz
datus est: qm̄ pulvis sum⁹. qz cognouit figmētū
et fragilitatē nostrā per experimētā. Decimo de⁹
est magis ꝓnus ad parcēdū q̄ḡ ad puniēdū rōne
ꝓmissionis: qz per totā legē et ꝓphetas de⁹ pro-
misit venā et remissionē penitētib⁹. Et sic deus
in parcēdo iustificat et ratificat iusticiā. Jtez si
de⁹ nō parceret petōr penitēti. sequerek ꝙ ma
gis diligeret pctm̄ q̄ḡ boez. cū delēdo pctm̄ pos
sit boem liberare. ꝺ in hoc ostendit deus ꝙ ma
gis diligit boem q̄ḡ peccatū: qz vt boem liberet
extinguit et destruit pctm̄ in eo. vt saluet naturā
et hoc pertinet ad iusticiā vt destruat malum et
saluet bonū. Et ideo pontk pro ꝺeclusione. ꝙ de⁹
in parcēdo et miserēdo petōribus penitētib⁹ ex
ercet opera ꝺm virtutū. et per ꝯs opera iusti-
cie cum iusticia sit oīs virtus. v. Ethic. q̄ḡ p sin-
gula pdak. Nam primo exercet opa boni viri.
Nā in parcēdo et miserēdo diligit et conseruat
bonū nature. ⁊ odit et destruit malū culpe. ⁊ pec
catū q̄ḡ corrūpebat naturā. Jtē exercet opa ma
gnanimi. non estimando iniuriam: et compatien
do humane fragilitati. Jtē exercet opera libera
lis quia de ꝓpio sanguine soluit pro debito pec
catoris. Item exercet opera boni patris et pasto
ris. quia non permittit filiū nec ouez suā perire
Jtē exercet opa iusti viri. qz non violat: imo cō-

Quattuor opa baptismus in nobis.

Quare xp̄s magis est ꝓnus ad miam.

xp̄s ꝑfect⁹ redēptor.

plet ꝓmissuz q̄ḡ promisit. Ezechiel. xviij. p alios ꝓphetas: sez qua bona conuersus fuit pctor a via
sua mala oīm iniquitatū quas fecerit nō recor-
dabor. Jtē exercet opera iusti iudicis qz nec re-
linquit crimē nec malū impunitū. Nā pctm̄ licet
insufficiēter puniak in pctōre: tn̄ sufficiēter puni
tur in xp̄o: vt patebit in seq̄nti articulo. Et sic ꝑz
rnsio ad argumentū. Nā licet de⁹ sit magis pro-
nus ad parcendu⁹ ⁊ miserendū pctōrib⁹ tn̄ semp
manet iust⁹: qz q̄ḡ nō punit in pctōre punivit in
xp̄o. vt infra patebit. Et sic licet mia videatur
maior q̄ḡ iusticia effectiua respectu nr̄i. tn̄ essen-
tialiter in deo vna nō est maior altera cū sint idē

Dē ꝓpt mias nō ē min⁹ iustus iudex.

¶ Quantū ad tertiū est aduertēdū sicut dictum
fuit psal. vj. ꝙ duplici iudicio pōt de⁹ iudicare
petōrē vno modo iudicio obstinatiōis et finalis
impenitētie. Alio modo iudicio penitētiali. Pri
mo modo iudicat de⁹ pctōrē iudicio ire ⁊ furoris
ꝑm suā obstinatiōnē destinādo pctōrē ad penam
eternā. Scōo modo iudicat iudicio mie remittē
do culpā ⁊ mutādo penā eternā in penā tpalem.
⁊ in hoc deus ondit suā iusticiā: qz iudicat ꝑm mē
surā ⁊ qualitatē peti. Nā qz obstinatus peccat in
termino: ⁊ p consequēs eternal⁹ ꝓponit peccare
ideo iuste iudicak ad penā eternā sue obstinatio
ni correspōdentē: qz non est sibi remissa culpa in
hoc seculo iō nunq̄ remittik nec dimittik sibi pe
na in alio. Sz qz penitēs per pniam pctm̄ dimi-
sit invia anteq̄ pueniet ad terminū qz reductus
est a malavia invia salutis a qua recesserat: ideo
pctm̄ suū factū est finitū ⁊ tēporale respectu sui:
ideo qz remittik culpa in hoc sclo: pariter remit-
tik pena in alio. Et sic ꝑz qualr deus tribuit vni
cuiq̄ ꝑm opera sua tanq̄ iustus iudex. Nā peni-
tēti tribuit misericorditer venā ꝑm suā penitēn-
tiā in hac via ⁊ in hoc sclo. ⁊ per cōsequēs remit
tit penā in alio ⁊ obstinato tribuit penā ꝑm suam
obstinationē. Nā sicut petō: per cōtritionē ⁊ pe
nitentiā dimisit petm̄ ⁊ deleuit culpaz in hac via
ante terminū mortis: ita deus dimisit sibi penaz
eternā. Et sicut obstinat⁹ nō in via voluit dimit-
tere pctm̄ ita de⁹ nūq̄ sibi dimittet penā in alte-
ro sclo. Nā sicut sola pena tpalis corrūdet pnie
in hac via. vel in purgatorio ꝑm iudiciu⁹ mie: ita
pena eterna corrūdet obstinatiōi ⁊ ipenitētie in
inferno ꝑm iudiciū ire dei. Et sic deus semp ma-
net iust⁹ iudex. Sz adhuc manet ⁊ restat dubius
qz oē pctm̄ est infinitū rōne obiecti: inquātū pec
cato: peccauit cōtra deū infinitū: ergo cuiq̄ pctō
iuste debek pena infinita. ⁊ per cōsequens nullo
ꝓcio potest satisfieri offense facte cōtra deū: nec
iuste potest peccatori pena remitti: cū oīnis peni
tentia ⁊ oīa bona opa petōris sint finita. Ad hoc
respōdek sicut dictū est psal. lxxxviij. q̄ḡ qz nullus
ꝓcij finitū potest satisfacere pro peccato com-
misso cōtra deum: ideo fuit necessaria passio xp̄i
ad iuste satisfaciendū pro omni peccato. que qui
dē passio fuit ꝓcij infiniti rōne puritat⁹ ⁊ inno-
centie xp̄i: ⁊ ꝑcipue rōne gratievnionis. vt dictū
fuit psal. xvij. ⁊. lxxxviij. ideo xp̄s potuit p omni-
bus satisfacere: ⁊ in eo sufficiēter oīa nostra pec-

obiectō

Rnsio.

Passio xp̄i satisfecit.

cata fuerūt punita virtualiter ⁊ habitualiter: qz
de⁹ pater posuit in eo iniq̄tates oīm nostrū: ⁊ p-
pter petm̄ ppli sui pcussit eū: cuius liuore sanati
sum⁹. Esa. liij. ⁊ de⁹ pater fecit ipsum pctm̄ sez sa
crificiū p pctō. ñ. ad Corin. v. Et sic oīa pctā nr̄a
fuerūt virtualiter in xp̄o punita ⁊ in eī⁹ passiōe. quā
passionē nos participam⁹ p baptismū ⁊ penitēn-
tiā ⁊ cetera sacra. Et ideo nulla pnia posset satis
facere pro pctō alicuius nisi participaret passio
nem xp̄i. qz illa fuit pnia ḡnalis pro oībus pec-
catoribus penitētib⁹ ⁊ baptizatis. a qua sumunt
virtutē oīa sacramēta quā quidē penitentiā par
ticipamus per ecclīastica sacramēta. Et ideo no
stra pnia particularis nō sufficeit in virtute pro-
pria: sed in virtute passionis xp̄i quā participat: in
quantū sibi⁹ offert patri suā passionē pro illo ba-
ptismo sine penitēte. Et sic est dicendus ꝙ petm̄
petōris punitur in pctōre per illā modicā contri
tionē ⁊ penitentiā. ⁊ per penā tēporalē in purga
torio: sed plene punit⁹ in xp̄o: cui⁹ passionē peni-
tēs participat per particularē penitentiaz: et sic
particularis pnia roborata ⁊ adiuta virtute pas
sionis xp̄i redditur sufficiēs ad soluendū ⁊ satis-
faciendū pro debito infinito. Et sic nullum pecca
tum manet impunitū nec debitū insolutū. quia
omne petm̄ partim punitur in peccatore: ⁊ plene
punit⁹ in xp̄o: cuius passionem pater acceptat in
preciuz sufficiens pro debito petōris. Et sic deus
semp manet iust⁹ ⁊ simul misericors in suo iudi-
cio manēte iusticia inviolata ⁊ integra simul cū
mia. Et hoc est qđ intēdit dicere dauid cum ait.
Non ꝯm peccata nostra fecit nobis: neq̄ ꝯm
iniq̄tates nostras retribuit nobis ꝛc. Sz vt ostē
dat ꝙ deus tanq̄ pater ⁊ frater expertus nostrā
fragilē carnē est magis pronus ad parcendu⁹ q̄ḡ
ad puniēdū. subdit sicut miserek pater filioz mi
sertus est deus timentibus se: qm̄ ipse cognouit
figmentū nostrum ꝛc. Et sic ꝑz rnsio ad argu
menta secūdi ⁊ terij dubij. ¶ Quārum autē ad
quartū. sez qualr xp̄s est dns ⁊ caput redēptor: ⁊
reparator angelor. Est nota duz sicut dictum est
psalmo. lxxxj. ꝙ oēs angeli ante lapsum dū fue-
runt viatores preuiderunt mysteriū future cbr
isti incarnationis. Et preuiderūt preparatā sedē
imperialem pro xp̄o futuro dño omniū dominus
et angelor quorum angelor quidam statuerunt
sez Michael cū suis diuine voluntati obedire. ⁊
xp̄m deum ⁊ dominē futurum in oīm ⁊ caput as-
sumere ⁊ sic manserunt in gratia confirmati: ⁊ re-
viatoribus comprehēsores et facti beati Lucifer
autē cū suis sequacibus inobediens diuine volū
tati ⁊ xp̄o inuidens zelo inuidie cōmotus. quia
hoc preuidit filio inuidit et sedem xp̄i peruerse
⁊ temere appetiuit: ⁊ ipsam cōscēdere ⁊ vsurpa-
re presumpsit. Et ideo ilico in illa malicia obsti
nat⁹ miser effect⁹ est ⁊ de celo in perpetuā penaz
corruit ⁊ cecidit in infernū. ¶ Dis ergo habitis
ponit ꝓma cōclusio ꝙ xp̄us ante casum luciferi
fuit caput oīm bonor angelor: dū fuerūt viato-
res ꝓbatur. Nam pro tunc habuerunt veram fi-
dem. et per cōsequens spem de xp̄o futuro a qua

xp̄s dns et reparator angelor.

xp̄s caput ange lorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō deuarum:immo sibi adheserunt:qz diuino-
luntati obedire statuerūt ergo sequit q̄ p talem
fidē ⁊ obedientiā xp̄m i dñm ⁊caput assumpserūt
⁊ susceperunt ⁊ p cōsequens iam tunc facti sunt
mēbra xp̄i eis credit:⁊ iam tūc participarūt xp̄i
gratiā p quā sibi adheserunt i qua gratia p talē
inhesionē confirmati manserūt ⁊ effecti sunt cōpa-
hēsores et beati Et quib? ps q̄ xp̄s ante lapsum
luciferi fuit dīs ⁊ caput bonorū angelorū viato-
rum Et per p̄sequens mansit dīs ⁊ caput eor. postq̄
facti sunt comprehēsores ⁊ beati q̄ probat. Nā
manserunt in eadē gratia xp̄i cōfirmati: de cui?
mysterio incarnationis ⁊ humane redēptiōis ha-
buerunt clariorē noticiam post confirmationez.
xp̄s re-dēptor angelo-rum. ¶ Secūda cōclusio. q̄ xp̄s fuit verus redēptor bo-
norū angelorū probatur. Nā redimi a xp̄o nil aliud
est nisi liberari ab eterna dānatione per gratiaz
xp̄i: sed boni angeli fuerūt liberati ⁊ preseruati
a casu aliorū p gratiā ⁊ fidē xp̄i futuri: p quā gra-
tiā acceperunt ipsum i caput ⁊ dīm. vt dictū est.
igit p xp̄m vere fuerūt redēpti. Nā mali q̄ hanc
fidē ⁊ gratiā seruare noluerūt: ideo ceciderūt a
ceteris diuini. Ex quo sequit q̄ gratia xp̄i sepa-
rauit bonos a malis. Et sic illi peccauerūt i ter-
minos ⁊ isti adheserūt inuia prout dictū est psal.
lxxx. ergo xp̄s est ver? redēptor angelorū. ¶ Ter-
tia p̄clusio q̄ xp̄s nō solū est caput ⁊ redēptor bo-
norū angelorū: sed etiā reparator angelice ruine p
bat. Nā xp̄s redemit homines ⁊ ex eis quosdā sub
limauit p gratiā supra humanā facultatē: vt me
rerent adeōri angelis q̄ ceciderūt ⁊ eorū mālio-
nes ⁊ sedes beatas illis debitas possederūt: ⁊ nu
merū illorū cōpleuerūt: vt frequēter dictū est. er-
go xp̄us fuit ver? reparator ⁊ restaurator angeli
ce ruine. ⁊ sic p̄ q̄liter xp̄s fuit ver? dīs ⁊ caput ⁊
caput ec
cle xp̄o redēptor. āgelorū. ¶ Quarta p̄clusio q̄ xp̄s simul
ē caput hoīm ⁊ angelorū ⁊ vtriusq̄ ecclie scz triū
phātis ⁊ militātis probat. Nā sicut de rōne capitis
materialis est influere sensus ⁊ motū i oia sua mē
bra. Ita de rōne capitis spūalis ē influere gratiā
⁊ gloriā: sed xp̄s influit i oia mēbra sua? ecclesie
gratiā ⁊ merita siue passiōis p iſpirationē ⁊ eccl̄ie
astica sacramēta: ⁊ i patria influit gloriā sup oēs
angelos ⁊ omnio beatos: ergo est verū caput via-
torū ⁊ oīm p̄destinatorū ⁊ beatorū. Quod autē xp̄s
sit dīs ⁊ caput ⁊ beatificator simul hoīm ⁊ ange-
lorū p̄z ex multiplici autoritate. Nā p̄mo dicit a-
postol? q̄ deus pat? p̄stituit cū caput oīs ecclesiaz
sup oēm potestatē ⁊ p̄incipatū ⁊c. ad Ephe. j. Itē
ad phil. ij. de? exaltauit illū: vt in nomine iesu omne ge
nu flectat celestiū terrestriū ⁊ infernorū ⁊c. Itē Io.
apoc. iiij. vidit milia miliū angelorū simul cū seni
oribus dicentiū voce magn? q̄ occisus est accipere
virtutē ⁊ diuinitatē ⁊ sapientiā ⁊ fortitudinē ⁊ ho
norē ⁊c. Itē. j. c. viij. vidit turbā magnā quā ne-
mo dinumerare poterat: ex oīb? gētib? ⁊ tribub?
⁊ linguis. ⁊ oēs angeli stabant i circuitu troni et
adorauerūt deū cadentes i facies suas dicētes:
benedictio ⁊ claritas ⁊c. Itē angel? dicit Iob. xix
cōseruus tuus sum ego iesu xp̄i. Apoc. xxii. Ex q̄bus
p̄z q̄ xp̄s simul est caput ⁊ dīs dominus ⁊ angelo-
rū ⁊ omniū creaturarū. p̄ p̄sequēs nō solū boles
sed etiā oēs angeli obligant laudare ⁊ benedice
re: ⁊ colere christū bonore latrie ⁊ tanq̄ deū ⁊ dō
minum. Et hoc est quod intendit dicere dauid i
hoc psalmo cū dicit. dominꝰ incelo parauit sedē
suā ⁊ regnum ipsius omnibus dominabit: ideo
benedicite dominus oēs angeli eius. Et tūc red
pōdetur ad rationes ⁊ argumenta. Nā cū dicit q̄
xp̄s est minor angelis q̄: homo ergo nō potest es
se dominꝰ angelorū nec caput: nec influere gratiā
⁊ gloriā in eis. ¶ Ad? respondet sicut dictū fuit
psalmo. lxviij. q̄ licet aia xp̄i sit minor angelis q̄
ad essentiā ⁊ bona naturalia cōsequentia forma
tiū erat nobilior et melior oībus angelis: quo ad
bona gratuita ⁊ pacifica ⁊ quo ad gratiā vnionis
⁊ sic erat dominꝰ angelorū Itē licet xp̄us ex sola
humana natura nō influat gloriā in angelos. tū
ratione gratie vnionis ⁊ capitis influxit gratiaz
in angelis. dum erant viatores. ⁊ influit nūc gloriā
dum sunt cōprehensores: quia nō solū est media-
tor dei ⁊ hominū: sed etiā dei ⁊ angelorū propter
rationes iam dictas. Et sic patet qualiter christus
redemit angelos eos per gratiā a lapsu: aliorum
preseruando. ⁊ qualiter factus est dominus ⁊ ca
put non solum hominum sed etiam angelorum.
Ex quibus patet q̄ nō solum ab dominibus: sed
etiaz ab angelis xp̄o debetur cultus vere latrie
q̄ maxime intendit probare dauid i hoc psalmo.

rem. d. c. ecce.

Benedic anima mea domino
domine deus meus magni-
ficatus es vehementer
Confessionem et decorem in
duisti: amictus lumine sicut
vestimento.

als ve-
stimēū.

¶ Licet huic psalmo nullus titulus p̄ponatur
in hebreo. tamen beatus Hieronym? in epistola
ad custochium de virginitate seruāda asserit ip
sum esse factū ab ipso dauid cū dicit. posuisti ait
dauid: tenebras ⁊ facta est nox i ipsa ptransibūt
bestie silue ⁊c. Hoc idem affirmat ecclesia cū cant
at in benedictione crismatis diēs. dauid ppheti
co spū gratie sacramēta p̄noscens vult? nostros
in oleo exhilarādos esse edocuit ⁊c. Ex quo p̄z da
uid cōfecisse hūc psal. ⁊ ex materia eius p̄z ipsius
esse alleluyaticū. i. ad laudādū deū factū q̄: ma-
nifeste laudat de? in hoc psal. de beneficio vni-
uersalis creatiōis ⁊ recreatiōis. ¶ Ad cuius
intelligentiā est notandū q̄ quinq̄ fabricationes
leguntur facte in veteri testamento ex precepto
dei. nam prima fuit fabrica totius mūdi in exor-
dio quā deus fecit ex nihilo p seipsum ad solum
p̄ceptū sine aliquo ministro q̄: dixit ⁊ facta sunt
oia per verbū suum nec eius aliquis cōsiliarius
fuit: secūda fuit arche tpe diluuij quā ipse noe p̄ce-
pit fabricare. tertia fuit fabricatio tabernaculi ⁊
arche federis quā deus moysi precepit fabricare
quarta fuit fabricatio templi salomonis cuius de
scriptionē de? tradidit ipsi dauid: primo Para-
lipo. xxviij. vera fuit reedificatio templi facta p̄ zo

q̄nq̄ fa-
bricatio
nes i ve
re. ex dei
p̄cepto
facte.

quadru
pler mū
dus.

robabel ⁊ zacharia ⁊ aggeum ⁊ malachiam ex
precepto dei q̄ oēs q̄nq̄ fabricationes sensibiles
significabāt ⁊ figurabāt fabricatiōem ecclie per
xp̄m faciēdā sm Aug. in libro de arcba noe ⁊ cō
tra aduersariū legis ⁊ ppbetarū. nā oēs has fa
bricatiōes fecit deus fieri in figuram ecclesie ad
quā ēdebat tota lex vetus tanq̄ in finē vnde di
cit Augustinus p̄ra sanctū q̄ sicut faber argenta
rius siue domificator: p̄ius depingit domū ⁊ op?
modo grosso. vt habitator prenoscat domū fabri
candā ad sensum sed postea depingit vel fabri-
cat domū modo subtili ⁊ perfecto ad finalē vsuz
boīs: ita pariter deus in veteri testamēto primo
depinxit ⁊ fabricauit totū istū mūdū sensibilem
nō solum ad vsum naturalē boīs: sed etiā vt eēt
figura mūdi spiritualis. s. ecclesie xp̄i. vt per ista
sensibilia veniret homo ad spiritualia. Itē eodē
modo per discursum rēporis fecit archā fabrica
ri eū oīb? illis partibus ⁊ conditionibus. in qua
saluatus est noe de aquis diluuij q̄ sm oēs suas
partes figurabat ecclesiam xp̄i in qua erāt saluan
di fideles de diluuio pecōr: ita pariter est dicē
dū de archa ⁊ tabernaculo ⁊ tēplo. nā p̄ hoc q̄
deus fabricari p̄cepit archā: vt ipse habitaret
i ea. ⁊ archa reposita fuit i tabernaculo ⁊ postea
in tēplo p̄ hoc figurabat q̄ vbū dei debebat sibi
fabricare archā humanitatis i qua habitaret p
vnionē psonalē: q̄ quidē archa erat reponēda in
tabernaculo vginali ⁊ in tēplo vniuersalis eccle
sie in qua habitat p fidem ⁊ vnionē mysticā. Ita
pariter est dicēdū de reedificatione tēpli ⁊ ciui
tatis hierl'm. nam sicut deus p̄cepit reedifica
ri illud tēplum ⁊ ciuitatē hierl'm p̄ter peccata
regū ⁊ populi p caldeos destructam: ita pariter
deus pater p̄cepit xp̄o filio suo. vt reedificaret
tēplum humanū ⁊ hierl'm spūalem quā dya-
bolus destruxerat p̄ter peccatum ade quando
descendit ab hierusalem in hiericho. et incidit
in latrones qui ipsum expoliauerunt ⁊ saucia-
runt ⁊ totam humanam naturam corruperunt.
hanc ergo ciuitatem diruta ⁊ templum disso-
lutum reparauit ⁊ renouauit xp̄s per suā incar-
natiōem ⁊ passionē ⁊ resurrectiōem. Nā corpus
q̄ fuerat dissolutum reedificauit per triduū. vt
ipse ait Iobā. ij. Ex quibus patet q̄ fabricatio
mūdi fuit figura fabricationis ecclie. ⁊ per p̄ns
dauid nō solū intēdit benedicere deū ⁊ cōmēda
re diuinam sapiētiā circa creationē mundi: sed
principaliter circa fabricationē ⁊ creationē ec-
clesie xp̄i. Scōo est aduertēdum q̄ quadrupler
mūdus reperit memoratus in sacra scriptura.
Primus dī mūdus exēplaris ⁊ eternꝰ ⁊ increa-
tus ⁊ ydealis existens ab eterno in mente ⁊ vbo
diuino ad cuius exemplar deus ex parte p̄duxit
hūc mūdū sensibilē de quo mundo ydeali memi
nit plato in timeo ⁊ in libro ydearū. ⁊ Boetius
iij. de consol. dicens. Tu cuncta superno ducis ab
exēplo mūdum mēte gerēs pulchrum pulcherri
mus ipse ⁊c. Itē Io. j. In principio erat verbuz
oia p ipm facta sunt q̄ factū est in ipo vita erat
i. iste tot? mūdus q̄ fact? est ex tēpore, erat vita

ab eterno in ipo mundo ydeali ⁊ vbo eterno. vt
exponit Aug. Secōo dī mūdus sensibilis ⁊ mate
rialis ⁊ creat? fact? ad exēplar primi. de cui? crea
tiōe ⁊ dispōne agit. Beñ. j. Terra? dī mūd? spūa-
lis ⁊ recreat? figurat? p̄ mundū materialē q̄ est
ecclia xp̄i. cui? habitatores sunt oēs xp̄i fideles
in xp̄o regnati vñ de mūdo materiali dicit Io.
mūd? eū nō cognouit: sz de mūdo spūali dicit. q̄tq̄t
aūt receperūt dedit eis ptātē filios dei fieri bis
q̄ nō ex sanguinib? sz ex deo nati sunt ⁊c. de cui?
mūdi spūalis recreatiōe dicit. dīs Esa. lxv. Ec
ce ego creo celos nouos ⁊ terrā nouā ⁊ nō erūt i
memoria priora ⁊c. Quart? dī mūd? glie ⁊ perpe
tuus de q̄ psal. lxxxix. Bti q̄ habitāt i domo tua
dñe in scla scl'oz laudabūt ⁊c. de cui? fabricatiōe
⁊ edificio dicit Io. apoca. xxi. Vidi celū nouū et
terrā nouā. primū enī celū ⁊ prima terra abiit: et
mare iam nō est. Et vidi ciuitatē sctām hierl'm
nouā descēdētē de celo ⁊c. Cū q̄ intētio ppbete
sit deducere nos ad cognitionē spūaliū p̄ sensibi
lia. iō p̄ dispōnē hui? mundi sensibilis ⁊ creati p
phetice nos manu ducit in cognitiōem dispōnis
mundi spūalis p̄ xp̄m regenerati q̄ est ecclia. eo
q̄ cōtēplādo dispōnē hui? materialis mūdi i pn
cipio creati preuidit in spū totā dispōnem eccl'ie
p̄ xp̄m regenerādē ⁊ reedificādē: de cui? dispōne
fecit hūc psal. iō p̄? exponek de dispōne hui? mū
di materialis. Secōo de dispōne mūdi q̄ est eccl'ia.
vt facil? quenlam ad cognitiōem spūaliū p̄ eoz
poralia q̄ facta sunt vt inqt als ad Ro. j. In quo
quidē psal. duo p̄incipalr agit dauid. nā p̄mo cō
mēdat diuinā potētiā ⁊ sapiam ⁊ bonitatē cir-
ca creationē mūdi. scōo agit grās ibi. Sit gloria
dñi. ¶ Quātū ad p̄mū est notādū q̄ iste mūdus
sensibilis ⁊ productus a deo ad instar filius mūdi
exēplaris ⁊ eterni. ideo in se retinet quasi p oia
vestigium ⁊ similitudinē illius eo q̄ modus pro
ductionis ⁊ emanationis creaturarum sequitur
modū productionis ⁊ emanationis diuinaz per
sonarum. Nam sicut ab eterno pater dicēdo ab
intra produxit verbum ⁊ ambo spirando produ
cunt spiritū sanctum per modum voluntatis ⁊ li
bertatis ita pariter pater ex tēpore dicendo ad
extra per verbū suū p̄duxit hunc mundum visi
bilem. ⁊ pater ⁊ verbum spirando sup oia creata
per spiritū sanctum p̄duxerunt ea in eē essentie
Et ¶ Itaq̄ tota trinitas simul ⁊ indiuisibiliter
concurrit ad p̄ductiōem creaturarū licet modis
distinctis: ⁊ hoc pater Beñ. j. Nā de? pater dixit
Fiat lux ⁊c. ergo per verbum suū dixit ⁊ locutus
est pater. ⁊ pater ⁊ verbum spirant per spiritum
sanctū esse ⁊ vitā in rebus. ideo sequitur. Spiri
tus dñi ferebatur sup aquas ⁊c. ⁊ sic apparet q̄
tota trinitas simul ⁊ realiter ⁊ indiuise concur-
rit ad creationem rerum iz modo distincto qui
modus explicat psal. xxij. Verbo dñi celi firma-
ti sunt ⁊ spū oris eius oīs virtus eoz. Ex quo p̄z
p̄ductio creaturarū p̄supponit productionem
⁊ modū p̄ductionis diuinaz p̄sonarum. vsi sicut
persona emanat ab altera in diuinis ⁊ tertia ab
vtraq̄ ita tot? iste mūd? emanat a tota trinitate

Mund?
sensibi-
lis ad in
star mūs
di eter-
ni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

personarū.sed est magna differētia.nā pater p ducēdo filiū cōmunicat sibi eandē substātiā et essentiā.et ita ambo pducēdo spīrisetū. et sic manet vnus solus deus in substātia et essentia cū trinitate psonaꝝ.secus aūt est in pductiōe creaturarū. nā trinitas ita cōmunicat reb⁹ filitudinē suarū pfectionū q̄ nō cōmunicat substātiā. Uñ sicut sol cōmunicat diaphano suā filitudinē non cōicādo substantiā:ita pariter deus in creatione cōicat reb⁹ filitudinē idearū et pfectionū non cōicādo substātiā.eo q̄ creature emanāt a deo p modū artificialiter. Nā sicut domificator fabricādo domū:ita cōicat sibi filitudinē sue artis q̄ nō cōicat suā substātiā:ita pariter deꝰ in creatione cōicat reb⁹ filitudinē suarū pfectionū et ydearū nō cōicādo aliud de diuina substātia.et iō dicit Dionysius q̄ creature emanāt a deo sicut radij et lumen a sole:et ideo nec est causa q̄re in toto vniuerso et qualibet eiꝰ pte reperiꝫ vestigium et similitudo trinitatis:oia em facta sunt sub numero pondere et mēsura.sapiētie.xj. aut sub specie modo et ordine. Et sic totꝰ mūdꝰ cōsistit i triplici natura. Ostat em ex natura āgelica q̄ incorrupta et incorruptibilis:et ex natura celesti corpea et incorruptibilis:et ex natura elementali q̄ est corpea et corruptibilis totū g̃ vniuersū creauit ad filitudinē suā. Nā sic i deo est trinitas psonaꝝ subvna simplicissima substātia:ita in totovniuerso mūdo ē trinitas naturarū sub vnitate mūdiali.et sic etiā in qualibz natura fuatur q̄dā trinitas. nā in natura angelica reperiꝫ trinitas hierarchiarū et in qualibet hierarchia triplex ordo angelorū. et in quolibet angelo reperiꝫ species modus et ordo ſm Aug.aut substātia vt⁹ et opatio. qꝛ nulla substātia preter p̄mā est sua opatio nec pncipiū sue opationis ſm cōmētatorē.ita pariter in natura celesti repiꝫ trinitas celorū.s.celū empireū imobile et aqueū q̄ est p̄mū mobile sup poloꝫ mundi.et celū astroꝝ et planetarum q̄ mouet sup poloꝫ zodiaci. et ita pariter in elementis repiꝫ trinitas.nā licet sint quattuor elementa distincta ſm formā iurta quattuor cōbinationes qualitatū primarū.iij. de celo.t.ij. de gñatiōe.t.iij.metheoꝝ.ſz ſm materiā nō sunt nisi tria elemēta.s. aer.terra et aqua.nam ignis iz formaliter distinguatur ab aliis elemētis tñ nō localiter nec materialiter ſm quosdā philosophos qꝛ non facit ignis spheram per se sed est in ceteris elementis materialiter et virtualiter ſm thomā de garbo et plerosq̄ alios phos. Et sic est dicēdū de quolibet corpore et de qualibet creatura particulari in quibus oibus reperitur quedam trinitas ad similitudinem creatoris et prime cause:ideo pythagorici celebrāt deū sub triplici honore arguētes trinitatē in deo sumpta cā ex trinitate quam reperiebāt in oibus reb⁹ creatis. vt ait Arist.j. celi et mūdi.dñe g̃ ordinē tenuit p̄mo moyses in describēdo creationē rerū. Beñ.j.nā p̄mo ponit g̃liter creauit istā triplicē naturā.s.naturā angelicā et celestē et elemētalē in tribus primis diebꝰ Scōo ponit ornatū eoꝝ in tribꝰ sequētibꝰ diebꝰ

Quid' cōsistit i triplici natura

vt ptz ibidē. Et hūc cūctē ordinē tz oō in hꝰ psal. siue in hac p̄ma pte psal.nā volēs deū magnificare et cōmēdare de potētia et sapiētia circa creatiōem totꝰ vniuersi p̄mo cōmēdat oīpotētiā et sapiētiā circa creationē et disponem angelice nature.scōo circa disponem celoꝝ. tertio cōmendat dei sapiam et pulchritā et bonitatē circa dispōnē elemētoꝝ scōa ibi.Extendēs celū sicut pelle. tertia ibi.Qui ponis ascēsum. O ¶Quātum ad p̄mū est aduertēdū ſm Aug.q̄ moyses vnico vbo notificauit creatorē totꝰ nature angelice cū dixit deꝰ. Fiat lux et facta est lux.vñ p lucē intellexit totā angelicā naturā. ſz Dionysiꝰ i de angelica hierarchia diuidit totā angelicā naturā in tres hierarchias.nā p̄ma ōr supracelestis i q̄ sunt tres ordines.s.seraphin cherubin et throni. scōa hierarchia ōr celestis in q̄ sunt alij tres ordines.s.dñationes p̄incipatꝰ et potātes. tertia ōr subcelestis i q̄ sūt alij tres ordines.s.virtutes archāgeli et āgeli. v ñ ſz oēs iste tres hierarchie incessabili voce laudēt deum dicētes.sctūs sctūs sctūs. tñ prima spāliter est dedicata ad pfessionem et laudem dei.scōa vō ad decorē et regimē totiꝰ vniuersi in gñali.tertia aūt dedicata ad regimia particularia partiū vniuersi.nā ordo virtutū est dedicatꝰ ad mouēdū celos et elemēta et resistēdū aeris ptātib⁹ ne ledāt elemēta.archāgeli vō sunt dedicati ad custodiā regnoꝝ et ciuitatū. Angeli aūt ad custodiāvniuscuiusq̄ hois.hāc g̃ triplicē hierarchiā intēdit explicare dñs in his primis vſib⁹ cōmēdās deū de omnipotētia et magnificētia circa creatiōem angelorū siue angelice nature. Uñ excitat seipm ac aiam suā ad hmōi laudē dicēs. O aia mea benedic dño.i.cām habes vt benedicas dño. Et conuersus ad deū dicit: o dñe deus magnificatus es vehemēter per angelicā naturā.et ideo bene dꝫ te magnificare et benedicere aia mea. Uñ pho q̄ tu sis vehemēter et valde sp magnificatus. Nam tu induisti et circūdediſti tibi cōfessiōem et decorē.i. primā hierarchiā creasti et dedicasti ad cōfessionem et laudem tui.et secundam ad decorem vniuersi:qꝛ ordines secūde hierarchie assistūt tibi ad generale regimē vniuersi quasi cōsulto rex non q̄ indigeas consilio eoꝝ:sed hoc ordinasti et fecisti ad cōmunicādam sapientiā et bonitatē tuā eis. Ite tu fuisti amictꝰ et circundatus lumine. id est luminosis angelis tertie hierarchie fuisti amictus et vestitus sicut quis vestit indumento. vnde per confessionem intelligit primā hierarchiā dedicatā ad cōfessionem et laudem:et per decorē intelligit secundam dedicatam ad decorē dei et vniuersi. Et p lumen intelligit tertiam hierarchiam dedicatam ad illuminandum mundum per lotionem celoꝝ:et astroꝝ:et ad illuminādos particulariter homines. Et q̄ deus est indutus et amictus his tribꝰ hierarchijs angelorum eo q̄ semper sibi assistūt Et exinde vulgares sumūt argumentum et occasionem ad depingendum deum indutum et circundatum cherubin et seraphin et ceteris ordinibus angelorum:vt per visibilia cōspiciamus inuisibilia. Deinde cum dicit.

Angelica natura i tres hierarchias.

Beñ.j. Et de mꝰ.et obe.c. solite.

Celū triplex.

Extēdens celū sicut pellez:qui tegit aquis superiora eius.

¶Commēdat deꝰ oīpotentiā et sapientiā circa creationē et dispositionē celoꝝ:de qua dicit moyses q̄ deꝰ fecit firmamētū et diuisit aquas q̄ erāt sub firmamēto ab his q̄ erāt supra firmamētū et vocauit firmamētū celū. ¶Ad cuius intelligētiā est notandū q̄ in sacra scriptura triplex celū reperiꝫ.s.empyreū q̄ est totū luminosuꝫ ad gl'iam sanctoꝝ.scōm ōr celū aqueū tertiū ōr firmamētū q̄ est celū astroꝝ et planetarū:vñ p̄mū ōr empyreū.i.luminosum in quo beati deo fruunt:rō est imobile:scōm ōr aqueū nō a frigiditatē ſz a diaphanitate et velocitate. vñ naym i caldeo q̄ aq̄ dicunt:latine idē est q̄ fluxibilis et mobilis: sed oia creata citra deū sunt mobilia et fluxibilia iō ōr Beñ.j.q̄ spūs dñi ferebat sup aquas.i. super oia mobilia et fluxibilia:qꝛ spūs dñi reb⁹ dat vitā et motū et cē:et operari vt supradictū est. ¶ſz qꝛ scōm celū est primū mobile velocꝰ oib⁹ alijs. qꝛ in .xxiij. horis facit circuitū et girū suum et trahit oēs celos inferiores sup poloꝫ mūdi. Et sic inequali tpe maiorē lineā describit iō pter talē excessum velocitatis ōr aqueū p antbonomasiā.i. velocissimū:ſq; ex duob⁹ elemētis visibilib⁹.s. ex aere et aqua videmus vnū semper moueri:et alterū semp quiescere.vnū vocam⁹ vulgariter aquā pter mobilitatē:et alterū terrā pter stabilitatē. Et iō ne putaremus p̄mū mobile esse elūdē nature cū elemēto aque:dicit moyses q̄ deus diuisit aq̄s q̄ erāt sub firmamēto ab his q̄ erāt supra firmamētū.i.diuisim collocauit sicut sunt diuersarū naturaꝝ.nā illas celestes.s.celū aqueū collocauit supra firmamētū.i. supra celū astroꝝ et istas a quas elemētales collocauit sb firmamēto. Et sic pꝫ q̄ ilico post p̄muꝫ mobile collocauit firmamētū.i.celum astroꝝ et planetaꝝ. et sic pꝫ q̄ tres dicūtur generaliter.celi.s.celū empyreū:qđ est penitus immobile pter gl'iam sanctoꝝ q̄ p̄sistit in quadā quiete. Scōm ōr aqueū a mobilitate et ſsima velocitate:eo q̄ mouet motu diurno sup polos mūdi ab oriēte in occidentē. Tertiuꝫ ōr firmamētū:eo q̄ in eo firmant astra:eo q̄ motu ꝓprio mouet sup polos zodiaci circulo obliq̄ semicōtrario. Et sic sub firmamēto comprehendit nō solū celū astroꝝ.sed etiā oim planetarum Unde cū hac positione moyſi cōcordat dauid in hoc psal.nam cum superius dixit. Confessionem et decorem induisti amictus lumine sicut vestimēto:per qđ lumen intelligit celum empyreū et luminosum cū triplici hierarchia angelorū:i quo celo deꝰ habitat cū bīis p gl'ias:postea subdit:extendēs celū sicut pellē.i. post celum empyreum tu fuisti extendēs celū astroꝝ sicut pelē sup elemēta.q̄ regio superiora but⁹ celi aq̄s celestib⁹.i. celo aq̄o qđ est p̄mū mobile. Et quo pꝫ q̄ celū aqueū siue cristalinū collocat iter celū empyreū et firmamētū qđ ōr celū stellaꝝ et planetarū:et sic non memorātur nisi tres celi. Et isto mō loquendi sumpsit occasionem rabi eliezer dicēs q̄ deus fecit celū ex vna parte vestimenti sui. Dicit em q̄ deus fecit elemēta:sed postea extendit partē vestimēti sui sup ea:et sic factū est celū. Sed quātū sit irridēda ista positio de se pꝫ intuētibus:qꝛ nō solum deluditur a xpianis et ppbetis:sed etiam a rabi moyse de egypto et discipulo eius.

lvj. dist. q. nasci. Et. vj. qō. j. li oia. bene. j. c.

Qui ponis nubem ascensum tuum:qui ambulas super pennas ventorum.

Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem.

¶In hac tertia parte cōmēdat diuinā sapiētiā et pulchritā circa creationē et dispositionē elemētoꝝ et mixtoꝝ in qua facit ser. Nam primo cōmendat diuinā sapiētiā et pulchritā circa creationem et dispositionē aeris. Scōo circa dispositionē terre et aquaꝝ.s.fluuioꝝ et mariū. Tertio circa dispositionē plantaꝝ ad vtilitatē plātaꝝ. Quarto circa dispositionē temporū et distinctionē eoꝝ. Quinto circa dispositionē maris ad vtilitates piscium et ceteroꝝ aquatiliū et nauigātiū. Sexto cōmēdat diuinam pulchritā et largitatē circa collationē fructuum:et aliorū bonoꝝ ad victū et cōservationem animātiū scōa ibi.Qui fundasti terrā:tertia ibi. Rigās mōtes:quarta ibi. Fecit lunā i tpe. Quinta ibi boc mare magnū:sexta ibi. Oia a te exspectāt. ¶Quātū ergo ad p̄mū dicit. O dñe deꝰ tu magnificatus es vehemēter in dispositiōe elemētoꝝ qui in primis ponis nubē ascēsum tuū.i. creasti aerē nubilosum supra terrā:et aquā tanq̄ ascēsum tuū qui ambulas sup pēnas vētoꝝ et loquitur modo poetico:qꝛ putāt vulgares:q̄ deus ambulet sup aerem vētos tpe tēpestatis:sed qꝛ boc nō facit immediate p se:sed ministerio angeloꝝ:ideo subdit qui facis angelos tuos spiritus. Unde nota ſm Aug.et Ysidoꝝ libro de summo bono q̄ spiritus siue intelligentia immaterialis est nomē nature:sed angelus est nomē officij:qꝛ angelus idem est qđ nūcius siue minister dei. Sed qꝛ ex .iij. hierarchia illoꝝ celestiū spirituū deꝰ cōstituit et mittit frequēter nūcios et ministros quosdam ad regēda ista elemēta cōtra aereas potestates et cōtra angelos malos:ne cōcitent aerem et aquam inferēdo tempestatē ad ledēdū homines: ideo angeli boni pbibent angelos malos ne nobis noceāt. quia aliter inducerent tempestatem super mare ad destruēdas classes nauigantium et inducerēt flumina et grandines et alias plagas ad destruēdas ciuitates sicut factum fuit in egypto.vt dictū est psalmo.lxxvij. Et ideo deus spiritus incorporeos fecit angelos et nuncios suos ad custodiēdos homines ab huiusmodi periculis.et ignem vrentem.idest illam naturam angelicam igneam et vrentem et charitate ardentem fecit ministros vt ministrarēt ipsi et implerēt eiꝰ volūtatem nō solū in celo.sed et in his inferioribus.quasi dicat q̄ ex illa natura spirituali et ardēti fecit nuncios et ministros ad regēdum aerem et elementa et ad custodiendos homines et omnia ista inferiora. Deinde cum dicit.

Mot. de dei pulchritudine circa creationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beñ. j. Et de maio. et obe. c. solite. §. p̄ terea.

Qui fundasti terrā sup̄ stabilitatē suam non inclinabitur in seculum seculi.
Abyssus sicut vestimentum amictus eius: sup̄ montes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.

¶ Commendat diuinā sapiam ⁊ puidētiā circa creationē ⁊ dispositionē terre ⁊ aquaꝝ. Primo cōparando terrā ⁊ aquā ad totū vniuersum. Secūdo cōparādo partes terre ⁊ aquarū inter se. A ¶ Ad cuius intellectū est notandū ꝙ centrum mūdi equaliter distat a circūferentia totī⁹ vniuersi. tīō cū oīa grauia fugiāt a circūferētia celorū ꝓpter discōuenientīā qualitatū, tendūt ad cē tū mūdi. et sic terra cū sit grauior ceteris elemētis collocatur i cētro mūdi: vt ps. xiij. celi. Et sic terra si moueret a cētro iā ascenderet versus celū qō esset contra naturā sui ⁊ totī⁹ vniuersi: sed qz aqua est minus grauis ꝙ terra: sed grauior aere: ⁊ tō deꝰ collocauit eā sup̄ facie terre ⁊ infra aerē: ⁊ hoc est qō dicit hic ꝓpheta. vñ ait q̄ fundasti terrā sup̄ stabilitatē suam. i. sup̄ centrum mundi quod est immobile et stabile in quo terra habet stabilitatem suam ꝓpter eī⁹ naturam ⁊ grauitatē. Et tō nō inclinabit in seculū seculi a suo cētro ⁊ stabili loco: qz si inde inclinarek iam ascēderet in celū qō esset ꝑ naturā sui ⁊ totī⁹ vniuersi. Sz qz aqua est minus grauis ꝙ terra. ideo abyssus. i. oceanus ⁊ quodlibet mare collocatur sup̄ terrā immediate sicut vestimētū amict⁹ ⁊ tegininis eī⁹. Mā sicut vestimentum tegit hoiem quoad quasdā ptes suas ita pariter aqua oceani ⁊ aliorū mariū vestit ⁊ cooperit terrā quo ad quasdā partes. Deinde cū subdit. Sup montes stabūt aque ⁊c. hoc pōt triplr intelligi. Uno mō ꝙ in oceano sunt multi mōtes coopti aq̄s. Alio modo pōt legi interrogatiue vt sit sensus. o dñe aque stabūt sup̄ mōtes lz sicut leuiores. q. d. nō qz opz vt mōtes ⁊ aliā partes terre maneāt discoperte ad habitationez hoīm. Et tō lz naturaliter tota aqua deberet circūdare ⁊ tegere totā terrā tū tu diuisisti aq̄s ab aquis ⁊ apparuit arida: vñ ipse aque q̄ deberēt coopire mōtes fugiēt ab increpatione ⁊ iussione tua ⁊ formidabūt a voce tonitrui. i. potestatis tue: ⁊ sic fugiētes a mōtibus cōgregabūtur in mari qō est in inferioribꝰ partibus terre. Tertio mō lz super mōtes stabūt aq̄ pōt referri ad aquas pluuiales ⁊ nubes aquosas exeūtes ⁊ incubātes sup̄ mōtes q̄ mittūt pluuias cū tonitruis ⁊ fulminib⁹ ad increpationē ⁊ terrorē hoim. vt sit sensus o dñe ex ordinatiōe tua aq̄ ⁊ nubes aquose stabūt sup̄ mōtes mittētes pluuias ⁊ fulmina sup̄ terrā. ⁊ sup̄ mōtes vbi ⁊ super quos frequēter cadūt fulmina q̄ tu ordinasti ad increpationem ⁊ ab increpatione tua formidabunt ⁊ timebūt a voce tonitrui tui. hoc autem dicit ꝓpheta. nā homines ꝓaui conscij suorum scelerum communiter timent fulmina ⁊ tempestates ne comprehendātur in sceleribus suis. vt ait Juuenalis. Deinde cum dicit.

Super montes stare aq̄s qūo itelligitur.

Ascendunt montes ⁊ descendunt campi: in locum quem tu fundasti eis. Beñ. j.
Terminum posuisti quem nō transgrediēt̄ur neq̄ conuertentur operire terram.

¶ Explicat dispōnem terre quo ad partes suas ꝓpter cursus ⁊ loca aquarū: in qua maxime manifestatur imensa sapientia ⁊ puidentia summi creatoris: de qua ꝺr Beñ. j. ꝙ deus precepit tertia die vnā cōgregarētur in locū vnū. Et sic terra apparuit arida inter maria ⁊ appellauit aridā terrā: ⁊ ꝯgregatiōes aquarū appellauit maria. De qua dispōne terre sunt multi ⁊variꝝ modi loquēdi. Nā quidā presupponūt ꝙ oīa maria se cōtingūt ⁊ ꝙ oceanus est multo maior tota terra ⁊ circuit eā vndiq̄: ⁊ terra est in aqua sicut ptia leuis siue ficut vnū pomū i pelui plena aqua cuī⁹ sola summitas apparet sup̄ aquā: ⁊ dicūt ꝙ hoc fecit deꝰ in ꝓncipio. Nā cū tota terra esset tecta aquis deꝰ diuisit partes aquaꝝ ⁊ mānt illa pars discooperta ⁊ sicca ad habitatiōem hoīm: sed qz aq̄ ꝓtes nō possent in se ꝺtineri q̄n fluerent sup̄ facie terre nisi terra esset eleuata ⁊ inclinata a cētro vsus vnā ptē celi. Ideo dicūt isti ꝙ cētrū terre nō est centū mundi: imo inclinatur a centro per attractiōem quarūdā stellaꝝ ad vnā partem mundi. Sed ista positio est manifeste irrationabilis. Primo qz eēt ꝺtra totā philosophiā vt dictū est ⁊ ꝺtra sacrā scripturā allegatā: quia deus fundauit eā supra stabilitatē ⁊ cētrū mūdi a quo non inclinabitur in seculum seculi. Secūdo est irrationabilis: nā si terra attraherek a cētro ꝙ aliquā partē stellarū tūc seqrek ꝙ terra cōtinue moueret in gyrū ad modū illarū stellarū attrahentiū qō est falsum. Et ideo dicūt quidaz philosophi ꝙ cētrū terre est cū centro mundi. sz deus eleuauit ⁊ tumefecit vnā partē eius in ꝓncipio: ⁊ ista pars q̄ apparet arida ē quidā gibb⁹ eleuatus sup̄ aquas ad nostrā habitationē diuidens partes aquarum: ⁊ sic saluāt terrā manere semper in centro mūdi. Sed ista positio est insufficiēs. nā semp ꝓsupponit ꝙ oceanus sit multo maior tota terra: qō est falsum vt patebit. Itē sequerek ꝙ ille gibb⁹ terre esset maior pars terre ⁊ ꝙ ꝓ illo terra nō esset rotūda: sz pyramidalis: vñ sequerētur multa inconuenientia ꝺtra positionē omniū philosophoꝝ ⁊ astrologoꝝ. Et ideo est dicendū ꝙ positio ⁊ descriptio ptholomei de dispōsitiōe terre ⁊ aquarū est magis rationabilis ⁊ magis ꝺformis sacre scripture ⁊ verior vt apparet ad sensum: ⁊ per experientiam multoꝝ est pbatum qui peragrarunt ⁊ nauigarūt diuersas partes mundi. ¶ Ad cuius euidentiā est aduertendum ꝙ tota dispositio terre consistit principaliter in mōtibus ⁊ vallib⁹ ⁊ campis decliuib⁹? Mā de necessitate inter mōtes causant valles ⁊ si montes sunt inter se valde distantes tūc inter eos in talib⁹ vallib⁹ causant cāpi plani: sed nūq̄ ꝓt esse tam plani quin aliquātulū sint declines versus medīū sti⁹ vallis. Et hinc est ꝙ aque fontales emanātes ex lateribus aut radicib⁹ mōtiū

Dispositio terre i hoc pſi stit.

Mora.

semp̄ decurrūt ꝓ cāpos declines vsq̄ ad mediū ⁊ partes depressiores ⁊ inferiores illi⁹ vallis. Et sic ex multis fontib⁹ decurrētib⁹ a fontib⁹ fluunt flumina in vallib⁹. Et qz oēs valles vt plurimuz sunt declines ⁊ declināt vsq̄ ad aliquā vallē infimā non habentē exitū. ideo semp̄ flumina decurrūt per valles ⁊ cāpos declines vsq̄ ad infimam vallē ⁊ ibi congregātur multa flumina ex quoꝝ cōgregatione causant maria vt manifeste ꝑz in nostro mari mediterraneo: ⁊ in mari euxino ⁊ in mari caspio. Nam nostruz mare tirrenū ⁊ mediterraneū nihil aliud est nisi quedā vasta vallis infima q̄ causāt inter mōtē atlantē ex parte africe ⁊ mōtes Hispanie ⁊ Gallie ⁊ italie ⁊ grecie ex parte europe: ad quā vallē decurrunt oīa flumina decurrētia a latere aquilonari mōtis atlantis ⁊ a latere meridionali montium Hispanie et Gallie et Italie et Grecie et asie minoris. Et sic oēs cōgregatiōes aquarū istoꝝ fluminū efficiūt mare tirrenū in hac valle: quod quidē mare ditat europā ab Africa. Itē mare ponticū siue euxinum nihil aliud est nisi quedā vallis causata ⁊ clausa ab aquilone ꝑ montē ripheuz ⁊ partem caucasi: ⁊ ab oriēte ꝑ montes Armenie: ⁊ a meridie per mōtes Galacie ⁊ capadocie et ab occasu per mōtes Dacie: ad quā vallē decurrit Tanais cū pluribus alijs fluminib⁹ ex parte aquilonis ⁊ bozistenis ⁊ hispanis ⁊ danubi⁹ ex parte occidentis ⁊ ꝓpontis cū pluribus alijs ab Armenia ⁊ multa alia flumia respicit ab Asia minori: que aque simul congregate efficiunt mare ponticū qō per angustū fretū pontidis et helesponti cōtinuatur cū nostro mari tyrreno: ⁊ postea mare tyrrenum cōtinuatur ⁊ coniungit cū Oceano ꝑ angustum fretū gaditanū. Sz si flumina cōgregātur in aliqua valle montibus vndiq̄ clausa tunc efficiunt mare separatū per se ab Oceano ⁊ ceteris maribus: ⁊ isto modo efficit mare caspiū ex cōgregatione multoꝝ ⁊ vastoꝝ fluminū: scz rabi ⁊ gerri et daueric ⁊ ꝛoꝛi cambisto ⁊ cyri ⁊ araxis qui decurrunt in illaz vallē clausam ab ortu mōtibus. Imauꝝ ⁊ ab aquilone montibus ꝺperboreis et parte caucasi ⁊ ab occasu mōtibus armenie et a meridie mōtibus tartari; ⁊ a montib⁹ medoꝝ: et sic ex cōgregatione supradictoꝝ ⁊ multoꝝ aliorū fluminū ⁊ aquarū efficitur mare caspiū i illa valle in nulla sui parte cōtingens oceanū: nec aliud mare. Et sic est dicēdum de mari indico vt patebit ex quibus ꝑz ꝙ cōgregationes quarum ad flumina ⁊ maria causantur ex dispositione terre que cōsistit in mōtibus ⁊ vallibus ⁊ cāpis declinibus. Nā montes ⁊ campi efficiunt terrā habitabilē ⁊ cōgregationes fontiū efficiunt flumina ⁊ paludes. Et cōgregationes fluminū in vallib⁹ infimis efficiūt mare. ¶ Ad cuī⁹ maiorē euidentiam est iterū aduertendū ꝙ q̄nq̄ sunt famosissimi montes qui efficiūt ⁊ claudunt totā terrā habitabilē nobis notā cum suis maribus: quorum duo claudūt eam ab aquilone ⁊ meridie. Et ceteri tres efficiūt terram medīā habitabilē ⁊ terminant ⁊ claudūt maria inter eoꝝ latera. Unde

Quinq̄ famosi mōtes.

Plinius. lib. vj. ca. xxiij.

vltra equinoctialē per quindecim gradus repes ritur quidā mons qui tā longo tractu venit ab oriente quidā mons qui tā longo tractu venit ab occidente terminādo oceanum ⁊ sinuz hesperiū ⁊ exinde procedit versus ortū terminādo totā affricam nobis notā a meridie ⁊ exinde procedit versus aptesio vsq̄ ad cartigarā regionē finaꝝ semp̄ terminādo mare indicū a meridie. Iste mons a principio sue noticie in littore oceani occidētalis et sin⁹ ꝑberij appellat̄ speruera ab ipsis grecis deinde magio ꝓcedens ꝓsus ortum appellatur pon. deinde noiatur dauebis. deinde ripbas. deinde mesceba. deinde barder⁹. deinde ꝺr agissimba. deinde ptactus vsq̄ ad seragetimū gradum longitudis appellat̄ luna. A cuius latere aq̄loꝝ nari oriunt̄ fontes nili decurrētes ad plana vbi efficiūt duas vastissimas plaudes a quib⁹ egreditur nilus veniēs versus aq̄lonē ꝑ etbiopiā vsq̄ in egyptum in cui⁹ littore absorbetur a mari nostro. Sed iste mons lune ꝓdit̄ur vltra versus ortū vsq̄ ad. cxxx. gradus longitudis ⁊ tunc appellatur ptasius vbi attingit ad mare indicū faciēs in eo promontoriuz in principio maris indici ⁊ sinu barbarico. Et tūc protēditur vltra versuz ortū per. cx. gradus vsq̄ ad catigarā stationē finarū terminādo mare indicū ab austro ⁊ procedit vltra per terrā ignotā cuius finis ignoratur. Et sic iste mons cingit ⁊ terminat totā affricā et asiā ab austro: ⁊ sic ignoratur eius principiū ⁊ finis ⁊ est ita altissimus ꝙ in radicib⁹ eius generatur ignis ex refractione radioꝝ solariū maxime in nostra ꝺyeme: qz tūc radij cadunt illuc per pēdiculariter: sed i medio mōtis sunt perpetue nues que liq̄facte in equinoctijs implent paludes. Et quarū aquarū abūdātia inūdat nilus in equinoctio. In summitate autem illius montis: nec sunt pluuie nec vēti: ideo putāt aliqui ibi esse paradisum deliciarum ꝓpter eius tēperiem: iste mons aptasio vsq̄ ad cartigaraz appellatur peon ab ipsis grecis. eo ꝙ in eius radicibus generat ignis ⁊ in medio semper apparent flumina ⁊ fulgura ⁊ ebozuscationes. Itē ad aq̄lonē in. xxx. gradu longitudis ⁊. lxvj. latitudinis incipit quoddā ꝓmontoriū quasi supra scotiā quod tyme Ptholomeus ⁊ omnes antiqui appellāt: quod ptholomeus putauit esse insulam: sed in veritate cōpertum est postea ex experientia illum montem protrahi versus ortū vsq̄ ad montē ripheum que ꝓuincia bodic nozegia appellatur: vltra quē mōtem ꝓsus aquilonē adiacet magna regio que suefia dicitur. Cuius finis versus polū ignorat̄. que quidē regio dicta nozegia iam est nota nauigātibus latinis. cui⁹ magna pars est sub dñio regis Dacie. Inter quā ⁊ germaniā causat̄ sinus sarmaticus qui per angustū fretū inter ꝓmontoriū cymbricū ⁊ nozegiā cōtinuat̄ cū oceano occidētali. deinde isti montes nozegie ꝓtendunt̄ vsq̄ ad montes ripheos vnde oriē tbana 78. Et exinde ꝓtendit vsq̄ ad mōtes ꝺyperboreos. Et exinde ꝓtendit vsq̄ ad emauum transuersalē. Et exinde cingit totā scytbiā ferecā ex parte aq̄lonari: et sic ꝓtendit ꝓsus ortum per terrā ignotam cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

finis ignorat. Et sic patet q̄ iste mons cingit et terminat totā europā ⁊ aliam notā ab aquilone Sola ergo illa terra est nota philosophis ⁊ geographis grecis ⁊ latinis: q̄ facet int̄ istū mōtem ⁊ mōtes etbiopie q̄ mensurat vna quarta terre habitabilis. Sed iter istos duos mōtes longissimos reperiūtur tres mōtes minores i lōgitudine q̄ efficiunt totā terrā mediā diuisā in tres partes. s. Asiam: ⁊ Europā: ⁊ Affricā. Māynusquisq̄ istor triū mōriū facit suā partē cū aliquo extremor: vnde primo ab occasu i tertio gradu longitudinis ⁊. xliij. latitudinis elevat quoddā pmōtorium in hispania appellatū celticum in regione galicie quod ab incolis finis terre dicit: prope q̄ sita est ecclia sancti Jacobi. Iste aūt mons p tenditur versus ortum terminans oceanum ab aquilone vsq̄ ad mōtes pireneos: ⁊ exinde dict' pireneus separans hispaniam a gallia: protendi tur obliqueversus ortum: qui quidem mons facit multos ramos p hispaniam a quibus oriunt plura flumina. Item iste pirrenevs protēditur per gallia narbonensē vsq̄ lugdunum: ⁊ exinde vsq̄ ad mōtem adulam qui trāsuersalit diuidit. Gallias ab Jtalia. Iste autē mons adulas facit tres ramos q̄ ꝺmunit alpes dicunt. Quor p mus dictus est apeninus q̄ ptendit ad ortū terminās mare tyrrhenū a meridie ⁊ sinus adriatici cū ab aquilone ⁊ terminat iste mons apō regiu ⁊ pharū sicilie. Itaq̄ solus iste mōs facit totam Italiā habens a latere meridionali littora ianue ⁊ tuscie ⁊ lacinā ⁊ capanie ⁊ lucanie. a latere aq̄lonari habēs lombardie ⁊ flaminee siue romādiolam et piceni⁹ que marcha ꝺr ⁊ brutii ⁊ apulie ⁊ calabriam que quondā magna grecia vocabat Et quo patet q̄ tota Italia nihil aliō est nisi iste mons apeninus elevat⁹ inter mare tyrreni ⁊ sinū adriaticū. Postea iste mōs adulas mittit aliū ramū versū ortū qui dicitur retbius relinquens a meridie lombardiā: ⁊ venetias ⁊ dalmatiā. Et ab aquilone relinquens retbiam: ⁊ vendelicā: ⁊ norice⁹ ⁊ panōias ⁊ sic ptensus vltra facit totaz greciā inter sinum adriaticū ⁊ mare egeu⁹ Rursus iste mōs adulas facit aliū ramū q̄ dict' mons sarma ptēdit versus vulturnū quasi obliq̄ vsq̄ quo attingit montē ripbeu⁹ cui adiacēs tota regio dicitur sarmacia europe. Rursus iste mōs adulas ptendit recto tramite facies quartum ramū versus aquilonē vsq̄ ad pmontorium cymbricum Et sic facit totā germaniā. Ex q̄bus sequit q̄ iste mōs adulas p q̄nq̄ ramos facit totam europam. Mā per ramū quem misit versus occasū facit Gallias ⁊ hispanias: ⁊ p alios supradictos quattuor ramos facit Italiā ⁊ Greciā: ⁊ Sarmatiam: ⁊ Germanias i quibus comprehēditur tota europa cuz montibus nomegie. Jtez in secūdo gradu longitudinis ⁊ vigesimoquinto quasi latitudinis incipit aliud pmōtoriū super Oceanum qui dicit magnus Atblas: ⁊ iste mōs protenditur versus ortus quasi sub Tropico Cāri vsq̄ ad mare rubrum siue sinum Arabicū relinquens a meridie totam Etbiopiam ⁊ libiā: ⁊ ab aquilōe tygitaneā ⁊ Cesareā et omnia littora affricana vsq̄ in egyptū. Iste ergo mōs Atblas simul cum montib⁹ Etbiopie facit totā Affricā. Mā quicquid est inter hos montes pertinet ad Etbiopiam: sed omnia latera aquilonaria huj⁹ mōtis Atblantis dicunt littora affricana. Jtē vtra Hellespontū siue a mari egeo in lviij. gradu longitudinis ⁊. xxxvij. latitudinis: incipit alius mōs in hycania q̄ protēdit recto tramite versus ortū per totā Asiā vsq̄ ad regionē Sinarū vltimo nobis notā. qui est ita longissimus q̄ sm diuersas sui partes sortit diuersa nomina. Mā in pncipio sui apud hycariam dicit senir. Postea dicitur cādm? faciēs a meridie lyciam ⁊ pampbiliam: ⁊ ab aquilone byrsiam ⁊ capadociā Postea magis elevatus dicit thaurus mittens antitbit taurū ad vulturnus ⁊ Armeniā. Postea thaur⁹ prēcisus ad ortū vsq̄ ad Oechos ꝺr coran? siue medus faciēs toram regionem medorum in qua est maxima ciuitas thauris ⁊ chozdiā. Deinde protensus ⁊ relinquens a meridie syriam: mesopotamiam: Perhiā. ⁊ Persidiam ⁊ Ariam: ⁊ ab aquilone Hyrcaniā ⁊ bactriam regiōes Sacarū ⁊ mesagetas. Postea ptensus vltraversus ortum dicitur bymaus longitudinalis habens a meridie Jndiā intra gonogem: ⁊ ab aquilōe messagetas mittens versus aquilonē vnū ramū dictū bymaus trāuersalē tendētem ad aquilonē: finis cui⁹ ignorat. Sed iste bymaus lōgitudinalis ptendit rursus vsus ortū: ⁊ dicit ser?. Postea dicit otocboras habens a meridie Jndiā vltra gangē ⁊ regionem Sinarū vltimo nobis notā: ab aquilone autem habens scytbiā bymanum ⁊ sericam regionē: que quidem regio semp fuit grecis ⁊ latinis ignota propter incolaz immanitatē de quibus ꝺr. Ignoti facie: sed noti vellere feres. Sed anno dñi. ⓜ. cc. egressi sunt tartari ab illa regione qui vastarūt ⁊ subiecerūt oēs Jndias et partbiā ⁊ mediā ⁊ persiā ⁊ totā scytbiam bymanū ⁊ sarmatiā. ⁊ gētes illi⁹ regionis facte sunt nobis note ppter petā nostra vnde quasi tota ista regio Serū dicit bodie regnuz catay cui⁹ dñs ⁊ rex ꝺr magnus cham: qui etiam dñatur omnib⁹ Jndis massagetis. Iste aūt mons Serus et otocboras tendit semp versus ortū vltra per terrā ignotaz cuius finis ignorat. Ex quo patz q̄ iste predict⁹ mons efficit totā asiā per duo latera: a cuius latere meridionali oriūtur innumera flumina que decurrūt ⁊ recipiuntur in mare Jndicū. Ex quibus omnib⁹ sequit q̄ supradicti quinq̄ montes principales. s. duo extremi ⁊ tres intermedij efficiūt totā terā nobis notā habitabilē ppter suam eminentiā et elevationē super valles. Item sequitur scḋo q̄ maria nihil aliud sunt nisi valles infime inter altissimos mōtes in quib⁹ congregātur oia flumina ⁊ oēs aque a montib⁹ p valles ⁊ cāpos declines descēdentes et decurrentes. Unde mare nostrū mediterraneum nihil aliud est nisi quedā vallis infima causata ⁊ pressa iter montē Atblantē Affrice ⁊ montes Europe. Q̄ quidez mare recipit oia flumia ab vtrisq̄ mōtib⁹ decurrentia. Item a mōtibus hispanie recipit tuderū ⁊ sueronem: ⁊ in littore nostre floretissime ciuitatis valentie recipit turrium. ⁊ iuxta dertusium recipit famosissimū hyberū ⁊ iuxta barchinonam recipit lubricatū ⁊ multa alia flumina a pyrrheneis mōtib⁹ descēdētia ⁊ a mōtib⁹ gallie recipit rhodanū cū plerisq̄ alijs. Et a mōtib⁹ Jtalie recipit arnū ⁊ tyberim ⁊ aranū. ⁊ vulturnū ⁊ multa alia: ⁊ in sinu adriatico recipit padū baud pcul ab vrbe famosissima Uenetiarū ⁊ sic recipit multa flumina a mōtibus Macedonie in mare egeū: ⁊ a mōtib⁹ Lycie ⁊ Pampbilie ⁊ Cilicie in mare Rbodēse. a mōtib⁹ aūt Etbiopie ⁊ Affrice famosissimū Nilū ⁊ Bagradā ⁊ Hulacā. Et q̄ ꝺ mare nr̄z mediterraneū ꝺtinuat cū mari Eurip per Augustā hellespontū ⁊ Bospbor Bizantinū Ideo recipit i pōto magnū Danubiū ⁊ Boristenē ⁊ Tanaym ⁊ pbasim cū innumeris alijs fluminib⁹. Ex quor ꝺgregatione efficit illud mare Jtē inter mōtes Armenie ⁊ Caucasum ⁊ Lozonū ⁊ Orum causat vna vallis infima nō habens exitū vbi cōgrez̄atur innumera ⁊ vastissima flumina q̄ efficiūt mare Caspiū. Mā illud mare recipit magnū ararē in mōtib⁹ Armenie. ⁊ magnū Ras a mōtib⁹ hyperboreis: ⁊ Dārim ⁊ Gerrā a mōtibus ⁊ birarte ⁊ Orum ab bymano ⁊ Cyrū ⁊ Ebisem a mōtib⁹ Oechor cū innumeris alijs. Hoc autē mare est terminatū ⁊ clausum vndiq̄ mōtibus per nullā sui partē attingēs Oceanū nec aliud mare. Item inter mōtes Jndorum ⁊ montem Peconem meridianū causatur alia vastissima vallis i qua recipiūtur oia flumina abvtrisq̄ montibus descendētia ex qua cōgregatione efficitur mare Indicum vndiq̄ mōtibus clausum per nullā sui partē attingens Oceanū nec aliud mare. Hoc mare recipit a mōtib⁹ Affrice multa flumina nobis ignota. sed a montibus Asie recipit senum ⁊ maximum Danam ⁊ gangem ⁊ Indum cum infinitis alijs. A mōtibus autem Oechorū recipit arium ⁊ in sinu Persico recipit Eufratē cum tygri ⁊ ceteris. Ex quib⁹ oibus patz q̄ maria nihil aliud sunt nisi cōgregatiōes aquarum vallib⁹ infimis inter montes. Jtē sequitur q̄ nō oia maria attingunt Oceanū nec cōtinuātur cū eo. Jtē sequit q̄ Oceanus nō circuit totā terrā vtvulgares putāt immo claudit vndiq̄ mōtibus. Mā littora eius orientalia ⁊ etiā meridionalia sunt nobis nota. Iz occidētalia ⁊ aquilonaria sint ignota. Sed multe ⁊ vaste insule reperte sunt a nautis versus occasum. Nam etiaz multū distant littora occidētalia eius sm Aristotelē in fine scōi de celo. Ex supradictis etiā patz q̄ tria faciunt mōtes. Nam primo reddūt terram habitabilem. Secūdo ab eis oriūtur aque ppter eorum concauitatē ⁊ spongiositatem: que quidem aque decurrūt inter valles ⁊ per montes declives. Tertio mōtes termināt maria ne egrediant ad operiēdā terrā in qua dispositiō terre maxime demōstrat dei ꝺpotētia ⁊ sapia ⁊ prudētia q̄ oia ista sunt necessaria ad vitā bois ⁊ plātaz ⁊ oīm aīalium. Aliter enim non possent viuere.

¶ Ex supradictis pz q̄ nō oportet q̄ centrū terre ponat extra centrū mūdi: imo centrū est equaliter distās ab orbib⁹: ⁊ terra sm se tota manet rotūda: ⁊ quo ad oēs partes sui bz mōtes elevatos q̄ terminēt Oceanū. ⁊ etiā alia maria: q̄ mōtes ptinēt oceanū inter se et alia maria tāq̄ i vasa sicut dictū est psal. xxxij. Lōgregās sicut i vtre aquas maris ponēs in Thesauris abyssos. i. ponit maria tanq̄ thesauros in arcba ⁊ vasa ꝺ idē pbat. Prouer. viij. vñ ait sapia diuina Q̄n ꝑparabat celos aderā. Q̄n certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos. Q̄n etbera firmabat sursuz ⁊ liberabat fōtes aquarū. ¶ Sed ꝺ supradicta occurūt duo dubia. Dicit est em̄ pmo q̄ flumina nihil sunt nisi ꝺgregationes aquarū ex fontib⁹ emanātib⁹: ⁊ ex radicib⁹: aut ex lateribus montiū ⁊ q̄nq̄ ex cāpis ⁊c. Dictū est etiā q̄ ista flumina decurrūt ad valles ⁊ partes ifimas terre: ex quor ꝺgregatione fiūt maria. Jdeo ppter pmū dubitat vñ pōt oriri aut generari tāta copia ⁊ multitudo aquaz quātā videmus in maximis fluminib⁹ cōgregari. Propter scḋm ēt dubitat quare maria nō augent ⁊ operiūt terrā ⁊ cāpos ꝑpinquos cū cōtinue recipiāt tā maxima flumina ⁊ tantā copiā aquarū. q̄ omne quantum additū quāto reddit ipsum maius. Hec duo dubia putat soluere Aristo. ij. metheorum. vñ dicit ad pmū q̄ in cōcauitatib⁹ terre maxime ipsor mōtiū elevant vapores humidi ⁊ conuertunt siue cōgelant in aquā ⁊ sic emanāt fontes ex lateribus ⁊ verticib⁹ montiuz ⁊ etiā ex aere incluso in cauernis ⁊ visceribus terre cōtinue generātur aque. ⁊ sic emanāt fontes in radicibus montiū ꝑpter eor cōcauitatē ⁊ in cāpis. Et qua cōgregatione fiūt flumina in mare decurrētia. ¶ Ad scḋm dubiū dicit q̄ ppter calorē intrinsecum radior solariū cōtinue fiunt resolutiones in mari ex quib⁹ resolutionib⁹ aqua vt plurimū conuertitur in aerem ⁊ resoluitur: ⁊ sic mare nunq̄ augetur. Sed in veritate si plenius volumus cōsiderare iz iste rōnes partim contineant aliqualē veritatē. tñ nō sufficiūt nec euacuant supradicta dubia. Nam manifestum est q̄ ex decem pugillis aeris vix generatur vnus pugillus aque. Et sic aer inclusus in terra vel vapores elevati in cōcauitatibus mōtiū bene sufficerent ⁊ sufficiunt ad generandum aliquos fonticulos emanātes in verticibus montiū. Sed nullo mō possent sufficere ad generandū tantam copiā aquarū cōtinue: sicut videmus q̄ arareo in principio iam emanat maximus ⁊ copiosus exit a mōte Armenie: ⁊ sic opz q̄ in decuplo intraret copia aeris ad concauitatem illorum montium ad generandum tantam copiam aquaruz: quod est falsum ⁊ inexpertū. q̄ oporteret q̄ per aliud latus illius mōtis intraret decupla portio aeris cū maximo impetu ex qua cōtinue gnatur illa copia aquarum. Item scḋa solutio est insufficiens. Illā talis solutio aq̄ maris p radios solares non fit cōtinue: nisi in diez⁹ non omni tempore: sed in estate ⁊ in feruore diei ⁊ nō equaliter in omni parte mūdi: sed iuxta Tropicos. Et sic in byeme et

Dubitatur.

Dubitatur.

Respō. ad pmum.

Ad scḋm dum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in noctem partibus ⁊ aquilonaribus parue fiũt resolutiones propter elõgationẽ et debilitatem radiorũ solariũ. Sed cõtinue ⁊ omni tempore in trãt vastissima flumina ⁊ innumera: maxie in mare caspiũ: qđ vix dz duo milia miliariũ in lõgitudine ⁊ mille in latitudine. De quo dicũt philosophi q̃ si per aliquã potentiã totaliter posset euacuari: repleret i decẽ diebꝫ. Q̃ duodecĩ vastissima fluia maiora Danubio itrant i ipm cũ exx. aliis. Et cũ istud mare nũq̃ augek: sicut nec cetera maria. Et ideo est dicendum conformãdo eius sacre scripture q̃ sic ille sapientissim⁹ architector omnipotẽs de⁹ in principio creationis disposuit facie terre eleuando mõtes ⁊ declinãdo cãpos ⁊ depimẽdo valles infimas in quib⁹ cõgregãtur oẽs aque a mõtibus per cãpos decurrẽtes vt dictũ est. Ita pariter taliter disposuit interiores ⁊ viscerales ptes terre q̃ in ea fecit venas ⁊ meatus subtraneos penetrãtes totã terrã per quas venas cõtinue serpũt aque vt manifeste videm⁹ Mã in profundo cuiuslibet maris fiũt multe submersiones aquarũ ⁊ per venas supradictas serpũt penetrãtes partes terre ⁊ dulcorãt ex frigiditate. Et p equilibriũ emergũtur ⁊ ebulliũt ex radicib⁹ ⁊ lateribꝫ montiũ oppositoꝝ ⁊ fiũt flumina fluctia ⁊ decurrẽtia p facie terre vsq; ad maria Ex quib⁹ sequit̃ pmo q̃ aqua q̃ decurrit supra facie terre: pmo serpit ⁊ intercurrit p venas ⁊ conductus ⁊ meatus in viscerib⁹ terre sicut sanguis continue mouet̃ per venas animalis: qz homo ẽt microcosmus: id ẽ mũdus paru⁹ fact⁹ ad instar mũdi magni. Et vtrũq; manifeste. Mã in quacunq; parte fodim⁹ terrã semp reperim⁹ venas aquaꝝ trãseũtiũ per viscera terre: ⁊ nõ solũ per viscera terre: sed etiã per viscera rupiuꝫ reperiũtur aque trãseũtes ⁊ penetrãtes rupes p venas. In quib⁹ rupib⁹ fiũt putei vt ego oculis pluries vidi in diuersis partib⁹: vnde sicut in boĩe reperiũt vene magne p quas discurrit copia sanguinis ⁊ reperiunt miserabile per quas discurrit modicus sanguis: ita pariter in viscerib⁹ terre: ⁊ in hoc manifestatur summa sapientia creatoris.

Nota ꝺ cursu aque.

¶ Scõ sequitur q̃ aque cõtinue mouentur circulariter quarũ medius circulus fit sup faciẽ terre: ⁊ alius medius inter viscera terre. Mã ea dẽ aqua que submergit̃ in maris pfunditate et serpit p venas ⁊ meatus viscerales terre: remergitur ex mõtib⁹ ⁊ cãpis: postea decurrit inter cõualles ⁊ p cãpos declives vsq; ad mare: ⁊ sic semper a qua mouetur circulariter. ¶ Tertio sequit̃ q̃ maria nunq̃ augẽtur nec decrescunt quo ad partes formales. quia quasi quãta aqua intrat p flumina decurrẽtia sup terrã. tãta exit ⁊ submergitur in profundo: et continue serpit per venas viscerales terre ⁊ emergitur in fontes ⁊ flumina et mõtibus ⁊ cãpis. Etiã semp fit motus circularis. Et hoc dicit sapiens Salomon. Ecclesiastes. j. q̃ omnia flumina intrãt i mare: ⁊ mare nõ redundat. ⁊ ad locũ vnde exeũt flumina reuertũtur vt iterũ fluãt. Ex quib⁹ patet manifesta solutio supradictoꝝ dubioꝝ. ¶ Est tñ aduertendũ q̃ ꝓpter hoc nõ tollit quin Aristoteles ꝓtineat ali quale ⁊itatẽ. Mã in cõcauitatibus mõtiũ dense eleuank aliqui vapores in verticibus ⁊ lateribꝫ montiũ: qui resoluũtur in fontes: ⁊ iõ tempore magne siccitatis siccank illi fontes ex defectu talium vaporũ. Et etiã ex aere incluso in cauernis terre generak aqua parua: et qua generata ex vaporib⁹ ⁊ aere nõ sufficeret ad tãtã copiã ⁊ ꝓtinuũ fluxũ aquarũ: vt eis tã vasta flumina ꝺgarẽtur. ⁊ tot ⁊ tã vasta maria cõplerẽt ⁊ efficerent. Itẽ verũ est q̃ radij solares in feruore diei resoluit partem aque maris in aerem: sed talis resolutio est parua ⁊ nõ ꝓtinua respectu tante multitudinis ⁊ copie aquarũ q̃ ꝓtinue intrant maria. Mã is in mari indico fiat magna resolutio: eo q̃ est inter tropicos: tñ nõ in caspio: cum sit ad aquilonẽ: nec etiã in mari pontico: ⁊ sic sp maria augerẽtur: nisi magna copia exiret aliũde vt dictũ est. Et ideo magis est credendũ Salomoni qui eruditus a spũsctõ dicit. Eccla. j. q̃ oĩa flumina intrant mare ⁊ mare non redũdat. Nota. Ad locũ in quo exeunt flumia reuertunk vt iterũ fluant. Et hoc idẽ intẽdebat dicere dauid psal. xxxij cũ ait. ꝺgregans sicut in vtre aq̃s maris ponẽs i thesauris abyssos. nã abyssi ⁊ pfunditates maris sunt thesauri vñ exeũt aq̃ p venas terre. Et sic i dispõne terre ⁊ maris ⁊ fontiũ ⁊ fluminũ manifestak ineffabilis oĩpotẽtia ⁊ sapiẽtia ⁊ prouidẽtia creatoris de qua sapiẽtia dicit Salomõ ꝓuer. viij. Q̃ fparabat celos aderam: quando certa lege gyro vallabat abyssos. Q̃ etherea firmabat sursum ⁊ librabat fontes aquarũ. Q̃ circundabat mari terminũ suum ⁊ legẽ ponebat aquis: ne tranfirent fines suos ⁊c. Et quib⁹ verbis Salomonis sequuntur tres conclusiones.

¶ Prima q̃ abyssi ⁊ maria sunt vallata in gyrũ p mõtes ⁊ circũdata littoribus. ¶ Scõa q̃ fontes aquarum erumpunt ⁊ mergũtur in mõtibus per quoddam equilibrium ꝓut dictum est: eo q̃ dicit librabat fontes aquarum. Et per consequens aque non semper generantur ex aere nec ex vaporibus. ¶ Tertia conclusio q̃ omne mare habet terminum ⁊ terminos intra quos includitur: per hoc quod ait: quando circundabat mari terminum suum ⁊c. Ex quibus patet q̃ mare nõ continet terram: imo continetur inter montes ⁊ littora terre. Hoc est ergo quod intendit dicere dauid in hac parte cum ait. Ascendunt montes ⁊ descendunt campi. Quasi dicat: tu deus in pncipio taliter disposuisti terram ppter necessitatem animalium ⁊ planetarum q̃ tota terra constitit in mõtibus ⁊ campis ⁊ vallibus. Nã tu eleuasti montes in altum ⁊ campos creasti in quodam descensu ⁊ declinatione: ⁊ sic semp campi ls videantur plani: tamen semper descendunt ⁊ declinant in locũ quẽ fundasti eis. i. vsq; ad valles quas fundasti in infimo loco: vt essent loca aquarum: qz a mõtibus descendunt aque per valles ac campos declives vsq; ad valles infimas. Ex quarũ cõgregatiõe fiunt ibi maria vt dictũ est. Ex quo ptz q̃ ipsi mõtes terminãt maria. ideo subdit. Terminũ posuisti quẽ nõ transgredientur ⁊c. Quasi dicat: tu posuisti montes in terminum ipsis aquis quẽ terminus nunq̃ trãsgrediẽtur neq; ꝺuertentur operire terram: quia postq̃ descendũt aque ad loca infima: nõ pñt ascẽdere nec cõuerti: nec redire supra montes: qz tũc ꝺ natura ascẽderẽt: iõ quiescũt in vallib⁹ infimis.

Gene. j. ⁊ ij. q. iij. c. nupꝫ tis.

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aque.

Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.

Super eo volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

¶ Et tali dispositione ordine situs terre sequit alia vtilitas. nã tu emittis fontes i vallibus. i. p valles: et sic inter mediũ montiũ pertrãsibunt aque. Mã aque pmo descendũt a mõtib⁹: postea inter mõtes transeunt p cõualles: qz semp inter mõtes sunt cõualles p quas transeũt aque: ⁊ sic descẽdũt ad cãpos ⁊ exinde ad maria: eo q̃ sunt infima loca terre. Sed qz ista nõ fecit de⁹ a casu imo aduersitatẽ animalium: qz tales fontes ⁊ flumina seruiũt bobus ⁊ ad alia necessaria: ideo subdit. Potabũt oẽs bestie agri et bis aq̃s etiã onagri idest asini siluestres ⁊cetere bestie expectabunt has aquas i siti sua. i. qñ sitient. venient ad istas aq̃s fõtales ⁊ fluuiales. Et volucres celi habitabunt. i. volabunt sup ea. i. fluminavel habitabũt in ripis ⁊ rupib⁹ que sunt sup flumina ⁊ dabunt voces de medio petrarum. q. d. q̃ cantabũt sup ripas fluminũ: sicut frequẽter videmus: qz cantus aues qñ venirũt ad bibẽdum ad fontes vel ad flumina. Ex supradictis apparet pfunditas sapiẽtie ⁊ pulchẽ dei. Mã ex tali dispositiõe in qua deꝰ creauit terrã saluak ⁊ soluit oĩs ẽstio q̃ possꝫ fieri. Nã ex eo q̃ montes sunt alti de necessitate aque descendũt inter mõtes per valles: ⁊ exinde decurrũt p cãpos q̃ de necessitate declinant ad infima loca terre que sunt valles vbi congregank oẽs aque: ⁊ sic efficiunk maria. Et sic mõtes ⁊ cãpi seruiũt hominib⁹ ad habitationẽ fontes ⁊ flumina ad potũ aliorum: ⁊ ad pargãdas sordes rerum: et ad rigandos campos. Maria autem seruiunt hominibus ad nauigandum: vt infra patebit. Ex quibus omnibus patet summa sapientia ⁊ pudentia dei. Deinde cum dicit

Infra cũ vj. b. pij. q. j. ecclas. ℌ. bis itaq; Et terra de sacra vnctio. c vnico.

Rigans montes de superioribus suis: de fructu operũ tuorũ satiabitur terra.

Producens fenum iumentis: et herbam seruituti hominum.

Ut educas panem de terra: ⁊ vinum letificet cor hominis.

Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet.

¶ Cõmendat diuinam pudẽtiam ⁊ sapiẽtiã circa dispositiõem pluuiarum. Nam is aque fluuiales ⁊ fontales sufficiãt ad potum animaliũ ⁊ rigandos aliquos campos: tamen nõ sufficiunt ad rigandos mõtes: nec omnes partes terre: eo q̃ nõ attingunt cacumina mõtium nec terras per oẽs partes: etiã non sufficiunt ad nutritionẽ plantarum: ⁊ sic sunt necessaria flumina ad implendas cisternas ⁊ rigandos mõtes: ⁊ oẽs partes terre: ad quas fontes ⁊ flumina attingere non possunt Et ideo summus ⁊ sapiẽs artifex deꝰ pudit de aquis pluuialib⁹. Mã taliter disposuit machinã mundi vt sol per virtutẽ ⁊ calorẽ suorum radiorũ attraheret vapores a terra humidos vsq; ad medium interstitiũ aeris vbi per antiparistasim infrigidank ⁊ ꝺgelank in nubes q̃ resoluũtur in aquã Et sic per sui ponderositatem pluuia cadit sup mõtes ⁊ totã terrã ad nutritionẽ arborũ ⁊ plantaꝝ. Et sic germinank fruct⁹ terre: ⁊ erescũt plãte ad esum hominũ ⁊ bestiarũ: ⁊ iplenk cisterne ad potũ hominũ. Et hoc intendit dicere dauid in b passu. Unde ait. Q̃ deꝰ tu es rigans mõtes de superioribꝫ suis. i. rigas superiora et summitates mõtiũ p aquas pluuiales ex nubib⁹ descẽdẽtes. Et sic satiabit̃ terra de fructu operũ tuorũ. quem terra cõpluta pducit. Mã ex tali pluuia pduces in montibus fenuꝫ iumentis ⁊ bestijs: ⁊ herbam seruituri hominũ. ⁊ est sensus q̃ tu pduces fenũ ⁊ herbam iumẽtis seruituri. i. ad seruitutẽ hominũ Et mittis istã pluuiã vt educas panẽ de terra ⁊ vniũ vt letificet cor hominis: rigas etiã terrã p pluuiã vt crescant ⁊ nutrianꝫ oliueta ⁊ pducãt oleũ. vt homo exhilaret ⁊ngat ⁊ letificet faciẽ suã in oleo. vel letek in videndo abundãtia ⁊ copiã olie. ⁊ sit tanta copia panis vt ꝺfirmet cor hominis ⁊ fortificet. Et per talem pluuiã saturabuntur ⁊ nutrictur ligna ⁊ arbores campi ⁊ cedri libani quas soluk deus ipse plãtabit absq; manib⁹ ⁊ cura hominũ. Est autẽ aduertendũ q̃ ꝓpheta notank memorat tres fructꝰ terre specialles quos nutrit pluuia celestis ad ꝓseruandã vitã hominis. scz panẽ: vinũ: ⁊ oleũ. eo q̃ tres fructus sunt valde necessarij ad ꝺmunes vsus vite humane ppter tres effectꝰ quos efficiũt in homine put memorat ꝓpheta in hac pte. Mã panis ꝺfirmat cor hois. i. fortificat ⁊ sustentat. Mã cibus panis post famẽ ⁊ inediã restaurat deperditũ: ⁊ viuificat cor hois: ⁊ vires bois: que ex inedia deficiebãt. Itẽ homo ex siti tristak ⁊ deficit. Ex potus vini refocillat ⁊ letificat cor hois. Hoc etiã dicit q̃ manifeste videmus q̃ si vinũ datur sincopizãtib⁹ statim eis viuificãtur ⁊ recuperãt sensum: ⁊ motũ ⁊ letificantur. Et quo ptz q̃ vinum letificat cor hominis. Item subdit. vt exhilaret faciem in oleo. ¶ Ad cuius intellectũ est notãdũ q̃ exhilarare idem est quod ex leticia os ⁊ nasus ⁊ oẽs venas aperire: ⁊ ex tali intrinseca leticia anhelitus per risum emittere sicut videmus in ridentibus. Nam sicut extristicia rigat facies et restringit os ⁊ nasus et venes: ⁊ retinek anhelitus. Ita per oppositũ ex leticia et sanitate et bona dispositione omnia supradicta aperiũtur et homo exhilarat anhelitum per os ⁊ nasum: ⁊ sic ostendit leticiam cordis in facie per risum: ⁊ faciem letam: ⁊ tũc dicit exhilarare q̃si exhalare: et talis homo dicit hilaris ⁊ letus. Sed quia hunc effectum facit in homine vsus olei: ideo dicit vt exhilaret faciẽ in

tres ter re fructꝰ

Exhilarare q̃d sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oleo: nã oleũ est valde nutritiuũ ꝓpter suã pinguedinẽ ⁊ bonũ humorẽ ⁊ q̃ sit ate: tñ causat bonã ꝓplexionẽ i hoie: ideo est valde vtile ad ꝺdimentũ in omni cibo ⁊ est penetratiuũ in omni membra. Et videm⁹ etiã mãsese ꝙ boes ytentes oleo cõiter habent faciẽ plenã: ⁊ pinguẽ ⁊ lucidã ⁊ bene coloratã: ⁊ facilẽ ad risum ⁊ leticiã: ideo dicit ꝓpheta: vt exhilaret: id est letificet faciẽ in oleo. i. inuslu ⁊ esu olei. ꝓt etiã dicit ꝙ in partib⁹ orientalib⁹ ⁊ meridionalib⁹ boes vngũt oleo facies suas vt appareant leti ⁊ lucidi: vt patet i Daniele. Deꝰ ergo ꝙ pluuiã educit panẽ de terra ad cibum: et vinum ad potum et oleum ad condimẽtum et saporem cibi dominis.

De ꝺsc. di. ñ. c. accipite

Saturabuntur ligna cãpi: et cedri libani quas plãtauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux est eoꝝ: montes excelsi ceruis: petra refugiũ erinacis.

¶ Aduertendũ est ꝙ notãter dicit ꝓpheta cedri libani quas plãrauit. Nã ꝑm Uergilũ i Geozgi. quedã sunt partes terre q̃ spoute de se ꝓferunt quasdã arbores ꝛplãtas ⁊ fructꝰ: quos alie terre nõ ꝓferũt: sicut arabia ꝓfert cynamomũ ⁊ icẽsũ ꝛc. q̃ nõ ꝓfert germania nec scytbia. Itẽ quedã sunt q̃ nõ nascũtur nisi seminent ꝙ artẽ ⁊ curã bomini: sicut frumẽtuꝫ ⁊ ordeũ ꝛc. ⁊ q̃daꝫ sunt arbores q̃ in q̃busdã locis ꝙ se nascunt ex sola dei ꝓuidentia absq; labore boim: sicut copia altissimarũ cedroꝝ nascit in mõte libani. Et bas vtutes ⁊ differẽtias deꝰ ꝺtulit terre i ꝓmordio creatiõis vt ait August. sup Ben. quãdo dixit: germinet terra berbã virentẽ ꝛc. q: tñc indidit et creauit ratiões seminales in diuersis partib⁹ terre vt ex hoc labore hominũ ex sola influẽtia ⁊ vtute actiua celi ⁊ humore pluuie terra germinet ⁊ ꝓducat sponte tales plãtas ⁊ arbores: ideo dicit ꝓpheta ꝙ ex illa pluuia saturabũtur ligna cãpi ⁊ cedri libani q̃s ꝺs⁹ deꝰ plantauit. ¶ Illic passeres nidificabũt. Hic ꝺmendat diuinã ꝓuidentiã circa dispositionẽ locoꝝ a facilius brutoꝝ ad refugium: nã deꝰ creauit arbores altas ad habitationem auiũ in q̃bus nidificant ⁊ habitant ad tuendã vitã. Et ad quas refugiũt ne ledant̃ avenatorib⁹ ⁊ sagittarijs. Itẽ creauit mõtes altos vt essent refugiũ ceruis ⁊ capreolis ⁊ ceteris quadrupedib⁹: ad quos mõtes refugiũt ꝓpter venatores. Itẽ creauit ⁊ disposuit cauernas in terris ⁊ rupib⁹ vt essent refugiũ ⁊ latibulũ cyrogrillis ⁊ leporib⁹ ⁊ vulpib⁹: ⁊ ceteris alijs pilosis. ideo ait ꝙ passeres ⁊ oẽs volucres nidificabũt ⁊ faciant nidos suos illic. i. in cedris ⁊ ceteris arboribus ad quietẽ ⁊ tuendã vitã pullorũ. Et herodij dom⁹ dux est eoꝝ. Ad cuius intelligentiã est notãdũ ꝙ herodij est auis ꝑdalis ⁊ rapax ⁊ nidificat ⁊ habitat i cedris ⁊ altis arboribus: ⁊ est talis nature ꝙ nõ ꝯrit escas in locis vbi facit nidũ: sed a longe ꝓ decẽ milliaria a nido suo: ⁊ sic nõ nocet auib⁹ q̃ nidificant ⁊ habitãt i arboribus ꝓpinquis ⁊ ideo oẽs passeres ⁊ aues libenter nidificant et habitant ꝓpe nidos herodioꝝ ꝓpter securitatẽ

Quidsit herodij

quia herodius non solum non nocet eis: sed etiã tuetur ⁊ defendit eas a ceteris auibus et rapinas viuẽtibus: qui quidẽ herodius apud nos ꝺr grisalã: ⁊ ideo ceteri passeres ⁊ aues habent nidũ ⁊ latibulũ herodij tanq̃ ducem ⁊ refugiũ: ideo dicit ꝓpheta ꝙ domus. i. nidus ⁊ latibulũ herodij est dux ⁊ refugium eoꝝ. i. passerũ: ⁊ mõtes excelsi sunt refugium ceruis ⁊ ceteris quadrupedib⁹. Et petra cauernosa est refugiũ erinacijs. scilicet animalibus pilosis aptis ad venatiõnem sicut sunt cuniculi ⁊ lepores: etiam ericius quia omnia ista eligunt latibula i cauernis terre ⁊ petrarum ad securitatem.

Fecit lunam in tempore: sol cognouit occasum suum.

Posuisti tenebras et facta est nox: in ipa petra pertransibunt omnes bestie silue.

vj. q. j. c. ñ oia. ⁊ c. sequẽti.

Catuli leonum rugientes vt rapiant: ⁊ quarant a deo escam sibi.

Ortus est sol et congregati sunt: ⁊ in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad opus suum: ⁊ ad operationem suam vsq; ad vesperam.

¶ Cõmendat hic diuinã ꝓuidentiã ⁊ sapientiã circa dispositionẽ ⁊ varietatẽ tẽpoꝝ q̃ fit ꝑ variationem solis ⁊ lune. Nã sol ꝑ lationẽ ⁊ cursũ suũ supra nostrũ hemisperiũ causat diẽ apud nos: ⁊ ꝑ eius absentiã causat noctẽ. eo ꝙ ferẽ super aliud hemisperium causat ibi diem. ⁊ apud nos causat noctẽ. Et hoc fit ꝑ motuꝫ diurnũ ad raptũ primi mobilis. sed ꝑ motũ ꝓprium circulo obliquo causat in nobis quattuor tempora diuersa in anno. s. ver. ⁊ estatẽ. ⁊ autũnum. et hyemen ꝑm accessũ ⁊ recessũ ad polos luna autẽ diuersificat etiã tempora in quolibet mense. ꝑm ꝙ diuersimode illuminat a sole quo ad partes suas. Et quo ad nostrũ aspectũ. Nã in cõiunctiõe illuminat̃ tota me dietas superiores. ⁊ sic lumẽ eius nullo modo videt̃ a nobis. Et sic causat magnam alterationẽ in mari. ⁊ in terra. ⁊ in arboribus ⁊ animalibus ꝓpter humiditatem eius. sed sicut incipit elongari a sole ita incipit videri a nobis aliqua particula eius illuminata ⁊ ita crescit vsq; ad primam quadrã. ⁊ erinde vsq; ad plenitudinem cũ est in oppositione. ⁊ erinde incipit accedere ad solem. ⁊ ꝙtuꝫ accedit tantum decrescit eius lumẽ quo ad nostrũ aspectũ. quia respectu sui semꝑ illuminatur medietas eius. ⁊ sic luna ꝑ accessum ⁊ recessuꝫ ad solẽ causat ⁊ diuersificat ꝙtuoꝝ tpa in terra ⁊ in mari ꝑm quattuor quadras eius. ⁊ ꝺ est qꝺ dicit dauid in hac parte. vnde ait. Deus fecit lunaꝫ in tempore. i. diuersitatem in tempore ꝑm accessum ⁊ recessum ad solem supple siue ad diuersificãda tempora. Et sol cognouit occasum suum. i. talem disposuit motum sui: q: dum fertur sup terram causat diem. sed postea cognouit occasum suũ eundo sub nostro orizonte. Et sic tu deꝰ posuisti tenebras per occasus solis ⁊ absentiam. Et sic facta est nox super nostrum hemisperiũ. Sed quia

tale dispositionẽ nõ fecit deus in astris a casu ⁊ fortuna: sed ꝓpter finẽ bonũ ad vtilitatẽ et vitã hominũ ⁊ aliox animaliũ: ideo subdit. Ideo facta est nox: q: i ipsa nocte pertranseũt oẽs bestie silue ⁊ discurrẽt ad querẽdũ cibũ. Et catuli leonũ discurrẽt de nocte vt rapiant escam sibi ⁊ querãt a deo ꝙ ideẽ: nã pater celestis pascit oia animalia vt ait saluator Matt. vij. ꝺs postq̃ ortꝰ est sol ⁊ lucet dies tũc leones ⁊ cetere bestie rapaces ꝺgregati sunt fugiẽtes diẽ ⁊ colloc̃abunt in cubiculis ⁊ latibulis suis: sed ꝑ oppositũ homo tũc i depositꝫ ortꝰ est sol: exibit ad opus suũ facieꝺũ: ⁊ ad operationẽ suã exercẽdã vsq; ad vesperã ⁊ occasum solis. Et q̃ꝺ⁹ ꝑs ꝙ nõ a casu nec fortuna dispositꝫ deꝰ tpa: sed distinxit diẽ a nocte ꝓt supradicta. Et distinxit annũ i quattuor tpa ꝑm accessuꝫ ⁊ recessuꝫ solis ad polos ꝓpter gñatiõem ⁊ corruptiõem rerũ. nã ꝑ accessuꝫ solis ad polũ arcticũ causant̃ gñatiões arboꝝ ⁊ plãtaꝝ ⁊ etiã aialiũ citra equinoctialẽ sed ꝑ recessuꝫ solis ad polũ causant̃ corruptiões citra equinoctialẽ ⁊ gñatiões vltra equinoctialẽ ꝑm. Aristo. ij. ꝺ gñatiõe. Tũ q: oia ista ꝓueniũt ex summa sapiẽtia ⁊ ꝓuidẽtia filij summi artificis ⁊ architectoris: tñ admiratio exclamat ꝓpha dicẽs.

ꝫ rci. a ꝺc ꝺsc. ꝺ ñ. c. accesserũt

Quam magnificata sunt opa tua domine omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

¶ O qꝫ magnificata sũt opa tua ꝺne. i. qꝫ magnificat⁹ es in operib⁹ tuis. q: oia opa tua fecisti ista pietia magna ⁊ ꝓuidentia: q: oia sic ordinasti ꝓpter aliquẽ bonum finẽ: vt vnusquisq; ꝓduceret fructũ suũ in tpe suo sibi determinato. Et sic ꝓplet̃a ẽ terra possessiõe tua. i. ꝺnatis et ꝺficijs tuis q̃ ꝓueniũt ex tua mera largitate: deinde cõ dicit

Hoc mare magnũ ⁊ spaciosum manibus illic reptilia quoꝝ nõ est numerus.
Animalia pusilla cũ magnis: illic naues pertransibunt.

¶ Cõmendat diuinã sapientiã circa dispositionẽ maris quo ad eius magnitudinẽ ⁊ extensionẽ et diuersitatẽ spacioꝝ locoꝝ ⁊ habitationũ ad vtilitatem piscium ⁊ ad vtilitatẽ nauigantiuꝫ. Ad cuius intelligentiã est notandũ: ꝙ sicut deus diuersificauit terrã ꝑ mõtes ⁊ valles ⁊ campos declives ad habitationẽ hoim animaliũ respirantiũ que vluunt i aere: vt dictũ est. ita pariter diuersificauit maria ⁊ extẽdit ꝑ diuersa loca ad vitã piscium ⁊ vtilitatẽ nauigantiũ: nam primo voluit vt hoc mare esset magnũ ⁊ spaciosum ꝓpter duo. Primo vt i eo percaretur copia piscium: ⁊ nauigãtes possent attingere loca remota. Itemvoluit vt circa littus esset vadosum ꝓpter pisces paruos: ⁊ circa medium esset pfundũ ꝓpter pisces magnos: vtibi saluẽtur ne possint deuorare ossa pisces paruos natãtes circa littora. Et voluit disponere recessꝰ ⁊ sinus ⁊ portus in hoc mari vt attingeret terrã per multas partes naues saluarent̃ refugiẽtes ad portus ꝛpe tẽpestatis vñ ait Dauid. o ꝺne tu

Mare magnuꝫ ⁊ spaciosuꝫ ꝓpter duo.

creasti hoc mare magnũ ⁊ spaciosuꝫ ⁊ latũ manibus. i. locis recessib⁹ ⁊ sinib⁹. Et q: magnũ: ideo illic ꝓreant reptilia ⁊ natatilia ⁊ pisces magni et parui quoꝝ nõ est numer⁹. i. innumerabiles pisces ⁊ animalia natatilia i eo creasti ꝺe ꝓtinuo ꝓreantur. Et sic ꝓreant ibi animalia natatilia pusilla cũ magnis. Et q: ꝺ mare creasti spaciosũ ⁊ plenũ magnis manibus ⁊ spacijs: iõ illic naues pertrãsibũt ⁊ nauigabũt abvno littore i aliud: ⁊ abvna regiõe i aliã. Tũ nota ꝙ ꝺ nomẽ man⁹ est equiuocũ ad tria: nãvno modo significat mẽbrũ hois: alio modo significat fortitudinẽ et turmã exercit⁹ sine satellitum. Tertio significat extensiões locoꝝ ⁊ brachia ⁊ sinus siue recessus maris nã sicut homo extendit man⁹ ⁊ brachia ad attingendũ aliquid extrinsec⁹ ita pariter oceanꝰ ꝙuis libet mare extẽdit man⁹ ⁊ brachia inter terrã q̃ dicunt fin⁹ ⁊ recessus ꝓpr⁹ maris. Et isto modo oceanus ꝑmo extẽdit brachiũ iter norwegiã ⁊ germaniã qui dicit sinus codan⁹ siue germanicus siue sarmatic⁹. Scõo vltra equinoctialẽ extẽdit aliud brachiũ aut iter mõtes etiopie ⁊ terrã guineoꝝ q̃ ꝺr sinus sperꝰ quẽ hodie nauigãt portugalẽses ad kodiẽdã auꝝ et minera. Tertio mittit aliud brachiũ ꝑ angustiũ fretũ gaditanuꝫ inter affricã ⁊ europã vsq; sirtã: qꝺ ꝺr mare tirrenũ: qꝺ mare tirrenũ mittit aliud brachiũ versus aquilonẽ inter phrygiã ⁊ tbraciã ꝑ angustiũ beles pontũ ⁊ ꝓpontidẽ. Et sic itrat mare ponticũ siue euxinũ: ⁊ erinde intrat meotidẽ paludẽ ꝙ angustiũ bosphoꝝ inter ꝓmontoriũ caucasi ⁊ tauricam ebersonesum q̃ ꝺr cassa. Et q̃bus ptꝫ ꝙ hoc mare magnũ sc̃z ocean⁹ ꝺr spaciosuꝫ ⁊ extẽsum longis manib⁹ ⁊ brachijs ⁊ sinibus. ¶ Itẽ mare indicũ qꝺ claudit inter mõtes asie ⁊ mõtes austrates ꝺr magnũ ⁊ spaciosuꝫ manib⁹: q: bꝫ duos gradus in lõgitudine a ꝓssimo affrice vsq; catigaram regionẽ sinauꝫ: tbꝫ quinq; gradus in latitudine ⁊ bꝫ plures sinus sicut est arabicus et ꝑsicus ꝛc. Et ita est dicendũ de mari caspio: qꝺ claudit intra caucasum ⁊ montes medoꝝ: et inter montes armenie ⁊ mõtes sacarũ siue messagetaꝝ. Et ita est dicẽdũ de maribus nobis ignotis. nã de necessitate opꝫ ꝙ vltra mõtes etiopie sint alia maria q̃ recipiãt alios ꝺcurrẽtes ab alio latere illoꝝ montiũ vsus austrũ. Et etiã vltra montes sericos vsus aq̃lonẽ est mare sericũ recipiẽs aquas ꝺcurrẽtes a latere aquilonari illoꝝ montiũ: qꝺ qꝺẽ mare erat ignotũ grecis ⁊ latinis tpe ꝓtholomei. ꝺꝫ postea tartari ab illis regionib⁹ egressi notificarũt persis ⁊ medis et latinis quare ibi vltra emauũ est qꝺã mare magnũ vbi cõgregãtur ola fluuia a circũstãtibus mõtibus descẽdẽtia: ⁊ sic est ꝓsumẽdũ ꝙ vltra mõtes magnos sinarũ vsuoꝝ sunt alia maria in q̃bus cõgregãtur oẽs aque ꝺcurrẽtes a lateribus orientalibus illoꝝ montiũ. Et q̃bus ptꝫ ꝙ mare nõ est tñi vnũ nec cõtinet terrã: vt vulgares autumant: imo sũt multa maria inter mõtes cõtenta ⁊ terminata vt ait Ptholomeꝰ prout dictũ est. Sic mare est magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in spacio septies ꝙ oia maria: vt legit. in. iij. lib. Esdre. c. vj. vbi sic dr. Et tertia die iperasti aqs cogregari in septima parte terre: ser vo partes terre siccasti t coseruasti vt ex his sint cora te ministrātia seminata deo t occulta. Et in quinto die diristi septime parti vbi erat aqua congregata vt congregaret aialia t volatilia t pisces t ita fiebat. ¶ Et supradictis patet ꝙ terra est maior oibus maribꝫ septuplicit er: et in mare qui dr oceanus est magnū t extensum p multos sinus t brachia: vt dictū est: t eodē modo mare indicū t mare caspium. Et hoc ordinauit deus nō solum ppter copiam pisciū ad esum hoim: sed etiam ppter nauigationē t vt victualia que germinant in vna parte terre vehārur ad alias partes. Et sic omnia bona terre cōunicētur oibus. Deinde cū subdit.

Gene. j. Bracho iste quē formasti ad illudēdum ei: oia a te expectāt vt des illis escā in tēpore.

8. xiij. b. Dante te illis colligēt: aperiente te manum tuā omnia implebuntur bonitate.

¶ Ostēdit ꝙ deus solū nō fecit mare longū manibꝫ t brachijs t finibus ppter merces vehēdas Sz etiā fecit ipm mare pfundū in medio t vadosum ad littora vt balene t pisces magni viuāt in pfundo: t parui saluent iuxta littora vadosa ne pisces magni possēt accedere ad littora ad deuorandū paruos. Vñ qñq pisces magni deludunt a parnis: nā duz balena vt qlibet alius magnus piscis insequit pisces paruos ad deuorādū. tunc pisciculi fugiūt ad littora: sed balene volētes pisces paruos sequi p littora vadosa cū magno impetu reperiunt in modica aqua nō valētes nare sup arenā nec valētes retrocedere ad pfundū t sic naute t piscatores interficiūt balenas t pisces magnos. Et sic pisces magni decipiūt t illudūtur a paruis. Dicit ergo dauid: o dne tu fecisti hoc mare magnū t spaciosus manibꝫ: qz illic sunt reptilia pusilla cū magnis etiā qz illic naues pertrāsibūt: sed etiā fecisti istud pfundū in medio: t vadosum in littore: vt illic sit etiā iste draco. i. balena: et qlibet aliꝰ magnꝰ piscis ad illudēdū ei vt ipse illudat a paruis piscibꝰ p modū iam dictus. Vñ est aduertēdū ꝙ p draconē intelligit balenā siue cetū. vñ Beñ. j. vbi nra translatio dicit creauit dñs cete grādia. Alia translatio dicit: creauit dñs dracones magnos: t in hoc loco dicit littera Hieroñ. leuiatā iste quē formasti. Et alia trāslatio hz: cetꝰ iste per quē intelligit quelibet bestia marina. Et q̄bus oibꝫ ps ꝙ dñs oia creauit apta ad debitū finē: t oibus viuētibꝫ puidit de loco t tpe t victu necessario ad vitā ruendā t cōseruandā. Omnia a te expectāt dne. Hic incipit versus apud hebreos t etiā sñia. nā postꝙ supius ostendit ppheta ꝙ dñs oia creauit et disposuit ppter debitū finē t oibꝫ puidit de celo t tpe opportuno t cibo t potu necessario ad vitā. Jdeo i hac parte cōuertit sus ad dñm cōcludēdo dicit. O dne oia animalia expectāt a te vt des illis escam in tpe opportuno: nā animalia bruta expectāt vt in vere dns eis ferū t herbā ad cibū: t boues expectāt tempus vernum vt colligant quosdā fructus et estatem vt colligāt frumenta t ceteras fruges t segetes. Et expectāt autūnum vt colligāt vindemias et ceteros fructꝰ tūc maturos sm naturas suas rc. Jdeo te illis dante copiā fructuum et eborum tūc illi colligent fructus per te creatos et augmētatos. Et te aperiente manum tuā: t thesauros largitatis tue. omnia implebūtur bonitate. i. bonis terre et tua bonitate largitis. ¶ Ad cuius intellectū est notādum ꝙ duplex est appetitus in viuētibus vnus naturalis t alius voluntarius. Appetitus voluntarius regit per seipsum cū sit primum principium mouendi. Sed appetitus naturalis regitur ab intelligētia superiori mouē te orbē: ideo nō solū animalia perfecta appetunt et expectāt cibum in tpe ad cōseruationē vite appetitu voluntario t naturali simul: sed etiā plante t animalia imperfecta: hoc idē expectāt quodaz naturali appetitu ab intelligētia directo. qz opus nature est opus intelligētie. Unde dicit ppheta ꝙ oīa viuētia tam plante ꝙ animalia expectāt ad deum. vt det eis escam in tempore opportuno. Et sic formica et diuina ordinatione a superiori intelligentia directa t mota recolligit granum in estate pro tēpore futuro.

Duplex appetitꝰ in viuentibus.

Auertēte autē te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorū et deficient: et in pulverem suum reuertentur.

Ivs. di. c. nasci.

Emitte spiritum tuū t creabuntur: t renouabis faciem terre.

De pse. di. v. c. 8 spū sctꝰ

Sit gloria domini in seculū: letabitur dominus in operibus suis.

Qui respicit terrā t facit eam tremere: qui tangit montes t fumigant.

Cantabo domino in vita mea psallaz deo meo q̄diu sum.

j. cxlv. xv. q. j. c reuertimini.

Jocundum sit ei eloquium meuz: ego vero delectabor in domino.

Deficiant peccatores a terra: t iniqui itavt nō sint: benedic anima mea dño.

j. q. iij. c hominē.

¶ Postꝙ superius dauid ostēdit deū esse positorem t datorē omniū bonoꝝ ad cōseruationē vite t ipsi? esse in oibus rebus. Ad cuius intellectus est notādū ꝙ cuz deus sit causa omniū in triplici genere cause. scz efficiētis. formalis. t finalis. ita creatura recepit a deo triplex esse. scz eē essentiale t actuale t operatiuū. nam inquantū est facta ad ymaginē dei aut similitudinē habz essentiale et specificū t formale. Sz qz nulla creatura est ꝙ essentiā suam. ideo habet a deo esse existētie influxū. per qō existit in actu. t sic existit in esse personali. et sic creatura non solum dependet a deo quo ad esse essentie. sed etiaz quo ad esse existentie. inquātum deus continue influit esse in ea. et cōseruat eam in esse. nam si per aliquod instans deus desisteret influere esse in eam statim deficeret sicut nostrum hemisphērium intantum est illuminatum inquantum sol influit lumen per suā

deus cū olim i tri plici genere cāe

presentiā: sz qñ sol subtrahit suā presentiā statim deficit lumen t efficit nox apud nos ita pariter cessat dō ꝙ qñ deꝰ influit vitā in creaturas: tunc creature viuūt: t operātur: sz si deꝰ aduertit suā presentiam t influētiā tūc creature deficiūt. Et ita pariter est dicēdū de cibo corpali: nā qñ deꝰ influit virtutē sup terrā in vere tunc terra germinat: sed qñ auertit suā virtutē tunc terra turbat t oīa deficiūt: vt pz in autūno: sz qñ iterū in vere mittit suā virtutē t influētiā: tūc terra renouatur t germinat plātas t fructꝰ: t hoc est qō vult dicere dauid in hac parte: vnde ait. O dne sicut te aperiēte oīa implētur bonitate: ita pariter te auertēte facie t influxū oīa turbabūtur. Et tūc auferes spiritū. i. esse actuale eorū: qō habent ex influxu tuo t tunc totaliter deficiēt t morientur aialia t plāte: t sic mortua reuertētur in pulueres suū: qz incinerabūtur t putrefiēt cadauera aialiū. Et arbores resoluent in pulueres. postꝙ deficit eis influxus; sed qñ tu emittes spiritum t influxum tūc res creabūtur. Et sic renouabis faciē terre. nā sicut quidā morituri ppter defectū huius influxus: ita alij creant ꝙ influxū tuū in eis: t sic facies terre renouat ꝙ boies nouiter creatos: qz quotidie creas spūs t aīas in eis. Et sicz vnus moriat vl alter de nouo per te creat. Et sic renouat semp facies terre: t mūdus ꝓseruatur in esse. Hoc etiā pōt referri ad ecclesiā in fluctibus sm diuersitatē tēpoꝝ. Nā in autūno deꝰ auertit faciē. i. influētiā a terra ꝙ recessum solis t tunc oīa folia arboꝝ cadunt cū fructibus suis t herbe deficiunt in vere. Sed postea deꝰ emittit spiritum t influētiam ꝙ accessum solis: t tūc herbe recreātur t arbores frondescunt t florēt. t sic renouabis faciē terre. Sed prima expositio est melior: t pfundior: t magis consona littere. Et supradictis patet ꝙ immensa fuit omnipotētia dei: t ꝙ pfunda t inscrutabilis sapientia t ꝓuidentia dei in creatione t dispositione mundi. Et quātū est immensa bonitas dei in mundi cōseruatione: de qua quidē omnipotentia t sapientia t ꝓuidentia t bonitate cōmēdauit dauid deū in hoc psal. Et ideo cōcludēs agit gratiās dicēs. Sit gloria domini in seculū seculi rc. Quomodo aūt paradisus delitiarum situet in hemisphērio australi: t de dispositiōe eius dictū est psal. lxxj.

¶ Secunda expositio.

xcv. c. ec ce. t. xiij q. j. bis ita q̄.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.

¶ Quia vt dictum est in principio expositionis huius psal. sm mentem Augusti. ꝓtra aduersariū legis t ppheta ꝙ ppheta moyses auctor libri geneseos magis intēdebatur eius narratio rerum factarū esset etiā figura figurarū; ideo a fortiori est credendū t affirmandū ꝙ dauid qui non est minus ppheta in hoc psal. ꝙ in ceteris: nō solū intēdit cōmēdare diuinā sapiētiā t puldētiā t bonitatē circa creationē t dispōem mūdi materialis quē pduxit ad instar mūdi ydealis t eterni. Bz ēt a fortiori magis intēdit cōmendare tandē diuinā sapiam t puidētiā t bonitatē circa recreatiōem mūdi spūalis: q̄ est eccl'ia quā recreauit t regnauit t disposuit ad instar mūdi ydealis t ad figurā huius mūdi materialis. In cuius creatiōe ꝓtēplādo dō puidit in spū totū mysterū regnatōis eccl'ie: q̄ dr mūdꝰ spūalis. Jdeo postq̄ exposuim⁹ istū psal. litteraliter de mūdo materiali: exponat iterum ꝓsequēter de mūdo spūali t eꝰ recreatione: de q̄ ꝓmo t ꝓncipalr dō mētēdebat deū cōmendare in hoc psal. ad quā intētiōem ꝓncipalr legit t cātat ipm ecclia. Nā sz vtraq̄ creatio sit eiusdem potētie t sapiētie: tñ creatio mūdi spūalis est maioris mie t bonitatis quo ad nos: qz nihil nobis profuisset ꝙ creasset nisi miris atq̄ ineffabilibꝰ modis recreasset vt inquit Aug. hoc idē innuit Greg. in bñdictiōe cerei paschalis: t ideo est valde attendēdus iste psal. vt inquit Augu. qz tot⁹ est referꝰ p fundissimis mysterijs: t sacramētis: nā ppheta dō p figurā creationis mūdi intēdit cōmēdare t nobis notificare ppbetice diuinā sapiam t bonitatē circa fundationē t regenerationem ecclie xpi. Creatio mūdi figura fundatiōis ecclie.

¶ Ad cuius intelligentiā est ꝓmo notādū ꝙ cum creatio mūdi materialis fuit figura fundatiōis ecclie: eundē ordinē seruauit deꝰ in fabricatiōe ecclie: quē tenuit in creatiōe mūdi: nā sicut tunc pater dicēdo ꝓ verbum suū fiat lux: facta est lux: t dicēdo fiat firmamētū factū ē firmamētū rc. Et sic p verbū factus fuit totus iste mūdus materialis: qz ipe pater dixit t facta sunt oīa. Et verbo dñi celi firmati sunt. Jta pariter i fabricatione ecclie idē deꝰ pater locutꝰ est nobis p idē verbū incarnatū t dixit nobis totū euāgeliū t ex latere suo pduxit totā ecclesiam. Illā tota ecclia constituit verbaliter in euangelio dicto p xpm qui est verbū patris. nā sicut olim deꝰ pater loquebat multifarie in ppbetis nouissime locutꝰ est nobis in filio vt ait aplus ad Hebr. j. Et q̄ ps ꝙ p idē verbū p qō deꝰ creauit mūdū: p idē fundauit ecclesiam: b idē manifestauit Jo. j. q̄ dicit. Oia p ipm facta sunt t infra verbū caro factū est. t dedit ptātē credētibus filios dei fieri q̄ non ex sanguinibꝰ sz ex deo nati rc. Et q̄ ps ꝙ pater p idē verbū nos regenerauit per qō nos ante creauit t p qō facta sunt oīa. Jtē sicut tūc per spūsctm oīa q̄ creauit viuificauit dando eis vitā t motū qz spūs oēs ferebat sup aq̄s dando vitā t operatiōem rebꝰ. Jta pariter pater in nra regnatiōe postq̄ p filiū suū verbū incarnatū fundauerat ecclesiam in aplis t discipulis in die pētec. misit spiritū sanctū in eis quos ad gram t vitā spūalē p septē dona viuificauit. t mouit ad ꝓdicādū euāgeliū oēi creature. Et sic qz spūs oēs ferebat sup eos. ideo tali spiritu viuificati totū orbem subiecerūt ecclesie t xpo. Et quibꝰ ps ꝙ sicut tota trinitas indiuise cōcurrit ad creationē mūdi. ita eodē modo ad fundatiōem eccle. Jtē sicut tūc creauit in mūdo triplicē naturā. s. angelicā ppe se qua dr indut⁹ et

Universidad de Deusto
Biblioteca

celestē admittendas influctias in hac inferiora
t elemētalē ad recipiēdas celestes influentias.
Ita piter i ecclia recreauit t disposuit tres sta-
tus. s. statū aplor ppe se quibus primo reuelauit
mysteria euangelica. Secdo statū doctor q̄ morti
ab aplis: sicut celi mouētur ab angelis declara-
runt sacras scripturas holy simpliciby. Tertio
fundauit statū cōmunē ⁊ iugatorū ⁊ simpliciū q̄
recepcrt sacrā doctrinā a doctoribus. nā sicut de⁹
influit i ūgelos: t angeli mouētes influūt i orbes
celor: t ecli influūt i elemēta: ita rps influxit p̄-
mo i aplos: aplī i doctores t doctores i pplm: q̄
sunt elemēta ecclie. Et hoc ergo prenidēs dō in
spū laudat diuinā pulcritū t bonitatē in h psal.
dicēs. O aia mea bñdic dño t lauda eū de tāta
sapiētia t mia. Itē sicut tñe primo creauit mū-
dū quo ad suas ptes p̄incipales: sz postea orna-
uit eū in trib⁹ dieb⁹ sequētib⁹: ita pariter rp̄us
primo fundauit eccl'am in aplis. Et postea orna
uit eā donis gratiarū spūsctī in die pentbe. Hec
ergo ola pulcēs dauid in spū: fecit hāc psal. in q̄
cōmēdat diuinā sapiam t pulcritū circa fundas
tionē t dispōnem eccl'ie: in quo q̄ttuor facit. Nā
primo cōmēdat diuinā potētiā circa fundatione
eccl'ie quo ad partes suas. Secdo quo ad ornatū
Tertio quo ad dispōnem tempor. Quarto agit
gr̄as. scda ibi. Rigās mōtes ij. ibi. Fecit lunā i
tpe. iij. ibi. Bit glia dñi. ¶ Quātū ad primū est
aduertēdū vt dictū fuit psal. xviij. q̄ cū eccl'ia sit
quidā mūdus spūalis siue microcosmus t dō mi
ficus in ea consideramus caput qui est rp̄s. Et
totū residuum s̄z corpus eius siue membra: t sic
rp̄s vno modo cōputat cū eccl'ia tanq̄ caput
eius: sicut de⁹ q̄ est prima causa totī vniuersi cō
putat vno modo cum toto vniuerso vt pr̄z primo
celi. t ideo cū rp̄s sit caput huius mūdi spūalis:
t hoc inquātū homo: ideo ppheta incipit funda
tionē ecclesie ab incarnatione: nā sicut dictū est
in alia expositione q̄ de⁹ in principio creationis
mūdi induit se decorē t cōfessionē: t fuit amict⁹
lumine sicut vestimēto cū creauit naturā ange-
licā ita pariter verbū eternū. s. filius dei in prin
cipio fundatiōis ecclesie circūdatus t indutus
est humanitate t in carne in vtero v̄ginali hoc q̄
p̄euidens dauid in spū excitās aiam suā ad lau
dē dicit. Bñdic aia mea dño t cōuersus ad rp̄m
dicit: o rp̄e dñe deus meus tu in principio fun-
dationis ecclesie magnificat⁹ es vehemēter. Nā
tūc induisti confessionē t decorē humanitatis. i.
mundā t imaculatā carnē de v̄gine assumptisti.
t sic fuisti fact⁹ speciosus forma pre filijs hom̄i-
nū. nā illā humanitatē vestē multipliciter orna
tam induisti: q̄ super te requieuit spūs sapien-
tie t intellectus spūs consilij t fortitudinis &c. t
talibus v̄tutib⁹ t donis fuisti amict⁹ t vestitus
sicut vestimēto: vñ triplici ornamēto fuisti indu
tus in illa incarnatiōe. s. cōfessione laudis ppter
magnā miam t humilitatē: q̄ cū esses in forma
dei voluisti induere formā serui. Secdo fuisti in-
dutus decore puritatis. Tertio lumine omniū
v̄tutū t donor: q̄ oia fuerūt in te tanq̄ in fonte
vt posses influere in mēbra tua. ¶ Deinde cū di
cit. Extēdēs celū &c. describit fundationē eccl'ie
rp̄i quo ad suas ptes vñ dictū est in psal. xviij. q̄
sicut iste mund⁹ sensibilis constat ex trib⁹ ptib⁹. s.
ex celo t elemētis t elemētatis: ita pariter mun
dus spūalis q̄ est eccl'a. Nā apli sunt celi: t eccle
sie doctores t martyres t prelati: sunt q̄si elemē
ta. t ppli sunt q̄si elemēntata. nā rp̄s tāq̄ caput
influxit doctrinā euāgelicā in aplos tanq̄ in ce
los: t apli in doctores t martyres t platos. Et
plati t doctores in pplos: q̄ apli tanq̄ celi enar
rāt gl'iam dei incarnati. Itē ist'met apli dicunt
etiam nubes inquātum pluerūt ymbrem euāge
licū p totū orbē. Itē dicūtur pēne vēror: nam si
cut duodecim vēti perflāt oēs partes terre t di
scurrūt totū orbē: ita duodecim apli discurrerūt
oēs ptes terre ferētes nomē iesu t nubē euāgeli
cā: t sic mouerūt totū orbē. Itē apli parati ad
alias ptes terre dicunt mōtes i sacra scriptura.
nā sicut a mōtib⁹ descēdūt fontes t flumina p cō
ualles ad cāpos ita ab aplis descēderūt flumia
euāgelica ad doctores t prelatos t extinde ad po
Paratum cor eius sperare in dño confirmatum est cor eius: non cõmouebitur donec despiciat inimicos suos.

Disperfit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

¶ Triplex ergo premium spũale narratur in his duobus versibus. Primum quia vir qui miseretur et commodat iocundus ⁊ securus reddet rationem in nouissimo die de bonis temporalibus sibi traditis. Secundũ q̃ premium eius in eternum nõ tollet ab eo. Tertiũ erit q̃ iustus et misericors memorabile⁹ et viuet in eternũ i bac ecclesia per gratiã ⁊ in superna per gloriam. Quartũ premiũ subdit propheta cũ dicit. Ab auditione

mala non timebit. Nam qñ christus dicet virgini bus fatuis nescio vos. ⁊ qñ dicet abscondenti talentũ in terra: seruc male ⁊ piger ꝛc. Et quãdo dicet oibus crudelibus ⁊ auaris. Jte maledicti in igne eternũ. Tñciste vir misericors non timebit a tali fnia ⁊ mala auditiõe. imo erit securus ō suo p̃mio. ideo talis auditio late fnie erit mala ip̃is auaris ⁊ impijs ⁊ crudelib⁹: quã sententiã auditã nõ timebũt misericordes. Et iõ sequit. q̃ coꝛtalis viri misericordis erit paratũ et firmũ sperare in dño ⁊ cõfirmatuz in bono. ⁊ nõ cõmouebit a firmo pposito. nec a premio sibi p̃misso ⁊ dato. Et in hoc despiciet inimicos suos. quasi dicat. Quod intñ erit firmus in iudicio ⁊ q̃ despiciet inimicos suos accusando eos ⁊ instãdo ℨ eos. sicut legit sapiẽtie. v. q̃ tũc stabit iustus in magna cõstãtia aduersus eos qui se angustiauerunt. Et etiã despiciet inimicos demones accusatores suos. ⁊ subdit vltimũ premiũ ⁊ summum ⁊ optimuz ipsius viri misericordis qõ erit habere regnũ ⁊ summã felicitatẽ ⁊ gl̃iam in patria celesti. Unde dicit q̃ iste misericors: qz cõmodauit ⁊ disperfit bona sua pauperibus, iõ iusticia ⁊ premiũ eius manebit in seculum seculi: qz erit eternũ ⁊ comu. i. bonoꝛ eius ⁊ felicitas exaltabitur in gloria celesti. Unde notãter dictũ est supra. Jocundus homo. qui miserẽ ⁊ cõmodat. Nam dare elemosynã nihil aliud est q̃ cõmodare eum tuo tradere siue seminare. Nã cõmodat tpalia ⁊ recipit eterna. ⁊ seminat tpalia ⁊ colligit spũalia ⁊ eterna. Unde cõmodare nil aliud est nisi mutuo aliquid tradere. s. sub spe recupandi ⁊ retribuẽdi aliquid mutuare. Et iõ largitio elemosynã dicitur cõmodare aut mutuare dupl̃r. Prio qz a deo p̃miũ p̃missuz misericordib⁹ expectat. Secundo: qz paupem recipientẽ ad rogãdũ pro eo obligat. Sed est aduertendum q̃ ly exortuz est in tenebris iumẽ rectis potest referri ad bona spiritualia. Nam gratia que declinat bomes a malo ⁊ facit bonũ potest cõputari inter bona spiritualia: ⁊ sic erit primus fructus spiritualis.

Lõmodat, misericors.

Peccator videbit et irascetur dẽtibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Rea. Thom. De pen. di. in ℨ. ex ℔ sensu.

¶ In hac tertia parte memorat ⁊ annũciat cõminat penã ⁊ p̃miũ ipsoꝝ virorũ crudeliũ ⁊ malorũ. que quidẽ pena erit quadrupler. Prio: q̃a cũ peccator superb⁹ videbit ibi in iudicio misericordes ⁊ paupes ad gl̃iaz destinari. quos ipse p̃secutus est in hac vita ⁊ cõtẽpsit. tũc irascet̃ p̃ inuidia ⁊ vrek in corde. Scõ qz fremet ex pena sensus ad quã destinabit ex fnia xp̃i. Tertio tabescet ⁊ putrefiet in anima ex pena vermis cum cognoscet se talẽ felicitatẽ p̃didisse ex sua clpa. Quarto: qz votũ ⁊ desideriũ suũ erit frustratus: q: tunc perdet gl̃iam mundi in qua cõfidebat. ⁊ illecebras ⁊ delectationes illius: ⁊ sic torquebitur in animo. Patietur ergo penã inuidie ⁊ fremitũ coloris sensus ⁊ rabiẽ vermis ppter culpãt amaritudinẽ cũ bonis mundanis ⁊ delectationi

Pena crudelius xp̃o.

bus p̃uatũ seriderit. q̃s penas describit sapiẽs sapiẽ. v. dicẽs. Et qui absulerũt laboꝝes illoꝝ sapiẽ. v. dicẽs. Et qui absulerũt laboꝝes illoꝝ turbabunt timore horribili ꝛc. per totũ capitulũ babunt timore horribili ꝛc. per totũ capitulũ. Illota q̃ omersuz est desideriũ ⁊ spes petõrũ lũ. Illota q̃ omersuz est desideriũ ⁊ spes petõrũ a desiderio ⁊ spe iustoꝝ. Nã petõres ponũt spem ⁊ desideriũ in delitijs ⁊ diuitijs ⁊ dñio tpali huius mũdi. Justi aũt oĩa ista cõtemnũt ponentes spem in vita futura eterna: ⁊ ppter illũ distribuunt diuitias in elemosynas pauperibus. Et iõ deficiẽt ⁊ spes istoꝝ nõ cõmouebit ab eis. imo iusticia ⁊ p̃miũ coꝛ manet in seculũ seculi. Sz deficiẽt ⁊ spes petõrũ peribit simul cũ eis. qz nihil inuenietꝝ diuitiaz suaz. qõ marie apparebit ⁊ cognoscet in iudicio. Et hoc cõcludit dauid in hoc psalmo in quo enumerat fructꝰ ⁊ p̃mia iustoꝝ et misericordiũ ⁊ dãna ⁊ penas peccatoꝝ ⁊ crudeliũ impioꝝ. A ¶ Et ex toto ergo isto psalmo inferuntur tres cõclusiões: quaꝝ prima est. q̃ ois timẽs deũ est misericors. qõ probat: qz ois timẽs deũ toto conatu cupit ⁊ laborat adimplere diuina mãdata. Sed omne mãdatũ est de charitate dei ⁊ proximi: ⁊ per cõs de mia erga primum. ergo ois timẽs deum est misericors. ¶ Secunda cõclusio q̃ ois misericors est beatus tam beatitudine tẽporali: q̃ eterna pbat. Nam ex mia ⁊ ex operib⁹ colligit ⁊ recipit. ꝛ. premia siue fructus tres tpales. ⁊ septem spirituales. Qui quidẽ de cem fructus reddunt boiem beatũ in bacvita in cipit de spe: ⁊ in alia in re. igit ꝛc. ¶ Primus fructus tẽporalis est copia ⁊ benedicto filiorum bonorum. q̃ hoc q̃ ait. Potẽs in terra erit semẽ ꝛc. ¶ Secundus fructus est copia bonoꝝ tpalium ⁊ bonoꝝ in bacvita per hoc q̃ subdit. Gloria ⁊ diuitie in domo eius ꝛc. ¶ Tertius est bona fama in bac vita: p hoc qõ subdit. Et iusticia eius manet in seculũ seculi. ¶ Primus fructus spiritualis est illustratio anime vt declinet a malo ⁊ faciat bonum. per hoc q̃ ait. Exortũ est ꝛc. ¶ Secundus fructus est iocũditas ⁊ securitas ad rñdendum in iudicio: per hoc q̃ ait. Jocundus homo qui miseretur ꝛc. ¶ Tertius erit memoria eterna ⁊ p̃miũ immobile. p hoc q̃ ait. Quia in eternum non cõmouebit ⁊ in memoria ꝛc. ¶ Quartus erit qz nõ timebit fniaz datã cõtra malos in iudicio per hoc q̃ ait. Ab auditiõe ꝛc. ¶ Quintꝰ erit. qz gaudebit cũ audiet xp̃m dicentẽ. Uenite benedicti patris mei. per hoc q̃ ait. Paratũ est cor eius ꝛc. ¶ Sextus erit. qz videbit vindictaz de inimicis suis. per hoc q̃ ait. Donec despiciat inimicos suos. ¶ Septimꝰ fructꝰ erit. bonoꝝ. ⁊ beatitudo eterna p hoc q̃ ait. Cornu eius exaltabitur in gloria. ¶ Tertia conclusio. q̃ p̃miũ auaroꝝ ⁊ crudeliũ erit quadrupler pena: primo ineffabilis inuidia ex prosperitate iustoꝝ secundo qz frement pena sensus: tertio qz tabescent pena vermis. quarto: qz frustrabunt in desiderio suo bulus mundi. ℨ ¶ Sed contra predicta arguunt auari dicentes. q̃ xp̃s iniuste condẽnabit in iudicio eos q̃ nõ egerũt elemosynas nam si quis custodiẽs bõa sua que iuste acquisiuit negat elemosinã pauperi. nulli facit iniuriã nec

Pena auaroꝝ ⁊ crudeliuz qua drupler

Universidad de Deusto
Biblioteca

furat aliqd nec agit ꝫ aliqꝺ decem preceptor: ergo nō ds panit. In oppositū est dauid i ꝟ psal. vt saluator. Matth. xxv. q dicet eis. Ite maledicti in ignē eternū ꝛc. Rideatur ꝙ subuenire miseris pauperib⁹ ꝛ indigentibus in necessitate. non solū est de lege euāgelica: ꝫ de iure et lege nature: ꝛ de lege moysi: ꝛ doctrina ppbetica. Sz vltra hoc ponit ꝑ oclusione ꝙ xp̄ianus negans elemosinā ꝛ auxiliū xp̄iano indigenti cōmittit furtuꝫ ꝛ agit ꝫ illud p̄ceptum: nō furtū facies. Pro cui⁹ pbatiōe ꝓsupponunt tres ꝓpositiones. ¶ Prima ꝙ negans aut retinēs debitū creditori: cōmittit furtū. ista est clara in foro ꝛscientie. ¶ Secōa ꝙ xp̄s veniens in carnē ꝛ passus labores ꝛ miserias p nobis ꝓstituit seipm creditorē. ꝛ nos oēs sibi debitores. pbatur. nā cū esset dei filius in gloria p̄is. seipsum exinaniuit formam serui accipiens cū septē miserijs nr̄is. s. cū siti ꝛ fame ꝛc. vt iste miserie essent instr̄m ad patiendū ꝛ merendū p nob⁹ q: voluit esurire ꝛ sitire ꝛ mēdicare ꝛ infirmari ꝛ peregrinari ꝛ capi ꝛ vendi ꝛ mori ꝛ i alieno sepulchro tāq paup p nob⁹ sepeliri. ergo vnus quisq obligat xp̄o reddere vicē. s. ipm ebare et parare ꝛ vestire ꝛ hospitari ꝛ redimere ꝛ sepelire ꝛc. ¶ Tertia ꝓpositio ꝙ oēs pauperes xp̄iani ꝛ indigētes peregrē amore xp̄i sunt hēdes ꝛ successores xp̄i. pbatur. q: dos reliquit xp̄s successoribus ad recipiendū p se debitū ꝛ auxiliū mie loco sui. vt ptz Matth. xxv. qōvni ex bis minimis fecistis mihi fecistis ꝛc. Ite capitulo. xxvj. Semp pauperes habetꝫ vobiscū q̄bus poteritis bñfacere. me aūt nō semp habebitis. q. d. ꝙ dū viuo tenemini subuenire q: post mortē ꝛ resurrectiōez iā relinquo vobis pauperes. q̄b⁹ poteritꝫ subuenire loco mei. Dis ꝫ habitis arguit sic. oēs negās auxiliū ꝛ miaz xp̄o cōmittit furtū. ꝫ negās miaz pauperibus indigētib⁹ negat auxiliū xp̄o ei⁹ oēs pauperes sint xp̄i successores. cui nos oēs sum⁹ debitores. ꝫ oēs diues negās auxilia ꝛ miaz pauperibus in necessitate positis. cōmittit furtū ꝫ xp̄z: ꝛ per ꝺns iuste pōt ips ꝺdēnare in iudicio diecē. Ite maledicti i ignē eternū ꝛc. Et p ꝟ rōnis ad argumentum auaroꝝ. Qz sub pena furti vnusq̄sq xp̄ianus de iure obligat subuenire pauperibus in effectu vel in affectu. vt magꝫ patebit. psal. cxiij

Mota.

Pauperes sunt xp̄i heredes.

Laudate pueri dñm: laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsq̄ in seculum.
A solis ortu vsq̄ ad occasum laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dñs: ꝛ super celos gloria eius.

¶ Titulus alleluya. Ex titulo apparet ꝙ iste ē de illis psal. ꝙs dīxerit ad laudādū nomē dñi in tēplo: vt sepe dictū est. Unde est notādū ꝙ iudei moderni i trib⁹ magnis festiuitatib⁹ ꝛ in oi neomenia cāāt istū psalmū cū ꝙnq̄ sequētibus. Et appellāt ipsum alleluya magnū siue hymnū magnū: q: ex ser psal. faciūt vnū ꝛ etiā in nocte pasche postq̄ comederūt panē azimū loco agni paschalis. dicūt istū psal. cū magna solēnitate: ꝛ dicūt ꝙ ita faciebāt primi pres in pāo ꝛ scōo templo. Ex hoc isti iudei moderni nulla auctoritate nec rōne p̄nt ꝓbare. immo dūc ritū ꝛ multas alias cerimonias quas hodie seruāt ordinarūt tal mudiste in babilonia egypti rpe magni Cōstantini. Nā a ōstructiōe secādi tēpli vsq̄ ad magnū Cōstātinū tāq̄ bestie viuebāt iudei oīpli ꝛ captiui p mūdū sine aliqua cerimonia. ꝛ ritu. Sed videtes maiores coz ꝙ maiora paro iudaisini conuertebāt ad fidē xp̄i simul cū populo gētili. Tūc cōgregati in babylonia egypti p̄fectuauerūt scripturā vete. test. quasi ad suū intētū. Et ordinauerūt quosdā ritus ꝛ cerimonias quas hodie seruant: immo est dicēdū de titulis psalmoꝝ ꝛ cerimonijs ꝛ ritibus qui seruabant in pāo ꝛ scōo tēplo. meli⁹ scimus nos dare rōnez ꝙ ipi: ꝛ hoc p Josephum ꝛ Philonē ꝛ alios antiquos quos ipi penitus ignorāt. Et ō in sil'ib⁹ nulla fides est eis adhibēda. Et ō nō est multū curādū de qui busdā ad fidē nouiter cōuersis qui volūt succedere siue incipiēdo ab abel p tpa discurrēdo dos ser psalmos exponere. cū manifeste iste psal. primo loquat de cōuersiōe ppli gētilis facta post xp̄m. Nam manifeste ppbeta inuitat ppm gentilem ad fidē conuersum. A solis ortu vsq̄ ad occasum ad laudandū deū: ꝛ agēdū gratias. coq ipsuꝫ de stercore idolatrie suscitauit. Et inter principes populi sui collocauit vt patebit. ¶ Ad cuius intellectum est notandum ꝙ dauid legens ꝛ contēplans mysterium anne matris samuelis que ante erat sterilis ꝛ deiecta ꝛ opprobrijs afflicta et contempta a fecunda pellice sua. Et quomodo propter humilitatem suam deus aperit vuluam eius: ꝛ peperit samuelem qui fuit sanctus et iudex i israel. Et reprobatio ꝛ intersectio filioꝝ heli transiatum est sacerdotiū ad samuelez. Unde Anna mater eius repleta spiritu sancto cecinit illud canticum. Exultauit cor meum. vt patet p̄mo Reg. ij. c. In quo manifeste p̄dicit reprobatiōez ꝛ abdicationem synagoge ꝛ electionē populi gentilis. Per qō mysteriuꝫ p̄uidit dauid in spiritu qualiter synagoga que ante erat fecūda in copia filiorum: erat repudianda a viro suo christo. quem per longa tempora expectauerat. Et propter superbiā. Et p̄uidit qualiter gentilitas que per magna tempora fuerat sterilis. qz non generabat filios ad cultum diuinum: debebat effici fecunda in aduentu Christi. co ꝙ ipsuꝫ in virum erat acceptura. ꝛ ex eo plurimos filios regeneratura. Itaq̄ ꝙ ipsa que ante erat abiecta i domo dei erat recipiēda. ꝛ ex filijs suis erat ecclesia cōgregāda: ꝛ filij sui ꝙ ante erāt pagani: debebant efficī ciues. ꝛ habitare in ciuitate et domo dei. Et sic domus dei que ante stringebatur intra fines palestine erat dilatanda a solis ortu vsq̄ ad occasum: ꝛ deus qui solum in iudea erat notus. erat adorādus ꝛ colendus a so-

Mot. de synagoga prohanda.

lis ortu vsq̄ ad occasum per vniuersum orbem a populo gentili ad xp̄m cōuerso. Et de hoc fecit dō būc psal. in quo duo facit. Nā primo inuitat totū ppm gentilē ad laudandū dīm venientem in carnē. scōo ostēdit ei⁹ opulentiā: ꝛ largitatē ꝛ beneficia quare est laudandus ibi. Quis sicut dns ¶ Quantū ꝫ ad p̄mū dicit dō: o pueri. i. gētiles ad xp̄m nouiter ꝓuersi simplices ꝛ teneri in fide laudate dñz nr̄m iesum xp̄z: ꝛ laudate nomē dñi qō est saluator: q: saluauit vos: qz vt sic est de⁹ et dō. Et nomē ei⁹ qō est iesus sic bñdicti a vobis ꝛ inter vos ꝓfitētes ips verū deū ꝛ bonem redē ptorē. Et colite eū: ꝛ nō solū colatis ꝛ bñdicatis ipsum ad tēpus. sicut iudei q̄ coluerūt deū vsq̄ ad adnētū messie ꝛ postea maledixerūt eū ꝛ negāt eū in xp̄o. Ex colite eū. Et sit bñdictū a vobis: et hoc nūc. i. ex tūc instanti in quo ceptistis fidē vsq̄ in finē ꝛ in eternū ꝛ in oīi tpe. Et nō solū in oīi tpe: sed in oīi loco a solis ortu vsq̄ ad occasum i. ab indiavsq̄ i hyspaniā ꝛ mauritaniā q̄ sūt ad occasū ab ethiopia i seytbiā sit laudabile nomē dñi a vobis: q̄ aūt ꝓbetia iā fuit ipleta. Nā omnes illi ceperunt fidez vt ostensum est a psalmo ix. Et reddit eām q: excelsus sup oēs gētes dns Nā sicut in glia est sup oēs celos ꝛ sup oēs angelos. Ita ergo debet esse ꝛ erit excelsus sup oēs gētes. Quasi dicat ꝙ sicut oēs angeli obediūt ꝛ laudāt deū. Ita omnes gētes venient ad fidem: ꝛ laudabunt deum a solis ortu.

Iacob. iij. ꝛ. i. pe. v. i. reg. ij. b

Quis sicut dominus de⁹ noster q in altis habitat: ꝛ humilia respicit n celo ꝛ in terra
Suscitās a terra inopem: ꝛ de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus. cū principibus populi. sui.

Oipotētia ꝑgio i hoc demōstrat

¶ Dic ostēdit dei oipotētia quare est laudādus: ꝛ qñ est excelsus super celos ꝛ sup oēs gētes. D ¶ Cū est notandū ꝙ oipotentia vnius regis marie in ꝟ demōstrat. s. ex magnis facere quos ꝛ ex pusillis magnos. Et deiicere supbos ꝛ exaltare hūles. Et peccre subiectos: ꝛ debellare supbos. Et ō ygo maria in cātico suo: marie in ꝟ ostendit deū esse oipotētē: q: deposuit potētes de sede et exaltauit humiles. Et dispersit supbos mente cordis sui. Dicit ergo oō. Quis ops supple sicut est dns de⁹ noster qui i celis altis habitat. i. summitatem ⁊imperium sup oīa tenet. Et tū humilia ꝛ solos boies respicit ꝛ diligit ꝛ fauet rā in celo ꝙ in terra. Nā in principio delecit luciferum cum sequacib⁹ suis supbis de celo. Et exaltauit michaelem ꝛ alios humiles. ꝛ fecit michaelē principem militie celestis. cum esset minor lucifero i natura. ¶ Et oīdit etiā de⁹ magis suam omnipotentiam cū ex bolbus qui tenēt vltimum gradū in genere intellectiuoꝝ suscitauit ꝛ eleuauit ꝙs dā p gratiā in tam sublimem gradū: vt possideāt loca ꝛ sedes p humilitatē. ꝙs illi āgeli ꝓdiderūt per superbiam. Et collocauit inter principes populi ꝛ celestis exercitus. Unde de⁹ primo respexit humilia in celo qñ āgelos humiles ꝛ obedientes elegit: ꝛ supbos i infernū detecit. ¶ Secūdo respexit humilia in terra qñ seipsum exinaniuit. formā serui accipiēs. Et tūc erexit de terra inopē ꝛ pauperē qñ hominē sanctatum ꝛ expoliatū redemit. ꝛper gratiā elegit. Et tūc inter p̄ncipes populi sui collocauit qñ iter hierarchias angeloꝝ collocauit. Ite tūc suscitauit xp̄s a terra inopē. qñ hominem sanctatum relictuꝫ in terra iacentem supra humeros suos posuit: ꝛ a morte peccati per mortē et passionem suam redemit. ꝛ in celo iter angelos collocauit. Ideo subdit. Suscitās a terra .i. oc dominib⁹ de terra formatis inopem. s. adam ꝛ petrum ꝛ paulū ꝛ latronem et magdalenam ꝛ ceteros penitētes et terrenos et erigēs pauperem de stercore terrenoꝝ. Vocat hominem pauperem inquātum per peccatū fuit expoliat⁹ bonis gratuitis. ꝛ originali iustitia cuꝫ suo premio fuit priuatus. Et vocat ipsum inopez inquātū fuit sanctat⁹ in olb⁹ potētijs fomite cōcupiscentie debilitatus. Et sic fuit sine auxilio: Et istum collocauit inter principes p̄pli sui. i. inter hierarchias angeloꝝ ꝛ inter principatus ꝛ potestates: vnumquēq̄ ꝛm mensurā gr̄e sibi collate ꝛ ꝛm merita ꝛ opera bona collocauit. Item exaltauit apostolos ꝛ euāgelistas et martyres: ꝛ omnes penitētes ꝛ fideles: hic per gratiam et in celo per gloriā: ꝛ inter hierarchias que sunt p̄ncipatus celestis collocauit. Ite exaltauit petrū ꝛ iohannez ꝛ iacobum. ꝛ ceteros apostolos ꝛ discipulos de stercof ꝛ fimo artis piscatorie ignorātia ꝛ simplicitate ꝛ per dona spiritussancti eos ex piscatoribus apostolos ꝛ euāgelistas ꝛ doctores fecit ꝛ principes terre cōstituit. Et sic inter principes populi sui. s. ecclesie sue collocauit. Nā p̄ncipes ecclesie sunt patriarche ꝛ ꝓphete ꝛ apostoli. Sed p̄ncipaliores sunt apostoli q̄ nati sunt ecclesie ꝓ patribus suis ꝛ substituti. Nā ecclia xp̄i ex pauperibus ꝛ simplicibus cōgregata est ꝛ eleuata ꝛ suscitata. Et i hoc magis ostēsa est xp̄i potētia. Item etiam p inopem suscitatuꝫ a terra intelligit populum gentilē liberatum a terrenis per fidem. Et per panperem erectuꝫ de stercore intelligit quemlibet peccatorem a sordibus peccatorum per penitētiam mundatum ꝛ eleuatum. Nā ille erat mortu⁹ in terra ꝛ iste facebat inuolutus in stercore peccatoꝝ. D ¶ Tres ergo cōditiones personarum christus eleuauit et suscitauit a terra. Nam primo suscitauit adāt totam suam posteritatē fideliū ꝛ collocauit inter hierarchias angeloꝝ. ¶ Secūdo suscitauit apostolos ꝛ ceteroꝝ discipulos a terrenis ꝛ de stercore cerimonialiū. Et ꝓstituit eos p̄ncipes ecclie: ꝛ collocauit eos cū principibus celestis exercitus. ¶ Tertio suscitauit ꝛ erexit populū gētilem a terrenis voluptatib⁹ ꝛ stercore ꝛ spurecia idoloꝝ ꝛ nepādoꝝ rituū. ꝛ collocauit eos cū ꝓncipibus populi sui in celo p gloriā ꝛ i hac ecclesia p gratiam ꝛ bonorem. Nam successores apostoloꝝ eos fecit. Et ex eis episcopos ꝛ sacerdotes cōstituit: vt magis patebit in sequenti versu.

Tres cōditiōes ꝑsonarū xp̄s suscitauit seu eleuauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui habitare facit sterilē in domo: matrē filiorum letantem.

¶Hic cōcludit p̄cipale intētū. Nā posq̄ ostēdit oppositionē dei: eo q̄ de celo eiecit angelos superbos & rebelles in abyssum infernī: suscitauit de terra hominē pauperē & iopē & collocauit cū inter p̄cipatus angelor vt possideret loca & sedes quas angeli supbi pdiderant. Ita pariter rōsauenit in hūc mūdum missus a patre tāq̄ messias i lege p̄missus ad synagogā fecūdā copie filiorū quā deꝰ āte p magna tēpora despōsauerat: & sublimē gradū creauerat: in p̄priū populū & hereditatē elegerat: cui tot bñficia cōtulerat & sibi ducē & saluatorē & messiā p̄miserat: q̄ cū de hoc mūdo in celū trāsferret. Sed ipsa velut rebellis & ingrata: nō solus ipsum negauit & repudiauit: sed etiam crucifixit. Jō xp̄s post resurrectionem & ascēsionē ipsam repudiauit & abdicauit & reprobauit & maledixit: & sterilē reddidit. Quia sanctuario & lege p̄uauit & regno & sacerdotio & hostia & sacrificio. Et synagoga repudiata, ecclīam ex gētibꝰ congregauit & sibi cā despōsauit: & fecūdā reddidit cū sibi legē euāgelicā et sacra donauit. Ex qua copiā filior p sacra quotidie regenerat. Itaq̄ gētilitas q̄ āte erat sterilis & pagana, & exul extra domū & hereditatē dei. Hūc autē facta est spōsa xp̄i & mater multor filior, & secunda: & habitat in hereditate dei & domo q̄ est eccl̄ia: hic p gr̄am & in futuro p gloriam. Jdeo dicit dauid dene deus est omnipotēs & laudādus in celo & in terra & excelsus. Nā gētilitatem quondam sterilem per conuersionem ad fidem factam fecūdam matrem multorum filior facit habitare in domo sua letātem: que est ecclesia abdicādo & repudiādo synagogam: que ante erat spōsa & fecunda: & hoc factum est ex eius superbia & ingratitudine. Nota q̄ dauid ex duob? concludit repudationem synagoge & electionem ecclesie ex gētibus congregate. Primo exemplo electionis angeli superbi & sublimatiōe bois humilis succedētis in dignitatez. ¶Secundo per figuram anne que ante fuerat sterilis: postea facta est fecunda: cuius proles. i. samuel successit i sacerdotium filijs beli reprobatis. Et ꝺ adducit dō in similitudine verbor. Primo cū dicit. Suscitās a terra inopē. Et sōm cā subdit. Qui habitare facit sterilē in domo: de quo mysterio cāticum cecinit anna. i. Reg. ij. ¶Item hoc idē vaticinatus est Esa. xliij. dicens. Tauda sterilis q̄ nō parturis &c. Quā ppheriā adduxit apostolus ad Gala. iiij. ad pbandū gentilitatē venturā ad gaudiū & laudē dei. Et ideo dō preuidens hoc antecp̄ Esa. in hoc psal. excitat gentiles nouiter conuersos ad laudem dei dicēs. Laudate pueri dominum: pro gratiarum actionibus. Ex supradictis in hoc psalmo possunt recolligi sex conclusiones.

¶Prima cōclusio q̄ nomen domini iesu fuit dilatatum inter omnes gētiles & cultus dei a solis ortu vsq̄ ad occasum.

¶Scōa cōclusio q̄ cū deus sit excelsus: tū supbos despicit & humiles respicit & eligit.

¶Tertia cōclusio q̄ tunc deꝰ in celo respexit dumilia. q̄ angelos supbos de celo deiecit: & obedientes elegit: & in gratia confirmauit.

¶Quarta cōclusio q̄ tūc deꝰ in terra respexit et inopem de terra suscitauit: q̄ carnem suscepit & hominem de morte peccati liberauit.

¶Quinta cōclusio q̄ tunc pauperem de stercore erexit inter principes populi sui collocauit q̄ reprobatis iudeis gētiles de stercore & spurcitia idolorum retraxit & inter apostolos & angelos in celo collocauit.

¶Sexta cōclusio q̄ christus tunc sterilem in domo tanq̄ matrē filiorum fecit habitare quando reprobata synagoga ex gentibus conuersus sua ecclesiam cōgregauit & sic gētilitas que ante sterilis erat sine fructu. facta est fecunda et mater multorum filiorum per xp̄m.

¶Sed dubitaret forte aliquis quare dauid dicit. Laudate pueri dñm laudate nomen domini &c. Et postea subdit. Laudate nomen domini quoniam suauis est &c. q̄ videtur facere differētiam inter dominum & nomē domini & inter laudate dominum & laudate nomen domini. Ad q̄ respondet q̄ dauid hoc non fecit absq̄ grandi & profundo mysterio. Nam dictum est in prologo tractatu quarto q̄ in sacra scriptura frequenter memoratur: deꝰ & verus dominus & verbum dei: siue verbum domini. Et nomen dei siue nomen domini. Et dictum est ibi quomodo deus siue dominus quandoq̄ sumitur essentialiter quod idē est q̄ deꝰ trinus & vnus: vt ibi. In principio creauit celum & terram. Et quandoq̄ sumitur personaliter p̄o persona patris vt ibi. Dominus dixit ad me filius meus es tu. Et quandoq̄ sumit p̄o persona filij: vt Esa. xv. pater dicit ad filium Tu es deus absconditus. ¶Sed verbum dei: siue verbum domini semper sumitur p̄o persona filij: quod quidem verbum: pater ab eterno dicendo produxit per quod ex tēpore facta sunt omnia. Sed nomen domini idem est q̄ verbum incarnatum scilicet dominus noster iesus christus deus & homo messias in lege promissus. Nā inquantum verbum ab eterno explicat totā essentiam patris tanq̄ eius propria diffinitio vt ibi dictum est. Sed inquantum verbum incarnatū dicitur nomen dei: eo q̄ explicauit et notificauit mundo quattuor ineffabiles effectus dei. scilicet omnipotentiam per miracula: et summā dei sapientiam per dationem legis: & in sua predicatione et spiritussancti missione. Et notificauit summam iusticiam in iudeorum & tyrannorum punitione. Sed magis illam notificabit in generali iudicio. vt frequenter dictum est. Propter ista ergo quattuor que christus mundo de patre notificauit iesus christus dicitur nomen domini. Et ideo dixit ante suā passionem. Joh. decimo septimo. Pater manifestaui nomen tuū hominibus: vt ostenderet q̄ propter hoc venerat in mūdum. Et hoc est nomen nōi tetragrammaton: qđ

obiectio

Nōmen nōi dicit verbum incarnatum &c.

Nōmen qđ sumit p̄ p̄sona nā. &c.

Verbum sp̄ sumit p̄ p̄sona filij.

in lege veteri quattuor: litteris scribebat. scz yot he. vau. he. Que q̄dē quattuor littere hoc nomē yohe sua i hebreo sonāt & redduntur. qđ latine iesus declinatur qđ hebrei ꝓpter naturā litterarū adnay. pnūciabant. Et sic hoc nomē iesus est illud nomen dei quod oēs patriarche et ꝓphete videre desiderabant. Et hoc les veteris testamēti scire desiderabant. Et hoc nomen iesus oēs inuocabāt. & in hoc oēs saluari expectabant. Et quibus patet q̄ differentia est maxima inter istud nomē dñi. Et noīa rerū creatarum. Nam omnia nomina rerum creatarum vel sunt mēntalia: vel vocalia: vel scripta: & sic oīa sunt accidēntia trāsitoria. Et ita sunt signa rerum & notificāt. Nam que nō sunt res quas significāt & notificāt. Nam hoc nomen homo dñi filiabū. nō est homo: sed significat hominē. Sed ipse dñs iesus xp̄s est subsistēta & res realis. & est ipse deꝰ q̄ in mūdo realiter per sua opa & effectus notificauit mūdo nō q̄ xp̄s sit pater. sed est cadē substātia diuina cum patre & deus sicut pater & vnus deus cū patre & spūsancto. Et ideo quādo in sacra scriptura memoratur nomen dei siue nomen dñi non intelligitur hoc nomen deus habens duas syllabas breues q: vt sic nō est deus sed quoddam accidens. Sed intelligitur iesus xp̄s saluator mostet deus & homo qui notificauit mundo summā dei omnipotentiā & sapientiā & misericordiā & iusticiā et voluntatē patris. Nam sicut verbū materiale induit vocē vel litterā vt notificet intentionē. Ita verbum diuinū induit carnē vt nobis notificaret diuina mysteria: vt inquit augustinus. Et sic ꝓpter q̄ omnia creata notificātur per nomina prime intentionis vel impositionis. Sed solus deꝰ notificatur per nomen reale qui est iesus saluator nostet per verbū incarnatum qui nō constituitur ex litteris. sed ex verbo in dūanitate. Unde dictus est psal. viij. q̄ verbum incarnatū est nomē quo deꝰ pater nominat se. Jste ergo iesus saluator est illud nomē dñi quod offices sancti patres expectabant & inuocabāt in veteri testamento in quo expectabāt saluari. Unde hoc est nomen dñi quod incepit inuocare enos. Gen. iiij. Item hoc est nomen dñi quod inuocauit abrā: quādo edificauit altare dñi. Gene. xij. & xiij. Item hoc est nomen dñi qđ inuocauit ysaac in altari edificato. Gen. xxvj. Item hoc nomē inuocauit iacob super lapidem quem erexit in titulū. Gene. xxviij. Itē hoc est nomen dñi quod deus non reuelauit visibiliter patribus veteris testamenti vsq̄ ad incarnationē. Itē hoc est nomen dñi quod venit de lōginquo. Esa. xxx. Item hoc est nomē dñi de q̄ dicit Esa. xij. Haurite aquas de fontibus saluatoris. Et dicetis in illa die. cōfitemini dño: & inuocate nomē eius. Item hoc est nomen domini. et nomē dei iacob qđ dauid in toto isto libro psalmorum exhortatur inuocandum & laudādum semper de quo ꝑcipue dicit in hoc psalmo. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Unde ly laudate dñm dicit deum in trinitate & ly nomen dñi: dicit verbum incarnatum. i. iesum christum saluatorē Quasi dicat: o gentiles conuersi ad fidem. Laudate dñm deū in trinitate perfecta. & laudate nomen dñi. scz iesum christum deum & hominē verbum incarnatū. Sic etiam hoc nomen dñi iesus laudabile per totum populū gentilē a solis ortu vsq̄ ad occasum. Postq̄ iudei receperunt ipsum. Quasi dicat q̄ nō sufficit ad veras & perfectā latriam solū adorare. et deum trinū & vnū colere: & laudare Sed oportet iesum xp̄m verbum incarnatū saluatorē colere & laudare: & cū ceteris articulis ad humanitatem pertinētibus credere. ¶Et supradictis patet q̄ iudei non adorāt nec laudant nec colūt deum. Probatur. Nā nō intēdunt immo detestātur adorare deū trinū et vnū. Sed ille qui est verus deus creator omnium est trinus et vnus: et nullus alius est verus deus: vt frequēter probatū est per scripturā. Ergo nullū deum adorant nec colunt. ¶Itē secūdo sequit q̄ iudei non laudāt immo semp blasphemāt nomen dñi in scriptura frequēter memoratum. Probatur. Nā fugiter blasphemant xp̄m & nomen eius in suis synagogis & domibus in publico & in secreto. Sed iesus xp̄s est illud nomen dei in scriptura frequēter memoratū. ergo continue blasphemāt deum et nomē eius. Jdeo sicut reprobati et maledicti. de quibus dicit Esayas. j. Blasphemarūt sanctū israel. Et alienati sunt retrorsum. Item blasphemauerunt nomen meū quotidie. Et quia hoc nomen dñi contēpserunt iudei: ideo fuit dilatatū & veneratus per omnes gētes a solis ortu vsq̄ ad occasum. Jdeo dicitur Malachie. j. A solis ortu vsq̄ ad occasum: magnum est nomen meū in gentibus & in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Quia magnum est nomē meū in gentibus & vos polluistis illud &c. Preuidens ergo dauid in spū reprobationē iudeorum: eo q̄ contēpserunt hoc nomen dñi & blasphemāt quotidie. Et preuidēs cōuersionē populi gētilis in quib? debebat hoc nomen iesus coli & laudari. Dicit: laudate pueri dominum: laudate nomē dominī &c Quasi dicat Postq̄ iudei reprobati contēpserunt deum trinum et vnum et iesum christū qui est nomen domini. ergo vos gentiles tanq̄ pueri nouiter conuersi laudate deū in trinitate: et vnitate et verbum incarnatum quod est nomen domini. scilicz iesum christum filium dei et deum et hominem. Ex quibus patet: q̄ semper in sacra scriptura per nomē domini intelligitur iesus christus dominus noster. deus & homo messias in lege promissus. Sed miseri & ceci iudei hoc mysterium & sacramentum capere non possunt ex maledictione et cecitate eis inflicta: quia non sunt digni tāto beneficio nec lumine illustrari.

In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro.

Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius.

Exo. xiij

de cōsc. dist. ij. c. reuera.

De cõse. di. ij. c. tenera.

Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum.

Montes exultauerunt vt arietes: et colles sicut agni ouium.

¶ Quis psalmo in hebreo nullus titul' ꝓponit. Propt̃ qõ iudei dicũt q̃ nõ est psalm' distinct' a ꝓcedenti. Sz hoc videt falsum. Primo quidem materia specialis et distincta. Scõo q: iste cõputat psalm'. cxiij. fm hieronymũ et oẽs catholicos. Tũ licet nõ explicet titul' tñ manifestevidetur q̃ sit allatic'. et qõ dõs fecit ipsum ad laudãdũ deũ appropriatũ in festo dedicatiõis tabernaculi et tẽpli. In quo dñr̃edit agere gr̃as: q: dẽ' memor fuit nostri et benedixit nob: et liberauit nos de captiuitate diabolica et de iugo idolorũ. Et de ꝓsecutiõe tyrãnor ꝓ xp̃m filiũ suũ: sicut quõdã liberauit israel de egypto. Et sic ꝓpositio principal' itẽdit agere gr̃as: q: xp̃s redemit nos. et elegit nos i ꝓpz suũ et hereditatẽ. Et ꝛ ꝑbat ꝓ tria mysteria tãg̃ ꝓ tres ꝓpões. ¶ Quarũ ꝑma est q̃ sol' ꝑplo israel fuit elect' ad laudandum deũ.

¶ Secũda q̃ sola iudea et terra ꝓmissiõis fuit dedicata et sanctificata tanq̃ ꝑpri' loc' vbi dẽ' colit. ¶ Tertia q̃ solus dẽ' israel et nullus alius est venerandus et colend'. Ideo psalm' iste diuidit in tres partes. Nã i ꝑma ꝑbat simul ꝑmas duas ꝓpositiões. In scõa ꝑbat tertiã. s. q̃ sol' dẽ' isr'l est colendus. In tertia resumit ꝑbationẽ secũde ꝓpositionis. s. q̃ a solis filijs israel est deus colẽdus. secunda ibi. Deus aũt noster in celo. Tertia ibi. Non mortui laudabũt. ¶ Quãtũ ergo ad pmũ ꝓponit ꝑmas duas ꝓpositiões. s. q̃ sola terra iudee siue terra ꝓmissiõis est loc' dedicat' ad cultũ diuinũ. Et solus popul' israel est dedicat' ad colẽdũz deũ. Et dicit q̃ in exitu israel. i. cum ꝑplo israel exiret de egypto. s. de illo ꝑplo barbaro et extraneo et rudi: et ibumano. Tũc facta est iudea sanctificatio ei'. i. loc' sanctificat' et dedicat': et deputat' ad dei cultũ et sanctificationẽ. Et

Secũda

hec est ꝑma ꝓpositio. Secũdavero q̃ factus est israel potestas et possessio ei' et ꝑplus electus ad colẽdũ deũ. Et iõ dicit moyses pharaoni et ꝓte dei. Dimitte ꝑplz meũvt sacrificet mihi etc. Exo. viij. ¶ Itẽ psalmo. xiij. Dedit eis regiões gentiũ vt custodiãt iustificatiões ei' etc. Et has ꝓpões ꝑbat dauid. s. q̃ dẽ' elegit hũc ꝑplm quod appareret. Nã cũ miraculis deduxit eũ ꝑ desertũ: et cuz miraculis introduxit eũ in terrã ꝓmissionis. Nã mare rubrum fugit in trãsitu eorũ. et diuisum est in duodecim partes. Ergo signũ est q̃ deus elegit sibi populũ et dilexit ad cultum suũ. Item: iordanis conuersus est retrorsum in introitu terre ꝓmissionis et filij israel transierunt pede sicco. ergo signum est q̃ deus elegit illam terram et locũ ad cultum suum. Item quando ingressi sunt inuenerunt bona pascua in terra pinguj et fecũda. et fi cut agni ouium exultant sequentes matres per loca montes pingues vberes ita filij isr'l exultauerũt ꝑ mõtes terre ꝓmissiõis occupãtes mõtes pingues et ciuitates et oppida et cãpos coagula-

Diuisio psalmi.

Prima.

tos et vberes: et trucidarunt: et elecerunt chananeos a sedibus suis.

Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis q: conuersus es retrorsum.

Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouum. Exo. xij

A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum et rupem in fontes aquarum. exo. xvij Nũe. xx.

¶ Dic ꝑbat q̃ hoc factũ est ex magno miraculo. Tũ querit dauid vt ꝑbet ꝓpõens. omare q̃d est tibi q̃ fugisti. i. vnde euenit tibi cũ sis res inanimata. et sine sensu et cognitiõe q̃ ita fugisti. et fuistidiuisum in duas diuisiones et partes et dedisti locũ vt transiret ille populus cum hoc sit cõtra naturam tuã. Et similiter o iordanis q̃d euenit tibi q̃ in transitu eorũ et introitu cõuersus es retrorsuz cõtra naturã tuaz. Et o vos mõtes quare exultastis vt arietes. Et vos colles q̃re exultastis sicut agni. ouiũ recipiẽtes illũ populum. et abiicientes chananeos et ferezeos etc. Luz in nob essent ciuitates ierpugnabiles: et oppida. Quasi dicat: quo modo et qua potestate boc potuit fieri. Respõdit et soluit q̃stionẽ dicens. Quia supple a facie dñi mota est terra. Non a facie deorũ gentiliũ: sed a facie dei iacob: qui est verus dẽ'. Qui in nube ꝓcedebat illũ. Et in arcba sedebat sup cherubiu. Et sic omnia obediebant ei. et sedebãt. Nã in virtute dei moyses percussit mare cũ virga. et aque diuiserunt se obedientes et parẽtes creatori suo Et sic factũ est de cõuersione iordanis retrorsuz et de ruina murorũ iherico. tin victoria iosue contra omnes reges chanaan. Nã omnia prosternebant: et edebant: et parebant ꝑsentie et potestati. et voci dei existentis in arcba. Qui etiam conuertit petram oreb in stagna aquarum. Exodi. xvij. Et postea rupem et silicem in fontes aquarum. Numeri. xx. Ex quo patet q̃ omnia ista nõ facta sunt in potestate dominũ: sed in sola dei potestate qui elegerat illum populum et terram ad suuz cultum: sicut promiserat ipsi abraham et ysaac et iacob: nec fecit deus hoc ꝓpter merita illi' populi qui multotiens deum prouocauerat ad iraz in deserto. Sed dẽ' hoc fecit. scilicet introduxit in terram ꝓmissionis cum tot signis et miraculis ꝓpter solam misericordiam suam et veritatem. scilicet vt impleret promissum quod pollicitus fuerat ipsi abrahã et ysaac: et iacob. scilicet q̃ daret illam terraz filijs suis etc. Ideo sequit.

Nõ nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. j. ctrũ

Super mia tua et veritate tua: ne q̃n dicãt gentes vbi est deus eorum.

¶ Nõ nob dñe. sz nomini tuo da gliam. i. ista potestas et glia nõ est tribuẽda nob: sz nomini tuo. Nec dedisti nobis istã gliam ꝓssessiõem ꝓpter nostra merita: sed ꝓ fecisti. misericordia tua et veritate tua. idest ꝓpter solã misericordiam tuaz

In exitu israel.

et ꝓpter veritatẽ tuaz. s. vt impleres q̃d ꝓmisisti ꝓbis nr̃is: et sic maneres ver' et nõ fallax. ne q̃n dicãt alig̃n dicat nec dicerẽt gẽtes. Ubi ẽ dẽ' eor. Nã si nõ ipse misisset ꝓmissa irridẽdo dirissẽt gẽtes: vbi ẽ Xp̃istus vester: eor q̃ ꝓmisit eis terrã tnõ tes: vbi ẽ Xp̃istus vester: eor q̃ ꝓmisit eis terrã tnõ dedit. Quasi dicãt mendax et fallax est: q: sic eos deceꝑit vel nullus est. ¶ Itẽ si nõ dedisset nobis victoriã: tãc gẽtiles dixissent Ubi est dẽ' eor qui non iuuat eos quasi dicerẽt. Forsan dormit deus israel: q: non iuuat eos.

infra. cxxxiij. c sup. xv. di. xxvj. q. iij. c. stendũ.

Deus autem noster in celo: omnia quecũq̃ ꝓ voluit fecit.

Simulacra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum.

Os habẽt et nõ loquentur: oculos habent et non videbunt.

Infra cxxxiij.

Aures habent et non audiẽt: nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt: non clamabũt in gutture suo.

¶ In scõa parte ꝑbat tertiã ꝓpositionem. s. q̃ sol' dẽ' israel est colẽdus et nullus alius. Quã sic ꝑbat. Nã sol' ille dẽ' est colẽdus et adoratione latrie venerãdus q̃ fecit quecũq̃ voluit in celo et in terra. Sz sol' dẽ' israel est huiusmodi: et nullus alius Ergo dij gẽtiũ nihil possunt facere cũ nõ sint res viue et inaiate. igit sequit hec ꝓia aduersuz superiorẽ. s. ne q̃n dicant gẽtes vbi est dẽ' eor. Ideo dicit dauid. Deus noster est colẽdus: et nõ dij gentiliũ: q: dẽ' noster est ver' dẽ'. Ex quecũq̃ voluit fecit tã in celo q̃ in terra. Sed dij eor nihil possunt facere cũ sint statue et simulacra inaiata. Et primo ꝑbat ꝑmã partẽ. s. q̃ dij gẽtiũ nõ sunt colẽdi cũ nõ sint veri dij nec possint iuuare cultores suos. Dicit g̃ primo q̃ dij gẽtiũ non sunt veri dij nec colẽdi nec possunt iuuare cultores suos. Probat. Ex dij gẽtiũ sunt simulacbra inaiata vel illa simulacbra q̃ gẽtes colũt vt deos. nil aliud sunt nisi aurũ et argentũ et opera manuũ hominũ viuẽ tiũ. Ergo qũo possunt esse dij. cũ nõ viuãt. Nam lz sint facta et fabricata ad similitudinẽ hominuz viuẽtiũ: tñ nõ sunt. Nã lz habeant os et aures. s. videantur habere os et oculos tñ nõ loquẽt nec ꝓ videbũt vnq̃. Et eodẽ modo habẽt aures et nares: tñ nunq̃ audiẽt nec odorabũt. Et sic eodem modo habẽt manus et nõ palpabũt. Et hũt pedes et nõ ambulabũt et videtur habere guttur: et tñ nunq̃ clamabũt q:ꝛ ista simulacbra ꝓdicta organa nõ sunt vera: sed equiuoce dicta. q: homo sculpt' vel depict' nõ est hõ nisi equiuoce. vt ait. Aristo. ñ. de animat in topicis. Et iõ sequtur.

xxxij. q. iij. sicut sanctus.

Similes illis fiant qui faciũt ea: et omnes qui confidunt in eis.

¶ Similes inquit siant. Nã sicut illa simulacbra sunt quasi mortua: mutaet sine sensu et motu et cognitione. ita omnes gẽtiles qui ea faciunt et colunt et in eis cõfidunt sunt facti muti et sine sensu

et intellectu: et ceci et mortui q: nullũ bonũ agere possunt. Et sicut ista simulacba sunt mortua et inanimata. Et per cõsequẽs nõ possunt iuuare cultores suos. Ita non possunt coli ab aliquo: nec q̃ colunt talia simulacbra sunt digni et apti ad colẽdũ deũ q: nil colunt cũ sint sll'es simulacbra.

Domus israel sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est. ij. q. iij. c. ad mẽ sam Hd Ro. viij de pe. di. ij. tua lib'. Et di. iij. ij ex bono

Domus aarõ sperauit in dño adiutor eor et protector eorum est.

Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum et protector eorum est.

¶ Hic ꝑbat secundam partẽ ꝓpositionis. s. q̃ dẽ' israel est ver' dẽ' et ꝑ cõsequẽs colẽdus. Probat q: iuuat cultores suos sperãtes in se. Probat. Nã ꝑmo liberauit isr'l ab oiõ periculo: eo q̃ sperauit in eo scõo eũ bñdixit et multiplicauit ꝑmũ ꝓbat. Nã tota domus israel sperauit in dño qñ exiuit de egypto et clamauit ad eũ. Et tñ ipse adiutor eor fact' est in exitu egypti et protector eor fact' est ꝑ totũ desertũ et in terra ꝓmissionis. vt patet persingula. Itẽ domus aarõ sperauit in dño. cũ dathan et abiron et chore fecerũt conturatione cõtra eum. Tñ dñs adiutor eorum factus est cũ combusti sunt. ccl. Et aperta est terra et deglutiuit alios seditiosos: vt patet numeri xvj. Sed q: diceret aliquis. Et quare dñs nõ adiuuit omnes filios israel: q: multi mortui sunt et trucidati in deserto: vt illi qui adorarũt vitulũz Illi qui inicbati sunt beelfegor: omnes q̃ egressi sunt de egypto a. xx. annis. et supra quor cadauera iacuerũt in deserto: quor nulli intrauit terram ꝓmissionis nisi caleph et iosue. Et tñ oẽs isti sperauerũt in domino: q: cũ fiducia intrandi terram ꝓmissionis exierũt de egypto: tamen deus nõ iuuit eos. Ad hoc respondet dauid q̃ isti non timuerunt deum. q: rebelles fuerunt ideo non vere sperauerũt in eo. Ideo sequitur. Qui timẽt dominum. i. deus factus est adiutor omniu eor qui timent deum sperauerũt in eo quia tales liberauit.

Mu. xxi iij. et xxx iij. xv. q j. ca. sic missime

Dñs memor fuit nostri et benedixit nobis. Bñdixit domui isr'l: bñdixit domui aaron Benedixit omnibus qui timẽt dominum pusillis cum maioribus.

¶ Sedo ꝑbat q̃ nõ solum liberauit eos a periculis. Sed etiã benedixit et multiplicauit in possessionib' et bonis tẽporalib' et copia filioz: ideo ait. dñs memor fuit nri adiplẽdo q̃d ꝓmisit ꝓbus nostris et bñdixit nobis dãdo nobis terram chanaã in possessionẽ et multiplicãdo nos in magnum ꝑ ꝑplm sicut ꝓmisit patri nostro abrahã: ita cob dicens: benedicã semen tuũ etc. Et liebenedixit domui israel dãdo terrã ꝓmissam. Et bñdixit domui aaron dãdo sacerdotium et iura leuitica. s. decimas etc. Et benedixit omnib' qui timẽt dñm pusillis cum maiorib': nõ aũt rebelles: et sic non solum bñdixit vos in copia bonor tpalium Sed in copia filiorum. Ideo sequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xxij.q. ij c. ij ois ber. Esa. lx. iij. xxij. q. iij. re curret.

Adijciat dñs sup vos: sup vos ⁊ sup filios vestros.

Benedicti vos a dño: qui fecit celū ⁊ terram.

Celum celi domino. terram autem dedit filijs hominum.

¶ Adijciat dñs: ⁊ adiecit numerū sup vos ⁊ ecū duitem ꝓlis. ⁊ nō solū sup vos: sed super filios vros sup copiā gnationis ⁊ fecunditatis ꝓlis Et vnde hoc. qz benedicti estis vos a dño q̄ fecit celū ⁊ terrā. Qz colitis eum. ⁊ nō simulachra nec deos gētium. Jdeo illi qui colunt eos sunt mortui ⁊ inepti ad laudandum deum. Nā ipsum celū celi. s. empireū datum ⁊ factuz est ipsi dño de ovr ibi a beatis videak. Terrā aūt dedit filijs hois. i. bold⁹ filijs adā ad habitādū ⁊ laborādū tāꝯ via toribꝰ. ⁊ iō resumit ⁊ cōcludit ꝓbationē ⁊ ꝓpositū ꝓprie ꝓpositionis ꝙ sol⁹ ppls israel est electꝰ ⁊ dedicatꝰ ad colēdū ⁊ laudandū deū ⁊ nō gētiles eo ꝙ sunt mortui sicut dij eoꝝ: ⁊ facti bestiales siue inepti ⁊ mortui in petō. Jdeo sequitur.

xxviij. q. j. oēs. §. et dis te. de pe. d. ij. infirmū fundamentum.

Non mortui laudabunt te dñe: neq; oēs q descendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum.

¶ Nō ergo gētiles ⁊ peccatores qui sunt mortui ⁊ inepti ad bene agendum laudabunt te dñe ineq; omnes qui descendūt in infernum. Cū potius blaspbemēt pre dolore tormentorum. Sed nos qui viuimus in lege tua per gratiam benedicimus tibi dño ⁊ laudamus ⁊ colimus. Et ℣ nūc ⁊ vsq; in seculū. Dic per gratiā ⁊ in futuro ꝓ gloriam amen. Sed qz iste psalmus non est inanis nec sine sacramētis sicut ⁊ ceteri. Jdeo videam? quid nō vult sensus spiritualis ipius. ⁊ q̄d i eo intellexit dauid de xp̄o ⁊ ecclia. Unde aduertendū ꝙ dauid cōtēplādo in exitu israel de egypto ⁊ in transitu maris rubri ⁊ in miraculis factis in deserto. Et in cōuersiōe iordanis retrosum. quādo ingressi sunt filij israel terras ꝓmissionis. Et in victorijs iosue. qui occupauit terrā. Et diuisit eam filijs israel per tribus i possessiones electis gētibus ⁊c. Tunc prenidit in spiritu mysterijs ad uētus xp̄i in carnē. Et qūo post passionē eduxit patres de limbo iferni. Et nos oēs de tenebris pctōꝝ. ⁊ qūo infernus fugit a facie ei⁹. ⁊ mare. i. persecutio tyrānoꝝ fugit. ⁊ ecclesia fidelium qui est ppls dei introiuit per totum mundum ꝓpulsa idolatria. ⁊ quomodo solus populus xp̄ianus colit verū deū ⁊ nullus alius. Et sic de hac materia ꝓpbetādo fecit hunc psalmū vt cārarek in die sabbati. Et in festo dedicatiōis tabernaculi ⁊ tēpli. ℒ ¶ Ex quo ꝑz ꝙ dauid non memorauit supradictas bystorias ⁊ mysteria tanq̄ ꝑncipalē materiā sui psalmi: ꝑz tanq̄ ꝓpositionē ⁊ parabolas ex quib⁹ intēdit elicere tres cōclusiones euangelicas.

Nota

¶ Quarū prima est ꝙ. solus ppls xp̄ianus est redemptus ⁊ receptus ad colendum diuina.

¶ Scōa ꝙ sola ecclia est dedicata ad cultū dei.

¶ Tertia q̄ illemet de⁹ q̄ liberauit isr̄ de egypto ante incarnationē: ille idem incarnatus liberauit partes de limbo ⁊ ecclesiā suam de captiuitate diaboli ⁊ per dño xp̄o de⁹ homo est dño in celo ⁊ in terra. Jdeo est vere colēdus cultu latrie. Probatur ꝙ sola ecclia xp̄i succedit illi populo: reicta est iudea ⁊ israel: ⁊ fuit figurata per oia illa mysteria in eis⁹ figura facta sunt omnia illa vt frequēter ꝓbatū est. ¶ Dicit ergo dauid Ego supple vidi in spū ꝙ sicut i exitu israel de egypto. s. domus iacob. i. cū israel. i. dom⁹ iacob exiret de egypto. s. de illo populo barbaro. Tūc facta est iudea sanctificatio ei⁹ ⁊c. Jta ꝙ xp̄o q̄ figurat⁹ est per moysen durit sanctos patres de limbo infernit omnes nos de tenebris peccatoꝝ Tūc iudea. s. ecclesia que vere deum confitetur: facta est sanctificatio ei⁹. i. electa est a xp̄o in sanctificationē ⁊ cultū verū dei. Et israel. s. populus xp̄ianus qui est verus israel: qz vere et solus videt deū per fidem: factus est potestas ⁊ possessio ⁊ exercitus. ⁊ hereditas eius ad possidendū terram viuentium q̄ est regnū celoꝝ. Et tunc in aduentu eius mare. ⁊ furia diaboli ⁊ tyrannoꝝ fugit: qz potestas eius obtusa et comprehensa est. Et populus dei transiuit: ⁊ per aquas baptismales iordanis ingressus est ecclīam per. xij. lapides qui sunt duodecim articuli fidei. Et sic letāter possidet eam hic per gratiā ⁊ in futuro ꝓ gloriā. ¶ Unde nota ꝙ per iordanē q̄ interpretat recte descensus recte figurat desluxus generis humani. Nā iordanis oritur ⁊ emanat ⁊ descendit a monte libano qui inter omnes montes syrie et assyrie est felicior ⁊ amenior et fructuosior et congregatur ex duobus fontibus. Et fac⁹ magnus tendit ⁊ fluit inter palestinā ⁊ arabiam petreaz versus meridiem: ⁊ per vallē illustrem quasi semper inter montes: ⁊ facit mare tiberiadis: ⁊ postea in angustum alueum reductus discurrit per vallem illustrem: et tendit vsq; ad mare mortuū in regionem sodomm. Et ibi submergitur in illo mari amarissimo ⁊ infructuoso et horribili. ꝑ hoc figurat gen⁹ humanum sine defluxus generis humani descendentis a primo homine adam qui in illo amenissimo et felicissimo monte paradisi creatus est: siue in eo constitutus quisquidem homo componitur ex duobus fontibus: scilicet ex corpore et anima: tamen quia deo inobediens fuit. Jdeo a monte paradisi ejectus est. Et descendens de monte per vallem lachrymarum huius mundi discurrebat cum tota sua ꝓpietate: qui licet per loca amena flueret ideſt per delicias huius mundi que non sunt comparande delitijs paradisi a quo electi sunt tamen in finē omnes submergebātur in mare mortuum infernī amarissimum multiplicibus penis ⁊ tormētis Sed veniēs dominus noster iesus i virtute sua Non solum mare sed iordanis conversus est retrorsus cū in eo posuit. xij. articulos fidei Et nō intrauit mare mortuum: immo per ipsum trāsiit populus christianus in illas ecclesiam ꝓ gratiam. ⁊ in superiorem per gloriam. Et mare mo-

Jordanis figurat ōfiū gentium.

tuū buꝝ mūdi qō oēs submergebat: ⁊ sordāles q̄ oēs ad mare mortuū deferebat facti sunt ꝓ quat uor ꝓmittētes nō trāsire ⁊ patriā nob ꝓmissā. Jta sicut agni cuiū et arietes ieremur pascentes in mōtibus ⁊ collibus ecclesiasticis pascuaybertima ⁊ saluberrima sacramentoꝝ die ꝙ gratiaz modi mysteria interrogat mare rubrū ⁊ iordanē mōteoꝝ colles dicens. Quid est tibi mare ꝙ fugisti. ⁊ tu iordānis ⁊c. q. d. Quomodo ⁊ in q̄ ꝓmisisti transire illū ppm. i. q̄d significabāt ista mysteria. Et respōdet spūssctūs ꝙ os dō ꝓphe tādo aduentū xp̄i dicētibus scire q̄d ꝑ significat. Qui a facie dñi nostri iesu xp̄i q̄ est de⁹ iacob me fie in lege ꝓmissi mota est ⁊ mouebit tota terra. Nā in ei⁹ natiuitate oia regna mūdi fuerūt mota: qz stumē nili diuisum est in. vij. bostia ⁊ inundauit extra solitū: ⁊ oēs dij ⁊ idola gentiū clamauerūt apud meotidas paludes teaspis regnaz: regē rūt pacis esse natū ⁊ ꝓpter quā pacis romē ꝓtractū est: et stella ꝓter solitū in oriēte apparuit: q̄ magos ad xp̄m ꝓduxit: ⁊ postea a facie eius mota est terra centralis inferni: cū inde patres abstraxit. ⁊ magis mota est qñ apostolos ꝓ mūdū misit ⁊ mare tyrannoꝝ fugit ⁊ cessit: ⁊ idolatria reiecta fides ⁊ ecclia mūdū occupauit in virtute xp̄i. Nā sicut tūc tota terra mota est a facie dñi q̄ portabat in arcba. sic tota terra gētiliū mota est a facie nois iesu qō apli portabāt in arcba euāgelica q̄ quassit petrā in stagna aquarū cū corp⁹ suū lancea est percussus ⁊ exiuit sanguis ⁊ aq̄ i remissionē pctoꝝ. vnde sacramēta ecclīastica virtutem sumpserūt. ¶ Itē querit rupē i fontes aquarū cū misit spū suū i discipulos ⁊ dedit eis septē dona spūssancti ⁊c. Unde illi q̄ erāt grossi ⁊ duri sicut rupis ꝓ ruperūt i fontes aquarū sapiētie dei ⁊ effuderūt ꝓ totū mūdū. vnde haustum? aquas sapiētie legis euāgelice. Et iō ꝓpbeta apostropbat ad xp̄m petēs ⁊ rogans: vt ista cito ipleatur: vt veniat sicuti ꝓmisit sanctis patriarchis: ⁊ deleat idola gētiū ⁊ oēs veniant ad terrā ꝓmissā: et credidet: ⁊ i ipso benedicant oēs gētes: qz hoc nō credit ꝓncipalit ad gloriā nostram: sed suā. Jdeo subdit: o dñe iesu xp̄e nō nobis. i. nō dicimus ꝙ venias ex meritis nostris: qz nō meremur introire in gloriā. Sz da gloriā nomini tuo. i. vt oēs gētes seruiant tibi. i. adorēt ⁊ colant nomē tuū quod est iesus. i. colāt iesum xp̄m qui est nomen tuū. Et hoc fac sup misericordia tua. i. ꝓpter miam tuam ⁊ veritatez tuam vt impleas quod ꝓmisisti abrahe. sc̄z i semine tuo benedicētur omnes gētes. ergo fac ꝙ hoc sit verum. Ne aliquādo dicant gentes vbi est de⁹ eoꝝ iudeoꝝ qui expectant messiam eis promissum: Quia cū sis dñs hoc potes facere. Nam tu es deus in celo. Qui omnia quecunq; voluisti fecisti vsq; ad ꝓsens tempus. Nam tu de nihilo creasti celum ⁊ terras ⁊ liberasti patres nostros ⁊ eiecisti gētes ⁊ punisti: ⁊ introduxisti eos in terram ꝓmissam: que quidez mysteria significabāt aduētū tuū: ⁊ ruinā idolatrie ⁊ electionē ecclie: ⁊ hereditatē ⁊ possessionē ⁊c. Ergo nō ꝓmittas re

Nota

Nota signa i xp̄i natiuitate

¶Ja hac tertia parte ꝑgrinus petit pficere in lege euāgelica quā a xpo accepit t̄ p quā fuit iustificat⁹. B ¶Ad cuī⁹ intelligētiā est notādum q̄ iste peregrinus quadrupliciter pfecit in lege euangelica post ascensionē xpi. Nā primo pfecit in ꝑdicatiōe legis euangelice per quā triūpbauit de populo gētili multo sanguine martyꝝ effuso. Scōo pfecit in doctrina t̄ sapiētia legis. Et hoc immediate post cōuersionē cōstātini quo tpe floruerūt multi doctores in eccl'ia in exponēdis sacris scripturis. Tertio profecit in scitate vite: in eodē tpe in quo claruerūt multi scti patres monachi t̄ heremite in egypto: et in ceteris partib⁹ mūdi. Quarto pfecit in magna disputatiōe per quā ꝓfecit t̄ ꝓfurauit prauitatē hereticoꝝ. Quat tuo: ergo facit ꝓpheta i hac tertia ꝑte p ſer octonarios. Nā primo petit pficere in fortitudine et patiētia ꝓtra tyrānos. Scōo petit pficere in scientia t̄ doctrina euāgelicā. Tertio petit pficere in scitate vite. Quarto petit pficere cōtra hereticos: scōa sibi. Quō dilexi legē tuā: tertia sibi. Lucerna pedib⁹ meis. quarta sibi. Jniquos odio habui. ¶Quātū ergo ad primū est aduertendū vt legit⁹ p totū discursum actuū t̄ historiarū apl'oꝝ q̄ statim post ascensionē t̄ missionē spūssti apli inceperūt predicare euāgeliū xpi. Et iō incurrunt irā t̄ psecutionē iudeoꝝ. Sz extinde dispsi p vniuersum mundū predicauerunt euāgeliū in toto populo gētili. Et sic inciderūt in dirā psecutionē imperatoꝝ t̄ principū t̄ tyrannoꝝ in quo occisa est infinita multitudo martyrūq̄ ad magnū Cōstantinū. Sz p cōuersionē illi⁹ finaliter eccl'ia de toto pp'o gētili triūpbauit t̄ ipm iugo xpi subiecit. Qō preuidēs dauid in spū in pſona illi⁹ peregrini petit pficere t̄ adiuuari. Dicit ergo dñe ie su xpe alia mea defecit. i. lassata et fatigata est in salutare tuū. i. expectādo tuū auxiliū t̄ salutē ad liberādū me: t̄ supsperauī. i. valde speraui cū magna cōfidētia in vbū tuū. i. i promissionē qua promisisti in tua ascēsione q̄ misisti nos ad ꝑdicādum p vniuersum mundū: q̄tor⁹ mundus subjecē nobis in nōe tuo. Et sic ꝑdicauuimus euāgeliū et sustinuim⁹ nomē tuū. ꝓpter quā predicationē passi sum⁹ intolerabiles psecutiones expectādo vt liberes nos a feroci psecutiōe tyrānoꝝ. Et iō oculi mei defecerūt. i. lassati sunt t̄ fatigati dicētes. O dñe iesu xpe q̄n cōsolaberis me et liberabis me ab ista persecutione. Usi hoc in loco deficere sumit pro infirmari stupefieri. Nam xpiani

Universidad de Deusto

tpe psecutionum intantū fuerāt afflicti ⁊ icepe rūt deficere ⁊ i fide ifirmari: imo fugiebāt admō tes nec xpianos coram ppīis se audebāt notare Et itantū sunt infrigidati ⁊ stupefacti ⁊ Mar cellin⁹ papa ex timore ⁊tra psciētiā ꝓpulsus est idolis sacrificare siue icēsus adolere. Ideo sequit

xviij. di. c. ōes in glo. **Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.**

¶ Intātū defecit aia mea ⁊ ocli mei erpectādo auriliū ⁊ sum frigdus ⁊ rigidus ⁊ humore fidei ficcus ⁊ euacuat⁹ ⁊ stupefactus ⁊ imobilis sicut vter i pruina. i. in tpe pruine ⁊ hyemali cōstrigi tur dus est vacuus: intrīn ⁊ vix pōt aperiri ⁊ tra ctari: ita ego fui infrigidatus ex timore psecutio nus boc faciebā ad extra coā gētibus nō audēs xpm cōfiteri. tīi ab intra iustificatiōes tuas non sum oblit⁹. Quia nō pdidi fidē: q: bene credebā te esse verū deū ⁊ messiā. Sz ex timore rigidus ⁊ frigidus fact⁹ nō te audebā cōfiteri coā pomi nibus videns tantā stragē martyrū.

de pe. d. i. §. ecō trario. oc pe. d. ii. §. op ponit. **Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudicium.**

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes sed non vt lex tua.

¶ O dñe quātū durabit ista psecutio quē das fi nēret magne labor: reuela mihi quot sunt dies tui tui. i. qñ finiet ista psecutio. Et qñ facies iu diciū de tyrānis ⁊ paganis psequētib⁹ me: puta de nerone ⁊ domitiano ⁊ decio ⁊ diocletiano ⁊c. Nā gētiles ⁊ tyrāni iniqui narrauerūt mihi fabu latiōes sz superstitiones fabulosas deor⁹ ⁊ ritus nephādos ofiris ⁊ cereris ⁊ bacci ⁊ priapi ⁊c. Et cōpellebāt me seruare rit⁹ nephādos. Sz ista nō erāt vt lex tua q̄ docet vnū solū deū adorari tri nū in psonis ⁊ vnū i essentia. Et quō verbū est in carnatū: ⁊ quō nos redemit p passionē ⁊c.

lxij. q. j. nulli dubium. vij. q. j. c suggestum. **Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiuua me.**

Paulominus consummauerūt me in terra: ego aūt non dereliqui mandata tua.

¶ Nā sicut superstitio gentilitū est fabulosa ⁊ falsa ⁊ vana: ita p oppositū oia mādata tua: ⁊ tota lex est veritas ⁊ vera. Et q: legē tuā esse verā pdica bā ⁊ cōfitebar. ideo iniq tyrāni me psecuti sunt. Quare adiuua me ab eis liberādo. Nā tāta fuit tā grādis ⁊ crudelis psecutio ⁊ strages martyrū q̄ paulominus cōsummauerūt ⁊ deleuerūt me in terra: intrīn ⁊ vix reperiebar xpian⁹ in pplis et ciuitatib⁹ nisi q̄dā abscōditi in spelūcis montiū vt. ps de ysbano papa ⁊ siluestro q̄ latebant cū pau cis in mōtib⁹ serapintis ppe vrbē Romā: q̄ questus ductus ante ꝓsūtinū putauit cū sociis inte rire ⁊ totalr ecclesiā esse extinctā ⁊ deletā.

xl. d. c. q̄ libet. **Secundum miam tuam vivifica me: et custodiam testimonia oris tui.**

¶ Sed dicit iste bō ego aūt in extremo periculo posit⁹ nō dereliq̄ mādata tua. Nā socios licz pau cos exhortabar ad martyriū ⁊ nō desistebam ab

In eternum non obliuiscar iustificationes tuas. q: in ipsis vivificasti me.

xxv. q. j. ca. 16. §. bis ita ꝙ. ¶ Sed dñe fui i illa psecutiōe. nisi ꝙ lex tua fuit meditatio mea. ītūc forte perissez i būllitate. i. psecutiōe ⁊ dīrectiōe ⁊ aduersitate mea. q: sp me ditat⁹ suz i ea ꝓsiderās psecutōes ātiquor⁹ ⁊ quō i finē sp eos liberasti. In b̄ ḡ sperauī. ⁊ nūq̄ pdi di fidē scīēs ꝙ promissio euāgelica. nō poterat mē tiri nisi aliter ōtecissez. Et iō ieternū nō obliui scar iustificatiōes tuas. gr̄as agendo. cantando hymnos: celebrādo festa. meōrias martyr⁹. Q: in ipsis vivificasti ⁊ restauraſti me. Nā martyres tui sanguīe suo vivificauerūt ⁊ ꝓfirmauerūt eccliā.

xj. q. iij. c. ad mē sam. in. qō j. ca. nulli dubium. **Tuus sum ego saluum me fac: qñ iustificationes tuas exquisiui.**

zDe expectauerunt peccatores vt perderēt me testimonia tua intellexi.

¶ Ergo saluū me fac deinceps me a tyrānis li berādo. Q: tā tu⁹ seru⁹ ⁊ cultor⁹ sum ego cū toto populo gētili ad fidē cōuerso. Nā Iz ante essem involut⁹ in superstitiōe multor⁹ deor⁹. nūc tīi iusti ficatiōes tuas exqsiui. ⁊ legē euāgelicā colere ⁊ seruare decreui. Nam olim me expectauerūt: et insidiati sunt peccatores vt pderēt me in sua su perstitiōe. ramen testimonia tua intellexi. i. p fi dem legis euāgelice cognoui illā esse falsam. Et sic liberatus sum a macula illius ⁊ etiā a tormē tis ⁊ persecutoribus suis liberatus virtute legis euangelice ⁊ fidei ⁊ charitatis.

xv. qō. j. c. firmiſſime. **Omnis consummationis vidi finē: latum mandatum tuum nimis.**

¶ Nam ego intellexi ⁊ vidi occulis fidei xp̄s fi nē esse oīs ꝓsummatiōis legis: q: fuit finis legis ⁊ ppbetar. Vidi ēt ⁊ intellexi in lege esse latū mā datū tuū. i. mādatū dilectiōis dei ⁊ primi: qō dr latū: eo ꝙ ex eo pēdet lex ⁊ ppbete ⁊ cōtinet oīa alia mādata ⁊ precepta q̄ Iz sint multa: tīn oīa radi cant in vno mādato dilectiōis. Hoc inquā mandatū nimis latū intellexi esse finē oīs cōsummatiōis ⁊ obseruātie legis: ⁊ iō cum hac charitate oēs psecutiones supauī. iō gr̄as ago ⁊c. Agit ergo gr̄as in pdictis duob⁹ octonarijs de victoria habita de tyrānis ⁊ pplo gētili quem ingo fidei subiecit p charitatē ⁊ donū fortitudis. Et supra dictis ps i bis duob⁹ octonariis q̄ir iste pegrin⁹ ab ascēsiōe dñi vsq̄ ad cōstātinū fuit multiplici ter p tyrānos vexat⁹ ⁊ afflict⁹ in aplis ⁊ marty ribus. sed tandē de oīb⁹ triūphauit p ꝓuersionē magni Cōstātini ⁊ totū orbē subiugauit. hoc etī am dicit vnusq̄sq̄ vir iust⁹ qui triūphauit de pec cato resistēdo tēratiōibus per gratiā preuenien tem: aut surrexit a peccato per penitentiam.

Hem. xvj. q. j. c. reuerſimini. **Quomodo dilexi legem tuaz domine: tota die meditatio mea est.**

Super inimicos meos prudentem me fecisti mādato tuo: q: in eternum mihi est.

¶ In hoc xviij. octonario iste peregrin⁹ petit pfi cere i doctrina ⁊ sapia euangelica: vel potest dici ꝙ agit gr̄as: ꝙ tīi ꝓfecerit i doctria ⁊ scia cōstā tini. ꝙ tota idolatria fuit deleta ⁊ tot⁹ pplis gēti lis venit ad fidē. Et sic diabol⁹ q̄ eiecerat boiez ō padiso fuit eiect⁹ ab isto mūdo: ⁊ste creuit eccl̄ia i fide ⁊ doctria legis euāgelice. Et cui⁹ studio ⁊ doctrina ꝓsecuta est eccl̄a. ex. fruct⁹: vt patebit i b̄. xiij. ⁊ seq̄nti octonario. Nīi prio eccl̄ia ꝓfecit i doctria. Scōo in scriptarevite plimor⁹ religiosor⁹ ⁊ dr̄marar. ℒ ¶ Ad cui⁹ itelligētiā est notā. ꝙ fi nita psecutōe tyrānor⁹ tpe Cōstātini eccl̄ia būit frequētiā ⁊ copiā doctor⁹: tā grecor⁹ ꝙ latinor⁹ q̄ declararūt ⁊ iterp̄rati sūt totā scripturā nouī ⁊ ve te. test. sicut fuit Athanas⁹ ⁊ Eusebi⁹ ⁊ Gregor⁹ Nazāzen⁹ ⁊ Basili⁹ ⁊ Hylari⁹ ⁊ Ambros⁹ ⁊ Hie ronym⁹ ⁊ Augusti. Et sic eccl̄ia tīe marie vigu it in sapia ⁊ doctria ecclīastica. Et iō illa etas di cta est etas aurea sacror⁹ doctor⁹. Hoc q̄ quidēs oō i spū dicit i ꝓsona dur⁹ pegrini ecclīastici. Quō dilexi legē tuā oñe. i. intātū dilexi legē tuā: ꝙ to ta die cōtēplor⁹ in ea. Et sic ꝑpter assiduū studiū ⁊ cōtēplatiōes ꝓdona sapie ⁊ intellectus mihi in lege gr̄e collata fecisti me prudentē super omes infideles ⁊ bereticos inimicos meos. Et hoc nō ex meis viribus ⁊ laboribus: sed q: in eternū mi bi eos ppitius dona huiusmodi conferendo.

De ꝓse. dist. iiij. c. gr̄a. **Super oēs docentes me intellexi: q: testimonia tua meditatio mea est.**

Super senes intellexi: q: mandata tua que sīui.

¶ Et cū tali gr̄a ⁊ frequēti meditatiōe intellexi secreta ⁊ mysteria ⁊ sacra legis sup oēs. i. magis ꝙ oēs magr̄i docētes me. Nā plus itellexit ⁊ ātiquos pres patriarchas ⁊ ppbetas. D ¶ Nā plus intellexit cet⁹ apl⁹ ꝙ Abraam. Isaac ⁊ Ja cob ⁊ Dauid ⁊ ceteri ppbete: vt ait Hierony. in prologo ad desideriū. Nā q̄ illi viderūt sub enig mate in figura: isti viderūt oculis corpis ⁊ mē tis ⁊ p effectū ⁊ hystoriā. vñ saluator Matth. xj. Beati oculi ⁊c. Q: multi reges ⁊ ppbete volue runt videre q̄ vos videtis ⁊ nō viderūt. Et sequi tur. q: mādata tua queſui frequēti studio ⁊ me ditatiōe cū auxilio donor⁹ spūsti. Et no. ꝙ ea q̄ dicta sunt nō solūmō intelligunt ⁊ verificant de eccl̄ia pro statu doctor⁹ sed etiā de ipsomet da uid q̄ fecit hūc psal. Nā ipse in statu ppbetico in tellexit mysteria eccl̄ie sup oēs docētes ⁊ senes q̄ ipm p̄cesserunt. Nā clarius ⁊ magis distincte fuit ipsi reuelatū mysteriū incarnatiōis ⁊ passio nis ⁊ resurrectionis xp̄i ꝙ ipsi moysi ⁊ abrahe ⁊ ceteris patriarchis ⁊ ppbetis: vt dictū est i prologo R ¶ Et ideo Iz moyses scripserit legē tīi intelligē tia legis clari⁹ fuit reuelata ipsi dauid. Nam vt plurimū interp̄tat⁹ est legē moysi in psalmis. Et iō de seipsa pōt dicere. Sup senes intellexi ⁊c.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba mea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f.q.ñ.c. ficut fertur.t.c. vigeri.

Iudicijs tuis nõ declinaui: q; tu legez posuisti mibi.

¶ Sed q; lex xp̃i nõ solũmõ est data cã sciẽdi sz etiã cã bene operandi: vt p ipsaz efficiamur boni t iustificemur in opib? nr̃is. Ideo dicit intãtum profecit sũpple in studio sacre scripture q̃ ab oi vi3 mala t ab oi vitio pohibui pedes. id est affectus meos t appetitus t operationes vt custodirẽ verba tua: t p:cepta t mãdata t a iudicijs tuis t statutis nõ declinaui. Quia tu legem posuisti mihi prohibentem omne peccatum.

De pe. dis.ñ. c. firmum fundamentuz.

Quã dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.

¶ O ergo q̃ dulcia facta sunt fauclb', meis spiritualib' eloquia tua ad vescẽdũ spñaliter. Intantũ q̃ facta sunt dulcia ori meo t gustui spirituali sup. i. magis q̃ mel. ℣. ¶ Unde nota q̃ intellect' fidelis bz duas fauces q̃bus mãdit t rumiat sacrã scripturã. Faux superior ẽ sensus mysticus. Faux inferior est sensus moralis os autez aie est nobis sensus anagogic'. Dis ei faucibus ruminata t hoc ore hausta sacra scriptura ẽ oui eis sup mel. Si aũt solo sensu litterali deglutiat reddit insipida t inutilis t indigesta. Ideo vt sic occidit: sed illis fauclbus digesta t illo ore exausta viuificat t nutrit animam.

De pe. dis.ñ.ſ. nõẽ mirum,

A mandatis tuis intelleri: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

¶ Jtẽ fecit mihi septimũ fructũ t attulit meditatio lugis legis euãgelice. Quia a mãdatis .i. et' mãdatis tuis intelleri iniqtatẽ t iusticiã ouscere boleꝛ in interitũ mortis. Ideo. id est ppter ea odiui oẽz viã t pessuz t opationem iniqtatis. Et supradictis pz qualiter iste peregrin? multum profecit in ista etate circa intelligẽtiã sacre scripture quã spiritus sanctus ipsi declarauit p Augustinũ t alios doctores. Et digessit t ruminauit eã duabus fauclbus. ſ. sensu propbetico t morali. t sic reddit eã dulciorẽ sup mel t fauum t magis dulcẽ q̃ aurum t argentũ vete. le. Intantum q̃ iste peregrinus p illo statu supradictoꝛũ doctoꝛ sup oẽs senes vete. tes. intellerit legẽ dñi t sacrã scripturã. Et hoc est q̃ intẽdit ppbetice dicere dõ i psona hui? peregrini i hoc octonario.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: t lumen semitis meis.

¶ In hoc octonario petit pficere in sanctitate vite t bonis opibus ſm legẽ euãgelicã: cuiusmodi fuerũt multi sancti viri religiosi t anachorite in deremo tpe Cõstãtini vt dictũ ẽ. Et sic numerat ser alios fructꝰ quos adeptus est ex studio legis euangelice in societate sanctoꝛ religiosoꝛ. Et iõ in persona eoꝛ dicit. O dñe verbũ tuũ. i. lex euãgelica fuit lucerna pedib? meis: t lumẽ dirigẽs pedes t opatiões meas ne ruerẽt i pecñ: demõstrãs q̃d pfeq; q̃d ve cauere deberẽ. t fuit lumen semitꝰ t pgressib? meis. Et. b. d. q: lex euãgelica docet pbibere pedes ab oi via iniqtatis: t dirigit nos p semitas mãdatoꝛ t pceptoꝛ, t ideo seq̃tur.

Rume. xxiij. q. j. et. non turbaꝝ.

Juraui t statui. custodire iudicia iustitie tue

xxiij. q. j. c. noui.

¶ Cũ recepi baptismũ sup. iuraui. i. vouit t promisi t statui. i. firmiꝛ me obligaui custodire iudicia iustitie tue cũ abrenũciaui diabolo t mũdo t põpis eius. Hoc idẽ põt referri ad statũ monachoꝛ t religiosoꝛ q̃ renũciantes mũdo t põpis eccie pplo segregauerũt t iurauerũt t statuerunt seq̃ cõsilia xp̃i: t sic vouerũt tria vota ſ. obedientiã castitatẽ t pauptatẽ: t sic secuti sũt xp̃m. t iõ seq̃t.

xxij. q8. iij. c. pe sens.

Humiliatus sum vsquequaq; dñe viuifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: t iudicia tua doceme.

Anima mea in manibus meis semper t legem tuam non sum oblitus.

¶ Humiliatus sũz vsq;quaq; dñe. ſ. p obediẽtiã t castitatẽ. Et iõ viuifica me p graz ſm vbũ tuũ Et iõ seq̃t. Bñplacita fac tibi dñe t accepta voluntaria vota oris mei: q: scio q̃ pcõres nõ exaudis. iõ doce me iudicia tua. i. fac me iplere ex gra q: alia mea semp est i manib? tuis. i. offero eã tibi vt facias voluntaria oris mei tibi bñplacita: q: legez tuã nõ sum oblit?. Hoc aũt dicit: q: religiosi se'o renũciãtes posuerũt aiam t voluntatẽ in manibus sui plati. Sed q: vt plurimũ bt. Alia mea i manib? meis semp ſm nostrã trãslationẽ. Ideo est alia snia. i. q: alia mea est semp i manib? meis i. in arbitrio meo libera me ad vtrũlibet. Iõ legẽ tuã nõ sum oblit?. vel sic. Fac ergo vota mea voluntaria bñplacita tibi: q: nil aliõ habeo meuz ppriũ nisi opationes t oões voluntarias: eo q̃ pcedũt ex libero arbitrio. Mãala t voluntas est in manibus meis. i. in mea pte: q: nibil tã in potestate nr̃a q̃ voluntas: vt inquit Auguſt.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: t de mandatis tuis non erraui.

iij. q8. j. nulli. dubium.

¶ Et declarat q8 dicit. Mia mea i manib? meis semp: q: posuerũt pcõres. i. õmones mihi laqz ideꝰ multiplices tẽtationes: q: sancti multas tẽtationes passi sunt in deserto: vt pz de bto Antonio. Etiã nõ solũ diaboli posuerũt mihi laqẽos in terris: sed etiaz pcõres t praui t heretici q̃ sunt mẽbra diaboli posuerũt mihi laqueũ hereticos i sacra scriptura adducẽtes falsas opiniones vt i aliquã heresim luciderẽ. Et cũ auxilio gr̃e tue t diligẽti studio legis euãgelice: nũq̃ erraui de mãdatis tuis: nec a veritate fidei catholice. nec etiã erraui mortaliter trãsgrediẽdo mãdata. imo ea opere compleui.

xxiij. q. i. disp̃licz.

Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt.

xv. q8. j. c. firmis sime.

Jnclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum: propter retributionem.

¶ Et sic ex iugi meditatione sacre legis acq̃siui ineternũ testimonia tua. i. itelligẽtiã sacre scripture hereditate q̃dã. i. in hereditat ẽ t possessionẽ, que quidẽ mãdata sunt exultatio cordis mei, q:

exulto t letor in possidẽdo intelligentiã legis: ac si possiderẽ magnũ thesaurum inuentũ in agro. Odath. xiij. Quia nõ solũ letor in possidẽdo istuz thesaurũ sacre scripture in sciẽdo: sed ope adimplẽdo xpl'em q̃ in ea p̃cipiunt t iubent: iõ inclinaui cor meũ t appuli animũ ad faciẽdas iustificatiões tuas in eternũ. Et ß nõ invacuũ currẽdo sed ppter retributionẽ t coꝛonã incoꝛruptibilẽ t beatitudinẽ pmissaz &c. Quia ppositũ i pncipio. Beati immaculati in via: q̃ ambulãt in lege dñi. ß

Fructꝰ xv. ex studio scriptuꝝ

¶ Et q̃ patz q̃. xv. fructꝰ dicit iste homo se collegisse ex iugi studio sacre legis euãgelice et sacre scripture p gratiã t donũ sapiẽtie t intellectus. Primo q: factꝰ est prudẽs super inimicos suos Secõ q: itellerit sup magistros suos. Tertio q: itellerit sup oẽs antiqs patriarchas t ppbetas. Quarto: q: ler euãgelica pbibuit pedes et' ab'oi via mala. Quito: q: nõ declinauit a iudicijs dei. Sexto: q: p talẽ euãgelicũ facta est dulcis scriptura vetere. test que erat insipida. Septimo odiuit omnem viam iniquitatis. Octauo: q: lex euãgelica fuit lucerna ipsi t lumen. Nono: q: ppter eꝰ dulcedinẽ iurauit eam seruare t in religiõe tria vota pmittere. Decimo q: vniuificauit eum a morte. Undecimo: q: sola lex euangelica est illa que offert deo sacrificiũ de se gratũ et bñplaciũ deo Duodecimo q̃ q̃ dirigit' alege nõ potest errare. Tertiodecimo q̃ et' possessio est lata. Quartodecimo q̃ inclinauit coꝛ hominis ad faciẽdas iustificatiões. Quitodecimo: q: p talẽ ipsaz habem? retributionem eternã. t beatitudinẽ promissam

xxiij. q. iij. duo. Jrrv. d. odio.

Jniquos odio habui: et legez tuam dilexi.

¶ In isto. xv. octonario exequẽti petit auxiliũcõ tra hereticos. Et ait etiã gratias de victoria habita de eis ibi. Feci iudiciũ. ¶ Quantũ aũt ad primũ est aduertendũ q̃ postq̃ peregrin? cuaserat t triumphauerat de tyrannis vidit nouum genus belli quasi ciuilis t visceralis ꝓtra se cõcitari: q̃ fuit conuenticula t, prauitas hereticoꝝ: q: tũc surrexit heresis arriana quã amplexi sunt imperatoꝛes grecoꝝ t reges Gothoꝝ t vandalorum quevisa est superare crudelitatez tyrannoꝝ Ideo nõ cessat semper petere auxiliũ cõtra eos debellandos per arma sacre legis tdonuz sapiẽtie t intellectus. dicit ergo. O dñe egovidi aciez hereticoꝝ iniquoꝝ contra me preparataz multa mihi cõminantẽ t falsas opiniones ꝓtra legem tuam machinantẽ: sed nolui adherere immo inquos hereticos odio habui t legẽ tuã dilexi. q̃si dicat. Malui sequi veritatẽ legis tue q̃ eoꝝ iniquitatem. Ego eũ nõ odiui in eis natura. sed iniquitatẽ: q: semp desideraui cõuersionẽ eoꝝ.

xcv. dist. ecce.

Adintoꝝ t suscepto: meus es tu: et in verbum tuum inspersperaui.

¶ Et iõ ad debellãdos hereticos sic adiutoꝝ et ad defendẽdũ me ab eis ne capiãt me in laqo t falsis opinionib? coꝛũ: sed sis suscepto: dona gratiarũ pferendo. Quia in vbum tuũ superspersperaui: cuz dixisti. Nõ estis vos q̃ loq̃mini: sed spiritus patris q̃ loquit i vobis &c. Et nolite cogitare &c.

Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei.

iij. q. j. c. bis ita.

¶ Jam cõuersus ꝓtra hereticos dicit. Declinate ame heretici maligni t simulati t deceptoꝛes machinãtes t ꝓfingẽtes nouas t falsas sectas cupiditate ppie glorie. t pro q: ego scrutabor mãdata legis dei mei: ꝓdoctrinã eoꝝ. i. qbus dat vera doctrina ad ꝓfundos t debellãdos vos oẽs.

Suscipe me secũdũ eloquiũ tuũ et vinã: et non confundas me ab expectatione mea.

xxiij. q. j. c. loq̃t xv. di. ca sancta.

Adiuua me t saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper.

¶ Et ꝓuersus ad deũ dicit. O xpe suscipe me mibi gratiam t auxilium ꝓferendo. Secõm vbuz tpmissuz tuũ quo dixisti. Ego p te petre rogabo ne deficiat fides tua. t iterũ. Ego autez vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ seculi. Et si hoc feceristi vnamq; gratiam in lege tua t nõ moriar in heresi eoꝝ: t nõ ꝓfundas me ab expectatione mea: q: semper speraui t fiduciaz habui in supradictis pmissis. Adiuua ergo me contra iniquos vero saluus nec timebo eos. Et nõ solũ ero saluus: sed victor et meditabor in iustificationibus tuis semper. quasi dicat q̃ ideo salu' ero: quia meditabor &c.

xxiij. q. iij. ipsa pietas.

Spreuisti omnes discedẽtes a iudicijs tuis quia iniusta cogitatio eoꝝ.

Prevaricantes reputaui oẽs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua.

¶ Et quare eris mihi adiutoꝛ t ero saluus t victoꝛ q: supple. Tu spreuisti t cõfudisti oẽs hereticos discendentes t separãtes se a iudicijs tuis t doctrinis legis euangelice nouas sectas t falsas configẽtes: t hoc feciſti: quia cogitatio eoꝝ est iniusta t iniqua: quia nõ zeloveritatis sed ambitionis t utilitatis t proprie glorie cõfingunt ipsi tales sectas t falsas opiniones cõtra veritatem legis discedentes a veritate catholica. Ideo reputaui oẽs hereticos t peccatores terre: scilz terrenos t querentes gloriã in mũdo esse prevaricantes t trãsgressoꝛes legis t falsificatoꝛes sacrarũ litterarum cõtra verũ sensum eas ad suas falsas opiniões ertoꝛ quẽtes: vel ex eis falsas opiniões ꝓtra vitatẽ erroꝛ quẽtes: iõ ego dilexi testimõia tua t doctrinã tuã verã. Legem ſm veritatẽ t sensum spñalem verũ intelligẽdo: tetiã nõ solũ hereticos: sed oẽs pcõres t infideles reputaui pvaricatoꝛes legis. Nã indei sunt pvaricatoꝛes legis veteris inquantũ nõ recipiũt sensuz mysticũ ad quẽ pncipaliter facta ẽ: sed i litteram volũt mori. Et gẽtiles sunt etiã prevaricatoꝛes. illã lz nõ haberẽt legẽ moysi: tñ habebãt legẽ naturalem scriptã i cordib?. Heretici vo manifeste sunt pvaricatoꝛes scripture puertẽtes verũ sensuz t erroꝛ quẽtes falsum. Mali vero xpiani sunt pvaricatoꝛes mãdatoꝛ: t trãsgressoꝛes preceptoꝛ.

Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.

xxiij. q. vj. scis matici

¶ Sed quia tales ideo sunt pvaricatoꝛes t trãsg

Universidad de Deusto
Biblioteca

gressores legis qz contẽnunt et nõ timent deum
Ideo tu dñe confige ⁊ penetra et reprime carnes
meas ⁊ appetitus ⁊ affectiones inordinatas ti-
more tuo casto ⁊ filiali: vt fugiã talem pestem et
hereticã prauitatẽ ⁊ talem inanẽ gloriã ⁊ ambi-
tionẽ. Et omnẽ carnalẽ cõcupiscentiam: qz semp
timui discedere a iudicijs tuis ⁊ mandatis tuis:
eo ꝙ tu sprecuisti descẽdẽtes a iudicijs tuis.

Feci iudicium et iusticiam: non tradas me
calumniantibus.

Suscipe seruum tuum in bonum: non ca-
lumnientur me superbi.

¶ Quia nõ discessi a iudicijs tuis: imo timui dis-
cedere ab eis: imo feci iudiciũ ⁊ iusticiã: qz opus
sum fm iusticiã ⁊ p̃ceptа legis tue. Ideo non
tradas me hereticis calũniãtibus et volentibus
me decipere cũ suis fictis ⁊ falsis opinionibus.
Sed suscipe me seruũ tuũ i bonũ. i. trahe me ad
bonã partẽ ⁊ bonũ sensum sacre scripture per do
na spũssancti cõferendo mihi gratiã: ne superbi
et ambitiosi heretici calumnientur: nec decipiãt
in suis prauis ⁊ falsis sectis.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et
in eloquium iusticie tue.

¶ Nã oculi spũales mẽtis defecerũt. i. lassi ⁊ fati
gati sũt: sperãdo i salutare tuũ: scz in xp̃m ⁊ in elo
quiũ iusticie tue. scz in legẽ cuãgelicã que dr elo-
quiũ iusticie: qz sola ipsa bonem iustificat.

Fac cum seruo tuo misericordiam tuam et
iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego: da mihi intellectũ
vt sciam testimonia tua.

Tẽpus faciẽdi dñe: dissipauerũt legẽ tuã.

¶ Quasi dicat: o xp̃e te ⁊ legẽ tuã diu expectaui
postea in ea perscrutanda diu insudaui ⁊ labora
ui. Fac ergo misericordiã tuaz cũ seruo tuo: ⁊ iu
stificationes tuas doce me. i. postq̃ dedisti leges
mihi: doce me in ea: vt intelligã eã secreta. Sed
qz hoc nõ potest esse sine gratia eleuãte intelle-
ctum: ergo da mihi intellectũ. Nõ potentiã intel
lectiuã. qz iam eam dedisti mihi naturaliter cum
alia in creatione: sed da mihi donũ intellectus vt
sciã ⁊ intelligã testimonia tua. i. secreta ⁊ arcbana
legis tue quã signis ⁊ miraculis ⁊ testimonio le-
gis ⁊ ppbetaz cõfirmasti. Fac ergo vt postq̃ ser
nus tuus sum ego: ⁊ seruire tibi intendo: legem
tuã seruãdo ⁊ defendẽdo ab hereticis ⁊ infideli
bus: ℒ ¶ Qui quidẽ heretici dissipauerũt legẽ
tuã falso modo glosando: ⁊ scripturas peruertẽ-
do a vo sensu. Que quidẽ lex cuangelica est tps
faciẽdi. Nam lex vetus fuit tps ppbetãdi ⁊ signi
ficãdi: qz omnia cõtingebant illis in figura ⁊ fuit
tps significãdi ⁊ figurãdi. Tamẽ lex cuangelica
fuit ⁊ est tẽpus faciẽdi ⁊ implendi ea que in lege
veteri sunt figurata ⁊ ppbetata. Nã xp̃s fecit et
impleuit ea que ibi dicta sunt ⁊ figurata. Simi-
liter lex cuangelica dicitur tẽpus faciẽdi: quia
in ea est tempus meritorie operandi.

Ideo diligi mandata tua: super aurum et
topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirige
bar: omnẽ viam iniquam odio habui.

¶ Ideo ego dilexi mãdata legis cuãgelice: sup
aurũ ⁊ topazion: ⁊ sup oẽm lapidẽ p̃ciosum: qa
nullũ p̃ciũ tale est ipsi cõparandũ cũ p eã obser
uantiã emat regnũ celoz. Jõ ego dilexi legẽ tuã
q̃ est tps faciendi ⁊ meritorie operãdi: propterea
ad oia mãdata tua dirigebar. i. qz lex tua direxit
me ad oia mãdata tua intelligẽda ⁊ faciẽda. Jõ
oẽm viã iniquã ⁊ falsaz sectã hereticoz ⁊ perõũ
⁊ vitioz odio habui ⁊ fugi ⁊ cuitaui. O ¶ Nõ no
ta ꝙ q̃ttuor gña boim conata sunt dissipare legẽ
dei in tpe faciẽdi: scz post aduẽtũ xp̃i. Nã primo
iudei dissipauerũt totã legẽ veterẽ negãdo xp̃m: qz
totũ tẽpus legis veteris fuit tẽpus significãdi ⁊
figurãdi ⁊ p̃nũciãdi: sed in xp̃o incepit tps faciẽ
di ⁊ verificãdi. qz vificauit legẽ ⁊ ppbetas ⁊ im
pleuit ⁊ fecit oia q̃ in lege erãt significata ⁊ ppbe
tata. Judei ergo negãdo xp̃m negarũt ⁊ falsifi-
carũt ⁊ dissiparũt legẽ et ppbetas in tpe faciẽdi
⁊ verificãdi. Secõ conati sunt dissipare legẽ dei
ipsi cyrãni: vt ptz in passionib⁹ martyrũ. qz Dio-
cletianus precepit incẽdi oẽs scripturas sacras
vtriusq̃ testamẽti: vt ptz in eccliastica hystoria.
Tertio heretici conati sunt dissipare legẽ dei et
totã scripturã vtriusq̃ testamẽti falso mõ glosan
do trahẽdoo et ad suos falsos errores. vt patet
ibidẽ. Quarto conabit destruere ⁊ dissipare can
dẽ legẽ ipse filiꝰ pditiõis antixp̃s. vt ptz Dan 7.
B ¶ Collegit ergo iste bõ ex cõtẽplatiõe: ⁊ iugi
studio legis diuine: simul cũ dono intellect⁹: de-
cem fruct⁹ siue pfectus. Primo qz habuit inisũ
odio. Secõ qz habuit deũ susceptorẽ ⁊ adiutorẽ
Tertio qz declinauit a malignio. Quarto qz nũq̃
fuit confusus nec fraudat⁹ ab expectatione sua.
Quinto qz fuit adiutus ⁊ salu⁹. Sexto qz sprecuit
oẽs hereticos ⁊ p̃uaricãtes. Septimo qz semper
in ea fuit confixus et refrenat⁹. Octauo qz fecit
semp iudiciũ ⁊ iusticiã. Et sic nõ est traditus de
ceptorib⁹ nec calũniãtibus. Nono qz habuit bo-
nũ ⁊ verũ sensum sacre scripture ⁊ ipsum attigit
Decimo qz totũ suũ effectũ ⁊ conatũ posuit in sa
cra scriptura: et eã super omnia dilexit.

Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata
est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorũ illuminat et
intellectum dat parvulis.

¶ In toto residuo huj⁹ psalmi iste peregrinus
petit cõsummare ⁊ pficere cursum suũ in quiete
cõtẽplatione ⁊ vita perfecta. Et sic cõtinue petit
auxilium eõrum impedientes iter ⁊ cursum suum.
ℒ ¶ Id cuius intelligentiã est notãdum vt plu
ries dictũ est: ꝙ finita rabie tyrãnorum surrexit
psaultas hereticorum. Ideo sicut christus dedit
martyribus caritatẽ ⁊ donũ fortitudinis ad pro
pulsandos incursus tyrannoz. Ideo dedit sapiẽ
tiã doctoribus ⁊ intellectũ ⁊ cetera dona spũsancti

xxiij. q. j. sũma. ⁊ vij. q. j scicndum

Etiã xv. q. vj. ista sacerdotibus et. lvj. d. ij geno.

xxiij. q. j. nõ turbatur.

xxj. q. iij. c ad mẽsã Et. lvj. d. c. nescit. xxiij. q. iij. c. hereses.

Mota.

Diuisio psalmi.

De pse. dis. j qñ etiã stamus.

Pbe. qõ interpretat errauit vl os aperui xxiij. q. v c. nõ eos

Et sic peruersitas hereticoz fuit cã. vt multi do-
ctores scrutarent sacrã scripturã. ⁊ glosarẽt ⁊ de
clararẽt eã. vt defenderẽt eam ab hereticis. tñe
origenes. ⁊ Athanas⁹. ⁊ Basilⁱ⁹. ⁊ Epiphanius.
⁊ Ebrisostom⁹. apud grecos multa ⁊ infinita vo
lumina scripserũt. Apud latinos augustin⁹ ꝫ gẽ
tiles libros de ciuitate dei scripsit in q̃b⁹ defen-
dit ciuitatẽ dei. eo ꝙ Romani volebãt repetere
idolatriã. in q̃bus oẽs scripturas conab elucida
re. Et ꝙtra arrianos libros scripsit ó trinitate et
plures alios. Contra pelagianos vero viginti
duo volumia. Et ꝫ manicheos totidẽ. In psal-
terium aũt copiosos edidit cõmẽtarios. Et sup
Jobãnẽ ⁊ oẽs epl̃as Pauli. ⁊ sup totũ testimen⁹
⁊ nouũ. Et infinita alia volumina in quibus tbe
sauros sacre scripture quondã clausos nobis a-
peruit. Hoc et fecit Hierony⁹. ⁊ Ambrosi⁹. ⁊ Hyla
rius. ⁊ Gregorius ⁊c. Et sic p̃ istos tres doctores
hereticis deuictis sacra scriptura fuit illucida-
ta ⁊ nobis mãifestata. Jntantũq̃ multi se dede-
runt studio diuine legis ⁊ cõtẽplatiõis. ⁊ dimisse
res vitã actiuã se ad cõtẽplatiuaz trãstulerũt. vt
ptz de frequẽtia monachoz egypti ⁊ grecie ⁊ ita
lie ⁊ britãnie. Et sic ex illo tpe magis apparue-
runt nobis mirabilia arcbana sacre legis. Et ex
tñc eccl̃ia p̃ aliqua tpa fuit in p̃spero statu. Sz
qz nunq̃ defuit hereci ⁊ hypocrite vsq̃ ad anti-
christũ q̃ erit iudeus ⁊ tyrãnus ⁊ hypocrita ⁊ he
reticus vt pluries dictũ est. Nõ ꝙ sit iudeus. sed
singet se iudeum. ⁊ circũcidet se vt attrahat ad se
iudeos. Et sõ Dauid p̃uidẽs in spiritu totus di
scursum ecclesie residui tpis a p̃speritate eccle
sie vsq̃ ad antixp̃m. in sequentib⁹ octonarijs
introducit istũ bolem mysticũ qui agit gr̃as de
donis gr̃az ipsi datis in scripturis elucidãdis. ⁊
de q̃ete ⁊ otio ipsi dato in vita cõtẽplatiua. ⁊ pe
cit auxiliũ ꝫ impedientes otiũ ⁊ cõtẽplationem ⁊
p̃speritatẽ ecclie. Ideo duo facit. Nã p̃o agit
gr̃as de p̃dictis. Secõ inuocat diuinũ auxiliuz ꝫ
persecutionẽ antixp̃i ⁊ ceteroz. ibi Clamauit i to
to. ¶ Quãtũ ad primũ duo facit. Nam p̃mo agit
gratias de predictis. Secõdo petit auxiliũ ⁊ vi-
tiones cõtra hypocritas ⁊ simulatos. ibi iustus
es domine. Dicit ergo ad primum O domine qz
mirabilia sunt testimonia. id est secreta ⁊ arcba
na legis testificata in veteri testamẽto p̃ p̃ias
cbas ⁊ ppbetas. ⁊ in nouo per os tuum ⁊ per si-
gna ⁊ miracula. ideo scrutata est ea alia mea per
Origenẽ ⁊ Augustinũ. ⁊ Eusebiũ. ⁊ Hieronymũ
⁊ ceteros doctores qui scrutati sunt arcbana sa-
cre scripture. Unde declaratio ⁊ glosa sermonũ
tuorum facta per istos doctores illuminat om-
nes populos fideles. Et dat intellectũ ⁊ intelli-
gentiam paruulis ⁊ simplicibus. que secreta tua
ante erant absconsa. Nunc autez absconditi ea
sapientibus ⁊ prudẽtib⁹ huius mũdi. ⁊ reuelasti
ea paruulis ⁊ simplicibus fidelibus. Et ideo

Os meum aperui ⁊ attraxi spiritus: quia
mandata tua desiderabam.

¶ Postq̃ vidi tãta copiã ⁊ abũdãtiã thesauri et
lumis tue sapie. apui os aie. s. intellect⁹ ⁊ volũta
tis. Et attraxi spũm sapie ad refrigerãdaz ⁊ nu-
triẽdã aiaz q̃ ante fuerat esuriẽs. qz mãdata tua
desiderabã. Nã istũ cibũ ⁊ potũ spũalem desde
raui a principio mundi vsq̃ ad aduentum tuum.

Aspice in me ⁊ miserere mei: fm iudicium
diligentium nomen tuum.

¶ Postq̃ adeptus est bãc copiã ⁊ abũdantiam.
Petit in eius otio ⁊ quiete diu ⁊ semp manere et
confirmari. Ideo dicit. Aspice in me ⁊ miserere
mei: ⁊ permitte me quietari ⁊ frui bono cio fm iu
dicium diligentium nomẽ tuum: id est sicut per-
mittis angelos qui diligunt nomen tuum mane
re in perpetua quiete contẽplatõis. Qaz a prin
cipio induisti ⁊ ꝫfirmasti eos in gr̃a ⁊ dete eo ꝙ
tibi adbesert. alios aũt iudicasti ad penã eternã.

Gressus meos dirige fm eloquium tuum:
⁊ non dominetur mei omnis iniusticia.

¶ Ergo aspice in me fm iudiciũ istoz bonoz an
gelorũ diligentiũ nomẽ tuum: ⁊ cõserua me i lege
tua ⁊ dirige gressus ⁊ opatiões meas fm eloqui
um: ⁊ legẽ ⁊ mãdata tua: vt nulla iusticia ⁊ mul
tũ peccatũ dicatur mei: qz oẽ peccatũ fit ꝫ iusti-
ciam ⁊ p̃ceptа dei que cõsistũt in quadã iusticia
qz ve illi cuhcupiditas ⁊ caro ⁊ superbia ⁊ iniusticia
dñatur: qz fm Ciceronem miser est cui peccare
licet: qz ⁊ si dñetur seruꝰ est. Et qõ deterius est:
quot vitioum tot dominoum.

Redime me a calumnijs hominum: vt cu-
stodiam mandata tua.

¶ Et nõ solũ rogo vt nõ dñet mei iusticia petiz
ẽr nõ dñentur mei tyrãni ⁊ infideles ⁊ boies iñ
ti. Redime ⁊ libera me ꝫ a calũnijs ⁊ deceptiõi
bus ⁊ fraudib⁹ boim hypocritaz. qui veniũt in
vestimẽtis ouiũ ad calumniãdũ. ne impediant me
in cõtemplatiõe. Sed custodiã mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum
⁊ doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:
quia non custodierunt legem tuam.

¶ Facies eñ p̃sis est filij⁹ tps q̃ lumẽ siñ super
nos emisit. Et p̃ tale lumẽ doce me iustificatõel
tuas. Nã qz p̃ preritũ peccaui ꝫ te. Jõ tã fleui pe
nitẽtiã i lacbrymis ⁊c. Uñ oculi mei ỏdurerũt eti
tus aquaz. i. riuos lacbrymaz pre dolore ⁊ cõtri
tiõe: qz nõ custodierũt legẽ tuã: imo p̃uaricati ⁊
trãsgressi sunt p̃cepta tua. Jõ postq̃ egi pniam
ex gr̃a tua ⁊ passus sum tot afflictiones ⁊ psecu-
tiones. Et deduxisti me in hũc statũ p̃sperũ cõ
templatiõis. Cõserua me in eo. ne viterꝰ cadã.
Et nota ꝙ iste peregrin⁹ nõ solũ fecit pniam in
se: sed peramplius ⁊ pfectꝰ fecit pniam in capi-
te suo xp̃o. Ideo totus xp̃s caput ⁊ mẽbra dicit.
exitus aquarũ ⁊c. Et etiã hoc dicit referẽdo ad
tpa persecutionũ tyrãnoz. q̃n ecclia erat afflicta:
⁊ fideles latebant in montibus ⁊ antris defleñ
do iacturam ⁊ persecutionem martyrum.

Justus es domine: ⁊ rectum iudiciũ tuum.

De de. dis. ij. ⁊. euidenter ⁊ De pe. dist. j. c. si cui.

xxiij. q. iij. c. lex.

Sade. Mandasti iusticiã testimonia tua: ⁊ veritatem tuam nimis.

¶ In hoc decimooctauo octonario cõtinue iste peregrinus nõ cessat petere ꝓseruari i statu gr̃e ⁊ cõtẽplatiõis. Sed q; iust⁹ nõ solus delectat in cõtẽplatione iusticia. Bz etiã ex zelo legis dolet cũ viderit hypocritas fingentes iusticiã exterius: ⁊ interi⁹ esse lupos ⁊ alios mordẽtes ⁊ impedientes: q; ut plurimũ sunt inuidi ⁊ mordaces ⁊ impedientes iustos. Dicit ergo. O dñe tu nõ es simulat⁹: imo iustus ⁊ iudiciũ tuũ rectum. Et tu dñe mãdasti testimonia tua eẽ iusticiã oĩb⁹ id est iusta: ⁊ veritatẽ tuã nimis. id est tu dedisti mandata tua sub quadã magna iusticia ⁊ vitate ⁊ nõ cũ iniusticia ⁊ ficticõe. Hec fuerũt tua ꝓcepta iniusta nec ficta: q; lex tua est iusta: ⁊ valde vera.

xxiij. q. iij. c. qđ crudele. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehemẽter: ⁊ seruus tuus dilexit illud.

¶ Et iõ zelus me⁹ quẽ erga legẽ tuã habeo me fecit tabescere ⁊ liquefieri ⁊ indignari: eo q̃ inimici mei ifideles ⁊ hypocrite, ⁊ petõres obliti sunt verba tua ⁊ trãsgressi sunt legẽ tuã ⁊ doctrinas: q; exterminãt facies suas: vt appeant hominib⁹ ieiunantes. Et faciũt iusticiã suã cor̃ã hoĩbus vt videant ab eis ⁊c. Nã eloquiũ est ignitũ vehemẽter: ⁊ viẽs corda hoĩs iustificãs iteri⁹: tñ vult apparẽtiã exteri⁹. Jõ ille q̃ est vere seru⁹ tuus dilexit illud: ⁊ seruat intrinsecus ⁊ extrinsecus.

De pse. di. iiij. c. vltl. xxxv. q. j. c. j. Adolescentulus sum ego ⁊ cõtemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

Justicia tua iusticia in eternum: ⁊ lex tua veritas.

¶ Jdeo iz ego sim adolescẽtul⁹ ⁊ cõtẽpt⁹ de me ⁊ cito lapsur⁹. tñ iustificatiões tuas nõ sum oblitus: q; iusticia tua est iusticia in eternũ: ⁊ nõ ad ẽpus ⁊ lex tua nõ est ficta: iz veritas q; veritas est gr̃a ⁊ iusticia p xp̃m patefacta est. Et sic iz ego sim fragilis: ⁊ mobilis ⁊ variabilis sicut adolescẽtulus: tñ lex tua est iusta ⁊ vera in eternum.

xxj. qõ. vlt. c. vl. viij. dis. c. q̃ã. ⁊ xj. q. iij. si is qui. Tribulatio ⁊ angustia inuenerunt me: mãdata tua meditatio mea est.

Equitas testimonia tua in eternũ: intellectum da mihi ⁊ viuam.

¶ Et ideo iz tribulatio limicoz exterioz: ⁊ hypocritaz. ⁊ petõrũ: ⁊ ãgustia passionũ interioũ inuenẽt me: tũ semp mãdata tua meditatio mea est. Et sic euado a tribulatiõib⁹ ⁊ angustijs: q; testimonia tua ⁊ lex euãgelica est q̃dã eq̃tas ⁊ iusticia. Jõ da mihi intellectũ. i. donũ itelligẽtie: vt intelligẽdo obseruẽ ipaz. Et sic spũaliter viuã p ei⁹ obseruãtiã. Bene ¶ Uita q̃ ꝓplatiua et cõtẽplatio legis facit octo fructꝰ. Nam pmo mouet hoĩem ad pscrutãdũ mirabilia legis. Scõo illũinat ⁊ dat itellectũ. Tertio satiat ai̯az. Quarto otrigit gressus. Quinto redimit a calũnijs. Sexto mouet ad pniam de preteritis. Septimo ex zelo legis dolet de peccatoribus ⁊ hypocritis. liberat enim a tribulationibus interioribus ⁊ exterioribꝰ. Octauo dat vitam spiritualem. Quia non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Deuterono. viij.

Uita cõ tẽplatiua facit octo fructꝰ.

Clamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.

Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiaz mandata tua.

Loph. Interpr̃at vocatio vel ruph qõ interpr̃at cõclusio.

¶ Postq̃ iste peregrin⁹ ouxit cursum suũ in lege domini: vsq; ad quietem ⁊ pacem ecclesie. de uictis iudeis ⁊ tyrãnis ⁊ hereticis: ⁊ petijt perseuerantiaz ⁊ cõfirmari in pace ⁊ cõtemplatione et quiete. Jam cõfractus longitudine itineris ⁊ raptus asperitate ⁊ afflictione laborum cepit dissolui ⁊ esse cum Xpisto, ⁊ assequi beatitudinem ⁊ obseruantiaz legis fidi in principio promissaz. Jdeo in hoc decimonono octonario ⁊ tribus sequẽtibus quasi epilogãdo memorat totũ discursum sue peregrinatiõis ⁊ laborũ suoz. quasi petens premiũ promissum pro cunctis laboribꝰ emptum. Unde quattuor facit. Nam pmo epilogat discursum sue peregrinationis ad adamvsq; ad aduentum xp̃i. omnes labores enumerando. Secundo rememorat totã peregrinatiões ab aduentu xp̃i vsq; ad statũ pperitatis ecclesie. enumerando oĩa persecutiões ⁊ labores pro defensione legis euãgelice. Tertio petit dissolui. ⁊ posse fidere premium ⁊ beatitudinẽ cũ xp̃o. Secunda ibi. Aide humilitatẽ. Tertia ibi. Approximet deprecatio mea. ¶ Quantũ ergo ad primũ dicit O domine semper in hac peregrinatiõe clamaui in toto corde meo. sc̃s mente ⁊ affectu vt requiram iustificationes tuas. id est requisiui iustificationes tuas. Clamaui ad te. ergo saluũ me fac vt custodiam mandata tua. id est semper clamauit me saluũ facere. vt custodire mãdata tua.

Preueni in maturitate ⁊ clamaui: q; verba tua super speraui.

xxij. q. v. c. humane. i gl.

¶ Et exponit semetipsum dicens. Ego preueni in naturitate. id est ãte maturitatez. ⁊ tẽp⁹ legis euangelice dum essem sub lege veteri. Ego preueni clamãdo ⁊ petendo legem gratie iustificantem. Et aduentũ messie in lege patribus promissi. Jõ sequit: ⁊ in verba ⁊ promissa tua supsperaui.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

De ose. dis. v. nõ medio criter.

¶ Magis exponit ⁊ declarat seipsum dicens. Preuenerunt oculi mei. scilicet mentis ⁊ affect⁹ diluculo. id est ante auroram ⁊ prope auroram, quod fuit tempus Zacharie ⁊ Symeonis prope incarnationem. qui cũ magno desiderio rogabant ⁊ adorabãt aduentum saluatoris accelerari. Quibus reuelatus est de propinquo aduent⁹ xp̃i. Nam Symeoni promissum fuit non visurum se mortem nisi prius videret xp̃m dñi. Hoc idẽ Zacharie. vt patet Luce. j. Et hoc est quod dicit. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia ⁊ promissa tua.

xv. di. c. sacra roma. xxviij. q. j. ydolatria. Uocẽ meã audiui secũdum misericordiam tuã dñe: ⁊ secundũ iudiciũ tuũ viuifica me.

Approximauerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.

¶ Jdeo vocẽ meã audiui ꝑm miam tuas ⁊ iusticiã tuã oñe. Q̃ p totũ illud cẽpus ante aduẽtũ xp̃i. ⁊ post psequẽtes me. s. caym. pharao: nabuchodonosor ⁊c. approximquerũt iniqtati. s. iiii delictati ⁊ superstitiõi idolatrie ⁊ odioꝝ ã lege tua q̃ ꝓcepit vnũ deũ colr: ⁊ primũ diligi. longe facti sunt. Q̃: legẽ tuã ꝓuaricati ⁊ transgressi sunt.

xxj. q. j. vos aũt xviij. q. j. c. q̃.

Prope es tu dñe: ⁊ oĩs vie tue veritas

Initio cognoui de testimonijs tuis: q; in num fundasti ea.

¶ Sed licet illi se elongauerint a te ⁊ a lege tua tñ tu dñe semp eas ⁊ fuisti mihi prope: q; obseruaui legẽ tuã q; oĩs vie tue sunt veritas. Superstitiões aũt illoꝝ sunt mẽdacia ficta ⁊ violentar nõ duratura. Sed ego cognoui in initio id est a ꝓncipio de testimonijs tuis q; in eternũ fundasti ea. Quasi tu dñe in ꝓncipio dedisti legẽ de obedientia ad deũ ⁊ de dilectione proximi ⁊ de cultu diuino. Que quidẽ ꝓcepta ⁊ mãdata sunt eterna p totã legẽ veterẽ ⁊ nouã. Uñ xp̃s Matth. vij. Quecũq; vultis vt faciãt vobis hoĩes ⁊ vos facite illis hec lex ⁊ ppbete. Item Matth. xxv. Uisad vitã ingredi. serua mãdata. Jtẽ ibidẽ. xxij. Diliges dñm deũ tuũ. ⁊c. Et q̃ ps ꝓ ista mãdata tã a ꝓncipio data sunt ipsi adã ⁊ cayn: Geñ. iiij. Et ipsi moysi. Deut. vij. ⁊ xp̃o i euãgelio ea cõfirmante: q̃ sunt eterna in vtroq; testamẽto. Jdeo dicit. Ego cognoui q: in eternũ fundasti ea. Unde nota q̃ vie dñi sunt mãdata ⁊ ꝓcepta in lege scripta que oĩa dicuntur veritas. Primo q: a ꝑma veritate ꝓcedũt que est de⁹. Scõo dicunt veritas: q: oĩa in xp̃m ⁊ euãgelicã veritatẽ tendebãt tanq̃m in finẽ in quo omnia fuerũt verificata: tã cerimonia q̃ iudicialia. ⁊ etiã moralia. Tertio oĩa ꝓcepta dicũt veritas: id est iusticia inquãtũ omnia erãt cõformia diuine volũtati. Et sic oĩa erãt immobilis veritatis quãtũ ad finem vt sepius dictum est. Jdeo dicit Dauid q̃ oĩs vie tue veritas.

Res qõ interpr̃atur caput. xj. q. j. nemo.

Aide humilitatẽ meaz ⁊ eripe me. q: legem tuam nõ sum oblitus.

¶ In b. xx. octonario memorat labores itineris ecclie xp̃i post ei⁹ aduẽtũ ⁊ psecutionẽ factã a iudeis. Jõ dicit. Aide humilitatẽ meã quã habui in ꝑmittua ecclia in persecutiõe iudeoꝝ. Et eripe me ab eis. Et eripe me a iugo legis veteris: q: legẽ tuã euãgelicã. que vere iustificat: nõ sum oblitus: immo q: cũ humilitate eam suscepi ⁊ obseruare ꝓmisi que quidẽ lex ẽ fundata in humilitate vt dictum est: ergo vide humilitatem meã ⁊c.

lx. q. j. alioqn dlpe. ol aij econtra. Judica iudicium meum ⁊ redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe a peccatoribus salus: q: iustificationes tuas non exquisierunt.

¶ Et tu o xp̃e q̃ veniste iudex i mũdũ nũc p discretionem ⁊ in nouissimo die p examinationem iudicia iudiciũ meũ discernẽdo cãm meam separando me a consortio iudeoꝝ: ⁊ redime me: nõ solum a petõ: sed etiam absolue me a iugo legis veteris per legẽ euãgelicã. Et etiã ab oi petõ: ppẽ eloquiũ tuũ. s. ppter legẽ euãgelicã a te platã vt uifica me a morte peri p vitã gr̃e ac sacramẽtoꝝ ecclie: q: talio salus ⁊ vita data per legẽ euãgelicam est longe a iudeis ⁊ infidelib⁹ ⁊ ceteris peccatoꝝib⁹. eo q̃ iustificationes tuas nõ exq̃sierũt.

De pe. di. iij. q: di utinam natura.

Misericordie tue multe domine. secundus iudicium tuum viuifica me.

¶ Et q: dñe mie tue sũt mlte i lege euãgelica: q: multa remedia ꝓdisti ad saluãdũ nos: puta p baptismũ: ⁊ cõfirmationẽ: ⁊ pniaz. ⁊c. Jõ ꝑm iudiciũ tuũ. s. iuz viuifica me. s. ꝑm iuz a te datã. Mar. vi. Qui crediderit baptizat⁹ fuerit salu⁹ erit. ⁊c.

iij. q. j. c. nulli dubium. xxxiij. q. iiij. quid crudele.

Multi qui persequũtur me ⁊ tribulãt me: a testimonijs tuis nõ declinaui.

Uidi prevaricantes et tabescebam: q: eloquia tua non custodierunt.

¶ Jtẽ iz mlti sũt iudei ⁊ gẽtiles ⁊ p̃fidi q̃ tribulãt tribulauerũt me tñ a testimonijs ⁊ lege tua nõ declinaui: imo cũ vidi iudeos ⁊ ifideles ⁊ hẽticos ꝓuaricãtes legẽ tuã: ⁊ otẽnẽtes ego tabescebã ⁊ liq̃fiebã ex zelo: q: mãdata tua nõ custodierunt.

xxj. q. j. c. vosaurem.

Uide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iusticie tue.

¶ Uide ergo ⁊ nõ neges mihi ꝑmiũ dñe. q̃m sp in dis psecutionib⁹ mãdata tua q̃siui q: sunt vera ⁊ nõ falsa nec ficta: q: ꝓncipiũ vboꝝ tuoꝝ ẽ veritas: mã tu loq̃ris p xp̃m q̃ est vbũ tuũ p quẽ facta sũt oĩa. Bz ipe est via vitas ⁊ vita. Jõ ꝓncipiũ vboꝝ tuoꝝ est vitas. Et iõ dilexi legẽ tuã tlic nõ possuz falli. Jõ sũt eterna i vitate oĩa iudicia ⁊ ꝑmissa iusticie tue ⁊ ꝑmia q̃ p iusticiã adiudicasti ⁊ ꝑmisisti. Et sic viuifica me i mia tua sic̃ ꝑmisisti obseruãtib⁹ legẽ tuã nõ fallas me: q: ꝓncipiũ vboꝝ tuoꝝ vitas ⁊c. Jõ si dubito ꝑmiari: nec timeo falli. Uñ ꝓncipiũ vboꝝ dei est veritas q: vba dei a ꝑma vitate ꝓcedũt ⁊ in vitatẽ q̃ ẽ xp̃s tendũt. Et sic oĩa q̃ scribũtur in lege sunt vera ⁊ iusta: inquãtũ intrã diuinã voluntatẽ sunt ordinata. Et sic veritas idem est quod iusticia.

Scbin qõ interpretatur sup vulnus. xxxvj. q. vij. c. affectũ ⁊ rei. j. di. c. ꝑ loyter.

Principes persecuti sunt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum.

Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Jniquitatẽ odio habui ⁊ abominatus sũz legem tuam dilexi.

¶ Jn hoc xxj. octonario rememorãs psecutiões tyrãnoꝝ petit ꝑmiũ ꝑmissum dicẽs. Principes et imperatores ⁊ tyrãni ⁊ diaboli psecuti sũt me: nõ demeritis meis ꝓcedẽtib⁹: sed gratis ⁊ spõte: et certa malicia ꝓpter nomẽ tuũ: eo q̃ defendebã vitã tuã inquãtum q̃ a vbis formidauit cor meũ fugiẽdo psecutionem coꝝ per mõtes ⁊ speluncas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et tñ letabor: sup eloqa tua. i. in cõtẽplatione ⁊ confitentia legis. ꝓmissionis tue: sicut qui inuenit spolia multa. Quasi dicat ꝙ ita letabar in ꝓsecutionibus ⁊ tormentis: sicut victor in bello q̃ inuenit spolia multa. Nam illi ꝑper bella tpalia inueniũt spolia terrena. Sed ego ꝓ martyriũ inueni spolia spualia ⁊ diuina: q̃ illi inuenerũt corona corruptibilẽ: ẽ ergo ineorruptibilẽ: ẽ ꝙ ꝓncipes me fuerũt ꝓsecuti ⁊ timueriz in ꝓncipio: tñ cõsiderans cã beatitudinẽ q̃ mihi in lege ꝓmittitur: ꝓtẽpsi ꝓncipes ꝓsequẽtes: letabar sup eloqa ꝓmissiones tuas: sicut q̃ inuenit spolia multa.

Et babui odio: ⁊ abominatus sum omnẽ iniq̃tatẽ eoz legẽ añt tuã dilexi ⁊ cõtẽplat⁹ ⁊ secut⁹ sũ.

xvj. q. j. reuertimini. Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iusticie tue.

¶ Unde deuictus tyrãnis ⁊ hereticis cõtẽplationi totaliter me dedi. Et sic ordinaui officia ecclesiastica ꝓ septẽ horas dici ad laudẽ dei i hymnis ⁊ cãticis. ⁊ ampliaui diuinum cultum per doctores meos. Et sic septies in die laudẽ dixi et cantaui tibi sup iudicia iusticie tue. Quasi dicat ꝙ i illis septẽ horis diurnis pariterq̃ nocturnis cãtantur gesta patriarcharũ ⁊ ꝓphetarũ: ⁊ apl'oz ⁊ martyrum: ⁊ gesta euãgelica: q̃ sunt iudicia iusticie tue. Hoc dicit. q. ꝙ illa erate. Hieronymus ⁊ Ambrosius: ⁊ Augustinus: ⁊ Gregorius ordinarũt officia ecclesiastica. Et horas. vij. canonicas cantari in ecclia fecerunt ꝑ totum orbem de q̃ bus horis dicetur psalmo. cxxix.

tñ. q. vj. ß qppe xxiij. q. iij. c.). Pax multa diligẽtibus legem tuam: ⁊ nõ est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum dñe: ⁊ mãdata tua dilexi.

xvj. q. j. vosaũt. Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo.

¶ Sedatis ꝓsecutionibus fuit multa par diligẽtibus legẽ tuã ⁊ omnibus xp̃ianis in ecclia tua. Et iã nõ est illis scandalum: q̃ oẽs hereses quibus multi scandalizabant sunt extincte ⁊ sedate. Et ideo iam expectabam salutare tuum in eterna felicitate relectis reb⁹ terrenis. Mã cõuersatio mea in celis est. Jam veniendo in hac vita cõtẽplatiua: ⁊ sola mãdata tua dilexi: q̃ in sola lege tua est voluntas mea die ac nocte. Et sic incõtẽplatiõe custodiuit alia mea testimonia tua: toleraui ea vehemẽter. Et seruaui mãdata tua ⁊ testimonia tua. quia dedit⁹ soli cõtẽplationi oẽs vie mee. s. intellectus ⁊ volũtas ⁊ affectus est totus fixus in cõspectu tuo abstractus a terrenis.

Thau i terptak errauit vel cõsũmauit Approximet deꝑcatio mea i ospectu tuo dñe in xta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ.

¶ In hoc vltimo octonario iam petit absolui a membris corpis hui⁹ ⁊ esse cũ xp̃o in beatitudine. ⁊ petit ꝓmiũ ꝑ laborib⁹ ⁊ peregrinatione. Dicit ergo dñe. ẽt approximet iã oro mea in ospectu tuo: ⁊ da mihi intellectũ ⁊ intelligentiã clare visiõis in patria iuxta eloquiũ. i. ꝑm ꝓmissiones tuas. Mã i ꝓncipio dixisti. Beati imaculati in via q̃ ambulãt i lege dñi. Ego añt iã ambulaui in lege tua: tme seruani immaculatũ et gr̃a tua: g̃ tribue mihi clarã visionẽ ⁊ itellectũ beatitudinis.

Intret postulatio mea in cõspectu tuo: ꝑm eloquium tuum eripe me. xv. di. c. sancta.

Eructabũt labia mea hymnũ: cum docueris me iustificationes tuas. xcv. d. c. cccc.

¶ Et intret i cõspectu tuo postulatio mea: ꝑm eloquiũ ⁊ ꝓmissum tuũ eripe mee. Absolue me ab hoc mortali ⁊ põderoso corpe ⁊ passibili: ⁊ absolut⁹ ab hoc mortali corpe eructabũt ⁊ cãtabunt labia mea hymnũ eñ beatis i patria. Dũ ꝙ post ẽ ꝓdocueris me iustificatiões tuas. i. postq̃ ẽ impleuerim iustificationes quas me docuisti: ⁊ etiã cũ docueris ⁊ ostẽderis mihi iustificationes tuas. i. premia iustificationum tuarũ in patria.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuũ: q̃ omnia mandata tua equitas. xiij. q. j. c. dis itaq.

¶ Et nũc pnũciabit lingua mea eloquiũ tuũ agẽdo gr̃as cũ ceteris beatis. q̃ oĩa mãdata tua vitas. Quia q̃cq̃d ꝓmisisti: adimpleuisti. Jõ oẽs beati in secula seculoz laudabũt te dicẽtes. Bñdictio ⁊ claritas ⁊ gr̃arum actio. ⁊c. Epoca. vij.

Fiat manus tua vt saluet: me quoniã mandata tua elegi. xvij. q. ij. si q̃libet dist. ij. oẽs le ges i gl.

Concupini salutare tuũ dñe: ⁊ lex tua' meditatio mea est. xvj. q. j. reuertimini.

Viuet anima mea ⁊ laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me.

Ergo fiat manus tua. ⁊ misericordia tua super me ⁊ saluet me beatitudinẽ cõferendo: q̃ mãdata tua elegi ⁊ ipleni: ergo da mihi premiũ q̃ hoc premiũ ⁊ salutare tuum semp concupiui ⁊ ꝓpter ipsum semp laborauit: q̃ lex tua meditatio mea q̃ semp fuit in ea volũtas mea die ac nocte. Et sic cũ dederis mihi hoc ꝓmiũ viuet anima mea beata ⁊ eterna fruitione: ⁊ in secula seculoz laudabit te: q̃ iudicia tua. i. obseruantia legis tue adiuuit me ad consequendã beatitudinem.

Errani sicut ouis que perijt. quere seruum tuum q̃ mandata tua non sum oblitus. xij. q. iij. ois erat de pen. di. j. ser pens.

¶ Hic incipit vsus ꝛ sententia in hebreo. Sz hoc pōt dupliciter intelligi. Uno mō sequēdo victoriā quā xps habuit de inferno. Secō modo pōt intelligi de subiugatiōe gētiliū. Quo ad primū dicit ꝓpheta: ꝓ iz xps ablcōderit fortitudinē in cruce: tñ mors fugit ante faciē eius ꝛ vicit eam p resurrectionē: q̄ mortē nram moriēdo destruxit ꝛ vitā resurgēdo reparauit ꝛ diabolus egrediet ꝛ fugiet ante pedes ei⁹ qñ descendet in infernū. et iste xps postq̄ ingressus est infernū stetit ibi p. xl. horas: ꝛ sedit tanq̄ iudex ꝛ dñs: ꝛ mēsus ē ymēsurauit totā terrā inferni. i. oēs quattuoꝝ circulos inferni: puta limbum patrū: ꝛ purgatoriū: ꝛ limbū puerorū nō baptisatoꝝ nec circūcisoꝝ: ꝛ infernū dānatoꝝ. Ola ista loca mēsurauit ꝛ pagrauit p potētiā ꝛ aspexit eā ꝛ dissolvit eā ꝛ liberauit gētes patrū ꝛ fideliū ve. test. existentiū in illa terra: vel dissolvit ꝛ dissipauit gētes demoniorū. Et tūc contriti sunt mōtes seculi. i. mōtes inferni: et maiores demones: q̄ a sc'o erant ibi. fuerūt contriti et perterriti ex pūtia xpi: ꝛ colles mūdi curuati ꝛ humiliati ꝛ victi sūt et depressi ab itinerib⁹ eternitatis ei⁹. i. ex itinere ꝛ ingressu xpi eterni. q. d. q̄ sicut mōtes ꝛ altitudines terre applanant̄ et curuātur et deprimūtur ex eterno ꝛ cōtinuo itinere gentiū trāseuntiū: maxime qñ transit aliquis magn⁹ exercitus. ita fuit curuata et depressa et facta plana superbia ꝛ ptās inferni ingressu et transitu xpi. Hoc etiā quasi idem dicit dauid psal. lxxv. Unde ait q̄ ibi cōfregit potentias demoniū: areū: scutum: gladiū ꝛ bellum: illuminās: tūc mirabiliter a mōtib⁹ eternis turbati sunt oēs insipiētes corde: qđ fuit expositū de ingressu xpi in infernū: et de victoria habita de diabolo: vñ mōtes inferni dicunt itinera eternitatis q̄ que postea xps est ingressus. Iō dr q̄ colles mūdi infernalis: sunt curuati ab itinerib⁹ eternitatis ei⁹. s. inferni eterni ꝛ eternitatis inferni. Et sic ly eternitatis ei⁹ refert̄ ad eternitatē inferni p cui⁹ itinera nō introbūt nisi dānati ꝛ scelerati. ꝛ iō fuerūt cōtriti et curuati ex ingressu xpi sctī ꝛ iusti. ¶ Uñ dicit quidā q̄ xps nō solus expoliauit limbū. Sz etiā purgatoriū ꝓpter aduētū xāti regis ꝛ dñi. Itē dicit q̄ etiā abstraxit aliquos de libo incircūcisoꝝ ꝛ imbaptisatoꝝ: ꝛ etiā de inferno dānatoꝝ vt ōnderet se habere verū dñium sup oēs locā inferni sicut hz dñiū sup oēs celos: ꝛ sup oēs partes terre. et iō dicit q̄ dissoluit gētes: ꝛ mens ē terra. Itē scdo hoc ibidē pōt exponi de predicatiōe xpi. Nā in trib⁹ annis cū dimidio mēsus est ꝛ plustrauit terrā ꝓmissiōis ꝓdicādo ꝛ miracula faciēdo: vitia carpēdo et destruēdo vsq̄ ad ptes tyri ꝛ sydonis vbi liberauit filiā cananee q̄ erat de ppło gētilit: et iō dicit: q̄ dissoluit gētes et aspexit gētes. Et sic ꝛtriti sunt mōtes sc'i: ꝛ curuati sunt colles mundi. i. diaboli et maiores hui⁹ sc'i et minores fuerūt cōtriti ab itinerib⁹ eternitatis. i. doctrinā xpi. Itē tertio pōt ītelligi de ꝓdicatiōe apłoꝝ et ouersiōe ppli gētilis. Nā xps stetit ꝛ mēsus est et plustrauit totā terram per apłos suos ꝛ aspexit ocło mie ad ppłm gētilē et sic dissoluit gētes aviculo y dolatriet oīs superstitiōis: et cōtriti sunt mōres. i. imperatores ꝛ reges sc'i: et incurvati sunt colles. i. philosophi ꝛ ppli hui⁹ mūdi ꝓuinciis fidei xpi ꝛ ecclie catholicē sicut Dionys. ꝛ ceteri philosophi et ꝓcerū Romanoꝝ cū ceteris regnis et ꝓuinciis sicut prꝰ prophetauerat Esaias. xl. c. Oīs collis ex altabit et oīs mons ꝓuiliabitur ꝛ erūt prava indirecta et aspera invias planas ꝛc. ¶ Et nota etiā q̄ ly stetit et mēsus est terrā pōt referri ad diabolū victū: et expulsuz a ppło gētili p xpm: apłos. Nā postq̄ diabolus fuit expulsus de ppło gētili illustrauit et mēsus est terrā et oēs natiōes mundi querēs requiē ꝛ nō inueniteq̄ in oēm terrā exiuit son⁹ et predicatio apłoꝝ. Et sic diabolus a toto ppło gētili expulsus dixit. Reuertar in domū meā vñ ꝓcessi tpe abrahe ꝛ moysi. Et inuēdus spūs assumptis septē nequioribꝰ se: ingressus ꝛ regressus ē in ppłm iudaicū ꝛ in synagogā in q̄ habitat vsq̄ ad cōsummationē ꝛ finē sc'i cū septē spiritib⁹ nequioribꝰ. s. cū blasphemia: et sacrilegio: et homicidio: ꝛ ingratitudine: ꝛ cecitate et obstinatōe ꝛc. ꝛ sic pz ꝙliter diabolꝰ fugiēs ab pedes xpi mēsus ē terrā. ¶ Ad maiorē ānt euidētiā eoꝝ q̄ dicta sunt ē vsteri⁹ notā dū q̄ xps incḥtū homo multiplicit dr venisse de mōte pharā. i. vmbroso. Prio incḥtū sine vmbra pcti: iz sub vmbra penalitatū traxit carnē de generatiōe vmbrosa ipsi⁹ Adā. Scōo: q̄ venit de mōte sacre scripture legis et ꝓpheta ꝛ sub mysterijs vmbrosis et vaticinijs fuit ꝓmissus. Tertio venit de mōte vmbroso et secretissimo ꝛ incomprehensibili ratione modi incarnationis: q̄ nō ex ope Adā: iz ex ope spiritussancti ꝓceptus

Xps spoliauit purgatoriū.

Xpus hō de mōte pharā ꝛc

Universidad de Barcelona Biblioteca

est. Ideo dixit angel⁹ ipsi ioseph. Noli timere: q̄ quū in ea nat̄m est ex spūsancto est. Quarto venit de monte vmbrosō rōne sue natiuitatis: q̄ ex virgine natus est natura mirante cōferendo matri fecūditatē: nō auferēdo v̄ginitatē. Quinto fuit vmbrosam t incōprehensibilis tota vita xpi vsq̄ ad resurrectiōem in quā q̄q̄ opabatur vt de⁹ miracula faciendo: q̄q̄ vt homo esuriendo⁊ comedēdo t patiēdo: intūm q̄ nō solum poles ꝯ etiā diabol⁹ mirabat t pertabat nō valēs cōprehendere el⁹ subuersationē: vt p̄z Matth. iij. Sexto venit de mōte vmbrosō rōne sue resurrectiōis: q̄ custodiētib⁹ t ignorātib⁹ custodi b⁹ resurrexit t exiuit de sepulchro clauso⁊ sigillato. Septio venit de mōte vmbrosō q̄n reuersus de inferno t hoc mūdo vmbrosō ascēdit ī celū cū triūpho t preda recupata quā in gl̄ia collocauit. ¶ Hec ergo ista premidēs Salomō in spū Prouer. xxx. dicit Tria sunt mihi difficilia. t quartum penitus ignoro. s. via aquile in celo. i. quō descēdit deus in v̄ginē. Et via nauis in medio maris. i. cōuersatio xpi inter poles but⁹ mūdi. Et via colubri sup petrā. i. quō xp̄s exiuit de sepulchro clauso. Et via viri in adolescentia sua .i. quomodo xp̄s vir p̄fectus in omni scientia t sapientia t virtute potuit concipi sine viro: nasci ex virgine adolescētula: secreta sine corruptione relinquēdo eam virginem: q̄ septem ola sunt vmbrosa t incōprehensibilia sup humanā facultatem t naturā. et sic p̄z qualiter xp̄s venit de monte vmbroso ſm humanitatē. ¶ Quia ergo xp̄s venit ab austro t meridie dei patris ſm diuinitatē: t de monte vmbroso sc̄rē modis predictis ſm humanitatē. Ideo ꝓpheta volēs hoc explicare dicit q̄ xp̄s tanq̄ dūs venit ab austro diuinitatis: ſ̄z sanctus sine petō venit de monte vmbroso gn̄atiōis. Eadem opere spiritussancti. Et ideo nō fuit obnoxius petō adeo vt dixit angelus marie. Quod eūm ex te nascet sanctū vocabitur filius dei. Et ideo q̄: xp̄s est deus t homo sanctus sine petō. subdit ꝓpheta q̄ operuit celos gl̄ia eius: t laudis ei⁹ plena est terra: ꝓpter opationē miraculoꝝ: et sic splendor eius vt lux erit p suā predicationē mundū illuminando: et omnia in manib⁹ ei⁹ in cruce de diabolo triumphando. Unde ſ̄z ibi in cruce fuerit abscondita gloria ei⁹ t fortitudo t maxime quo ad opinionē iudeoꝝ q̄n viderūt ipsum mortuū. Tūm ante faciē eius ibit t abiit et fugit mors cū diabolo ei⁹ autore tanq̄ victa t destructa: q̄ mortē nostram moriendo destruxit: t vitā resurgendo reparauit. Et sic diabolus victus egressus est conculcatus et fugatus ante pedes ipsius xp̄i: q̄ fugatus et eiectus est foras a ꝑpl̄o gentili: t hoc modo per apl̄os qui sunt pedes xp̄i euāgelizantes pacem et bona gratie. t sic diabolus sterit t cessauit ab ydolatria. et mensus est t lustrauit terrā fugiendo predicationē apostoloꝝ. et tunc christ⁹ aspexit gentes oculo mie et dissolvit eas a vinculo petit iugo t seruitute diaboli: detestabilis ydolatrie. et tunc oēs mōtes. i. imperatores reges t principes terre cōtriti t hūiliati sunt t subiecti iugo xp̄i. Et ꝑpl̄i. i. populi gentiliū superbi incurati sunt christo: t cessarūt ab itineribus eternitatis. i. ab ydolatria quā a multis seculis t longis tp̄ibus fuerunt secuti: et oēs reges t principes terre ꝓpter idola ante q̄sequebant xp̄ianos ydola ꝓpter xp̄m postea deleuerunt. Et sic fuit incurnata et subiugata oīs ptās iugo christi: vt dicit Aug. Et sic patet intelligēria huius prime partis ſm nostrā translationē. est verum q̄ littera hebraica ſm q̄ iacet punctuata multū discrepat in verbis t sententia a nostra translatione. Sz iam dictū fuit in ꝓlogo libri psalmoꝝ qualiter non est danda fides littere hebraice sic punctuate ꝓpter causas ibi assignatas.

Tria Salomoni difficilia.

Pro iniquitate vidi tēntoria ethiopie: turbabuntur pelles terre madian. Dauic. v. h. Paral. xiiij. Judic. vij

¶ Hec est tertia pars in qua ꝓpheta explicat t predicat victoriā: triumphū quē xp̄s habuit de diabolo t ꝑpl̄o gentili. Judei aūt t quidam catholici totā istam partē t precedentē exponunt de triumpho quē habuit Cyrus de caldeis babilonēs: t quō diuisit magnū flumen eufratem in ccxxxiij. alueos. Et quasi pede sicco ingressus ē babilonē: t interfecit balthasarē regē babilonis t destruxit ciuitatē: t transtulit regnū babilōis ad p̄sas. Dan. v. quā captionem: destructionem latius describit herodotus t trogus pōpeius: t iustinus. Unde quia iste cyrus cepit et punuit chaldeos: t babylonios cum rege suo et liberauit iudeos de captiuitate dans eis licentiā reuertendi in hierlm et rectificandi ciuitatē t tēpli: vt patet esdre p̄mo. Ideo totum hoc canticū exponunt de illa captione particularis babilonie p̄cise: t deliberatōe illius ꝑpli iudaici ab illa captiuitate. Sz q̄ dictū est q̄ vtrunq̄ premidit ꝓpheta. Illa ipse cū toto populo petebat vltionē de caldeis t regibus eoꝝ affligentibus iudeos: t petebant liberari ab illa captiuitate: t redire in hierlm: sed de⁹ maiora t plura ꝓmisit ꝓphete. Primo mittere eis cyrū regē p̄sarum t medoꝝ ad puniendū babilonios t liberādū iudeos de illa captiuitate. ſ̄z cū de⁹ nō sit acceptor personarū: ſ̄z sicut est creator oīm hominū t iudex generalis: ita debet totū gen⁹ humanū de generali captiuitate diaboli redimere t liberare: et diabolū principē tyrānum hui⁹ mūdi cum suis mēbris t cum suo regno punire: ideo de⁹ in duplici lumine ⁊ſpū ꝓphetico oſtēdit t reuelauit ipsi abacuc redemptionē futurā totius generis humani faciendā per xp̄m. Et reuelauit ipsi dānationem magne impietatis t vniuersalis babilonis cū principe suo faciendā infinali iudicio. et sic ꝓpheta p liberationē ꝓpinquam et particularē illius ꝑpli figuraliter et ꝓphetice premidit vniuersalē redemptionē generis humani p xp̄m. Et de hac vniuersali redemptiōe t de hoc redēptore t saluatore erat decens vt faceret canticū: de quo habuit altiorē spiritū ꝓphetie. Et ideo ſ̄z hoc cāticum possit applicari ad illam particularē liberationē in⁹tum fuit figura vniuersalis redēptionis tūm nō esset ibi sistendum: sed semp est transeundū ad principalē: finalem intentionē ipsi⁹ ꝓphete. Immo multa scribunē

Duplex spūs ꝓphetic⁹ differt a simplici.

in hoc cantico que valde t extorte t inepte: immo cum grandi iniuria sacre scripture possent applicari illi particulari liberationi iudeoꝝ. Ideo sequendo catholicam doctrinam Augustq̄ hoc canticū de christo saluatore exponit. xviij. de ci. t. c. vij. est notandū q̄ sicut dauid psal. xvij. t. lxxiij. t. lxxvj. t. lxxxviij. t in ceteris psal. addu cit mysteria figuratiua petēdo xp̄m figuratū et nostrā redemptionē figuratā p illa mysteria vetest. ita pariter abacuc in isto cantico adducit sex misteria ve. te. figurātia christū et nostrā redēptionē per q̄ misteria petit vt xp̄us acceleret aduentū suū ad liberandū gen⁹ humanū t hunc ordinē t cōsuetudinē seruāt quasi oēs ꝓphete. Ideo aduertat in hoc loco. Et sequēdo doctrinā Origenis et hiero. t aliorū sacroꝝ doctoꝝ exponēda est etiā ista tertia ꝑs cū sequēti de mō nāe redēptionis. ¶ Ad cui⁹ intelligētiā est notādū q̄ in hoc differt duplex spūs ꝓphetic⁹ a simplici. Nam ꝓpheta p simplicē premidebāt gesta ve. te. nō attingētes futura misteria de christo t eccl̄ia: sicut dictū est. iiij. Reg. ij. De filijs ꝓphetarū et helyseo anteq̄ darēt ipsi duplex spūs ꝓphetie. Sed ꝓphete in lumine duplicis spiritus ꝓphetici nō solum premidebāt futuros euētus in illo populo: sed etiā p illos futuros euentus ꝓpinquos premidebāt longinquiora futura misteria de xp̄o t eccl̄ia. Et etiā p misteria preterita t p̄nia ve. te. quasi interpretatiue ꝑuidebāt futura misteria de xp̄o et eccl̄ia sicut frequēter dictū est de dō. Et ita iste ꝓpheta abacuc: q̄ receperat a deo duplicē spūm ꝓphetie: ſ̄z nō in tā alto gradu sicut dō. tūm in suo gradu t ordine ſicut p ꝓpinquā destructionē babylonis: liberationē premidit de longinquo futurā gn̄alem redemptionē p xp̄m faciendā. ita pariter hoc ꝑuidit interpretādo misteria ꝓterita scripta in ve. te. q̄ aduentū et triūphū xp̄i et vl̄em figurabant Tūm sicut dō allegādo misteria sacre scripture: in quibus nouerat figuraliter futura mysteria de xp̄o et eccl̄ia appellat xp̄m vt veniat in carnē ad cōplendū q̄d ꝓmisit p illa figuratiua mysteria: vt patz psal. lxiij. t. lxxvj. t. lxxix. t. lxxxviij. tc. ita pariter abacuc in hac tertia pte duo facit. Primo adducit t allegat q̄dā misteria ve. tes. in q̄b⁹ figurabat aduētus christi et nra redēptio t subiugatio ꝑpli gentilis ad fidē: t triūphus christi de diabolo t mēbris ei⁹ compellēdo xp̄m vt impleat in illis figurata ꝓmissa. Secdo cōparat victoriā xp̄i ad illa misteria. ibi. Egressus es in salutē populi tui. ¶ Quantū ergo ad ꝓmū ꝓphe ta intēdit tale argumentū ergā dūm dicens. O dne de⁹ ego vidi in sacra scriptura q̄ multotiēs ꝑpl̄s tu⁹ fuit afflict⁹ ab infidelib⁹: tū semp misisti aliquē liberatorē t saluatorē ad liberandum ꝑpl̄m p q̄s saluatores figurasti: t in figura ꝓmisisti mittere saluatorē toti⁹ gn̄is humani. Ergo ne differas mittere eū. nā licet q̄q̄ tu eos irat⁹ cōtra illū ꝑpl̄m ꝓpter aliq̄s scelus t petū commissuꝝ: t affligeres ꝑpl̄m tuū p infideles ꝓpter petā sua: tū finalit⁹ recordaberis tue mie t mitrebas aliquē saluatorē t liberatorē. ps. p totum librū Judicū: t per totū discursum ve. te. Tūm pri

In quo ira es domine aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua. Qui ascendes super equos tuos: et quadrige tue saluatio.

¶ Hic adducit tertiū misteriū de inundatiōe diluuij. Unde dicit Gen. vj. q̄ videns deus corruptionem vniuersē carnis per enormia peccata iratus cōtra genus humanum induxit diluuiuꝝ super vniuersam terram: t interfecit omne animam vinam: preter animas que ingresse sunt archam in qua fuerūt saluate sup aquas: sed post eas deus recordatus misericordie recordatus est noe cunctoriūq̄ viuentium. Et adduxit sp̄m mie sue super terram et diminute sunt aque t cessauerūt aque reuerse in loca sua. et sic restauratū est gen⁹ humanum per illam archam. Per quod misteriū fuit figuratum qualiter xp̄s erat venturus in quadriga hūanitat̄: t debebat edificare t cōstruere archam ecclesie in qua sola populus fidelius erat liberandus per christum a diluuio peccatoriū et mortis eterne: que quidem ecclesia dicitur etiam quadriga dicta per quattuor euāgelistas: in qua quadriga euāgelica cōsistit tota nostra saluatio. Hoc ergo premidens ꝓpheta in

Gen. vj. xxiiij. q. j. c. alien⁹ t c. q̄cunq̄. de peni. di. vj. §. j. ꝑsl. lō. Eccl̄ia & q̄driga.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritu dicit: o domine cū iratus fueris contra nos in adam: z propter peccata nostra: tamē finaliter misericordie recordaberis: sicut recordatus fuisti misericordie tue post inundationē diluuij: vnde ō domine nūquid iratus es in fluminibus: id est in aquis fluentibus super terrā tempore diluuij: aut tunc furor tuus in fluminibus aquarū: aut in mari z congregatione aquarum fuit: tunc indignatio tua contra totum genus hūanum: quia catharecte celi aperte sunt z pluit super terram. xl. diebus cum suis noctib? intrantū ꝙ aque ascenderunt super altiores mōtes. xv. cubitis. Et sic tota habitatio factum est vnuz mare: vbi apparuit indignatio z furor tui? contra genus humanum. Sed recordatus postea misericordie ascendisti sup equos tuos: quia missisti spiritū tuum super terrā: tunc quadrige tue fuerunt saluatio vniuerse carni. ¶ Unde nota ꝙ de? dicitur sedere super cherubin tanꝙ sup quadrigā. Et sic angeli dicuntur equi z quadriga dei: quādo aliquid operatur in mūdo z sic dicitur descēdisse super equos: z quadrigam angelorum: quando descendit super aquas diluuij vt minues z fugās aquas saluaret genus humanū. Item angeli fuerunt equi et quadrige in q̄bus ferebatur arca sup aquas. ideo dicitur quadrige tue ferētes arcam fuerunt saluatio. Alia translatio habet: z eḡtatio tua salus. Unde xp̄s equitauit p̄mo super equos humanitatis: z eḡtatio eius z cursus p̄ hierusalem z terram p̄missionis fuit nra saluatio: sed post ascēsionē equitauit sup apostolos equos suos: et peragrauit totū mundum cuius equitatio in apostolis eḡs et quadrigis fuit mūdi saluatio. quasi dicat prophēta. ō dñe sicut tunc licet fueris irat? in fluminibus et aquis cōtra genus humanū: tamen recordatus misericordie ascēdisti equos et currus angelorū et descendisti ad tollendum diluuiū: et tue quadrige fuerūt saluatio ferētes illā archam. Ita pariter recordar? misericordie tue ascendes eqnos humanitatis in quadrigā ecclesie q̄ quattuor equis euāgelicis et quattuor rotis fertur: que quidē quadriga et equitatio erit saluatio toti generi humano contra diabolū et peccatum. Deinde cum dicit.

angeli dicunt eḡ z quadriga dei.

Genē. ix. Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus que locutus es.

¶ Adducit quartū mysterium figuratiuum. vnde legitur genesis. ix. ꝙ post? cessauit diluuiū de? dixit ipsi. Hoc. arcum meum ponam in nubibus celi: et erit signum inter me z terram: cunq̄ obduxero nubibus celi: apparebit arcus meus in nubibus et recordabor? federis q̄ pepigi vobiscū: et non erunt vltra aque diluuij ad delendam terram ꝛc. per hoc mysterium et fedus prenidit abachuc in spiritu totum mysterium incarnatiōis. A ¶ illa illa iris siue ille arc? nil aliud est nisi imago solis impressa in cōcauo nubis rorate digeste. Ideo est signū ꝙ pluuia iam cessauit: et ideo causat diuersitatē colorū in diuersis partib? nubis fm diuersitatem partium nubis iam digeste: sed p̄cipaliter causat tres colores scilicet rubeū in suprema parte: z viridē in medio: z ceruleum in profundo: per quod prenidit ꝓpheta qualiter deus pater qui est fons z p̄incipium diuinitatis debebat imprimere imaginem suā in nube humanitatis: id est mittere filiū qui est imago patris in carnē qui debebat latere in nube hūanitatis: in qua persona sunt tres substantie scilicet verbū anima z caro. ex quib? constituitur vnica ꝓsona sub vnico esse personali et diuino: qui quidē arcus diuinus debebat fugare omnē tempestatē z totum diluuium peccatorum z sedare omnes tenebras veteris peccati z ducere lucem z serenitatem gratie. Ad quē arcū respiciens pater nō amplius debebat recordare veteris peccati: immo deus respiciens illū arcum qui est filius incarnatus illico recordatur federis p̄missi inter ipsum z genus humanum. Et sic pater respiciēdo illum arcum in cruce recordatus federis p̄missi remisit peccatum toti generi hūano ꝛc. Itaq̄ quotiens filius offert p nobis suā passionē: pater nunq̄ negat suam veniā pro nobis. Hoc ergo prenidens abachuc in spū dicit. ō dñe tu suscitās suscitabis arcum federis tui quando mittes filium tuum in carnē: tūc suscitabis z verificabis iuramenta z federa que locut? es z promisisti tribubus: id est Hoc: omnibus generationibus suis quādo intrasti q̄ quotiēs appareret ille arc? in nubib? celi: id est verbū in carne: tunc respiciens ad illum arcum non induceres amplius diluuium peccatoꝝ super terram. Quasi dicat. ergo recordare misericordie tue z federis p̄missi et mitte ymaginem: scilicet filium tuum in nubem humanitatis ꝛc. Deinde cum dicit.

Quid sit iris seu arcus celestis.

Fluuios scindes terre: viderūt te z doluerunt mōtes: gurges aquarū transijt. Exo. xiiij
Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.

¶ Adducit quintū mysterium de diuisione maris rubri: quando moyses percussit aquas maris rubri cū virga et diuisit z scidit mare rubrum in diuisiōes z transiuit israel illesus. Sed abyssus id est mare dedit vocē suam: quando deus intonuit super mare inducens flumina et grandinē et reduxit aquas maris sup egyptios. Et sic doluerūt z submersi sunt pharao z principes eius: per quos prenidit Abachuc totum misteriū baptismi. Nam per hoc ꝙ moyses percussit aquas maris cū virga prenidit in spiritu qualiter christus q̄ est de radice iesse z radix et virgultum de terra sitienti debebat cū virga hūanitatis percutere z tāgere aquas: z per eius contactum debebat prebere vtutē regenerationem aquis ad delēdum peccatum. Unde sicut ille aque maris rubri tacte per virgam Moysi prebuerunt iter et viam tutam filijs israel vt secure transirēt ad aliud littus: sed eedem aque in se reducte perventi et tempestatem submerserunt egyptios. Ita pariter aq̄ baptismales tacte virtute passionis xp̄i z mūdauit hoiem a peccato: z prebēt vtā ad vitā eternā sed eedē aque baptismales submergūt z extinguunt z fugant diabolum z petiñ

Ps. Ega uianitatis diuisit aq̄s.

in homine. Hoc ergo prenidens Abachuc i spiritu dicit: o dñe sicut tu scidisti et diuisisti mare rubrum et transiuit populus in mōtes id est pn̄cipes egypti viderunt transeuntes hebreos et doluerunt quando abyssus dedit vocē suā. id est quando dominus intonuit super mare z altitudo maris id est ꝓfunditas leuauit manus z fluctus: et gurges transijt sup egyptios z submersit eos. Ita tu in aduētu tuo scindes fluuios terre. id est aquas baptismales virtutem eis p̄bendo: et ipse aque prebebunt iter ad gloriam fidelibus. Et tunc montes id est p̄incipes demonum dolebūt: quia gurges aquaꝝ baptismaliuꝝ trāsibit super eos, et submerget et extinguet eos: et hoc accidet quia abyssus aque iordanis dedit vocē suam: z altitudo maris leuauit manꝰ suas: quando vox patris intonuit super aquas dicēs Hic est filius meus dilectus ꝛc. quia tunc aq̄ receperunt virtutem regenerationū ꝓpter vocē patris z contractum carnis xp̄i et ꝓpter virtutem spiritussancti apparētis in signo columbe: quia tunc altitudo z dignitas baptismalis leuauit manus. id est potestatem z virtutē suā. Quidam autem referunt illud: nunquid in fluminibus ꝛc. ad diuisionem maris rubri et transitum filiorum israel. Et istam partem scilicet fluuios scindes terre referunt ad retrogradationem aq̄ iordanis et ingressum filiorum israel in terram promissionis ꝛc. sed isto modo occultarent? multa ꝓfunda mysteria. Sed quomodocūq̄ sit tam transitus maris rubri q̄ ingressus terre p̄missionis figurabant mysterium baptismi z liberationem totius generis humani a peccato. Et sic prophēta semp adducit supradicta mysteria i figuram petendo saluatorem humanum. Deinde cum subdit.

Josue. x. Sol et luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibunt in splēdore fulgurantis haste tue.

¶ Adducit tertiū mysteriū. Unde legitur Josue x. q̄ videntes gabaonite victorias z virtutes ih̄u dñs fecit per Josue et filios israel confederati sunt cum eis. Sed videntes quinq̄ reges illius terre q̄ gabaonite qui erant gentiles z cōfederati essent cum filijs israel: tunc congregati venerunt simul cum exercitibus eorum ad destruēdos et delendos gabaonitas. Et sic castrametati sunt circa gabaon oppugnātes eam. Sed gabaonite miserunt nuncios ad Josue: vt veniret ad auxiliandum z liberandum eos. Tunc autem Josue cum exercitu suo venit galgalis: et irruit super quinq̄ reges z percussit eos plaga magna et persecutus est eos vsq̄ ad azecha et maceda. Et tūc dominus misit super cananeos lapides grādinis de celo. Unde mortui sunt multo plures lapidibus grandinis q̄ gladio. Tunc ad preces Josue stetit sol i medio celi et luna ex aduerso per totam diem non decumbentes ad occasū prebentes lumen filijs israel pretiantibus vsq̄ quo dissiparunt exercitum quinq̄ regum: quos quinq̄ reges postea Josue precepit suffocari et suspendi. Et sic gabaonite fuerūt liberati z to-

ta terra chanaam: cum regibus suis fuit subiecta filijs israel z cetera. Per hoc mysterium prenidit abachuc in spiritu totam victoriam ecclesie et subiugationem totius populi gentilis ad fidem saluatoris domini nostri Jesu christi.

¶ Unde prenidit primo qualiter christus debebat mittere apostolos et discipulos perviuersam regionem z orbem: vt docerent z instruerēt et predicarent euangelium omni creature tam paganis q̄ gentilibus z ceteris nationibus ꝛc. Et quomodo vna pars de populo gentili videtes virtutes et signa que faciebant apostoli in virtute nominis christi debebant confederari cum apostolis in ecclesia christi sicut gabaonite. Prenidit etiam qualiter reges z principes terre videntes ecclesiam de populo gentili ad fidez conuersam debebant ipsam persequi crudeliter et multa milia martyrum occidere in ea vsq̄ ad magnum Constantinum. Ꝺ christus per solem figurat? debebat stare in medio celi z respicere ecclesiam figuratam per lunam z illustrare eam contra reges gentium. Et prenidit etiam qualiter christ? debebat mittere tempestates z pestilentias et terremotus et multa alia incōmoda contra populum gentilem z vindictam martyruꝫ sed finaliter ecclesia figurata per Josue in lumine et virtute nominis Jesu qui est sol iustitie debebat subiugare omnes reges terre cum toto populo gentili ad fidem christi. ¶ Hoc ergo prenidens abachuc in spiritu dicit. ō dñe sicut sol z luna steterūt vnusquisq̄ in habitaculo suo tempore Josue non declinando ad occasum. In cuius lumine Josue vicit quinq̄ reges et dissipauit exercitum eorū per lapides grādinis missos de celo. Et postea subiugauit totam terraz chanaan cum regibus suis: ita in tuo aduentu sol qui est christus et luna que est ecclesia stabūt firmiter in habitaculo suo: nec poterunt vinci nec deleri a populo gentili: imo apostoli z martyres ibūt in luce sagittaꝝ tuaꝝ z fluminū euangeliorū. et in splēdore tue haste z fortitudis euāgelice fulgurātis z mittēris radios euangelicos p vniuersū mundū illustrando apostolos z terrēdo gentiles z infideles signis z miraculis. z sic.

Act u. ij.

In fremitu conculcabis terraz: z in furore obstupefacies gentes.

¶ In fremitu z sonitu predicationis apostoloꝝ conculcabis terrā vniuersam z in furore tuo. s. cū miraculis z punitionib? obstupefacies z terrebis gentes z sic venient z conuertentur ad fidez. Nam cōstantinus percussus lepra cognouit virtutē xp̄i per baptismū sanatus: z sic fuit cōuersus. Ad cuius exemplū pro maiori parte oēs reges ꝛpncipes europe fuerūt ad fidem conuersi et christo subiugati. Docidem factum est in partibus aquilonaribus et orientalibus. vt p̄z per ecclesiasticam hystoriam. Deinde cum dicit.

Egressus est in salutem populi tui: in salutem cum christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsq̄ ad caput.

¶ Explicat veritatē sup:dictarum figurarum. Nā ipse dicit qꝫ in sup:dictis sex mysteriis prenūcit figuraliter in spū futurꝫ salvatorē mundi: t mysteriū incarnatiōis ej gñalis redemptionis et conuersionis populi gentilis. iō nunc applicando figuratā figure explicat veritatez. vñ ait. o dñe deꝰ: sicut nūc exiuisti i salutē ppli tui per assa q liberauit hierēz de manu zara regis ethiopū. ſ. Paral. xxiij. t liberasti ppm de manu caſan p̄ othoniē. Judicū. iij. Et liberasti illas octo alias p̄ noe de diluuio: t liberasti filios israel per moysen. Et liberasti gabaonitas p̄ iosue t subiugasti ola regna chanaā ꝛc. ita ergo realiter tu in medio annoꝝ eris ingressus in salutem et redemptionē generalē et spiritualē populi tui fidelis. Et non venies in salutem populi tui, t ad salvandū populū tuū cū othoniel: nec cū gedeō nec cū noe: nec cū iosue: nec cū moyse sicut quōdam fecisti: sed egressus es in salutē populi. i. ad salvandum ppm tuū: cū xp̄o tuo Jesu in lege p̄missio cui ꝓprie cōuenit salvare: qꝫ iō ō: iesus. i. salvator. q. d. q tunc misisti illos sup:dictos ad liberandum illum populū tpaliter. Sed in plenitudine tpis mittes filiū tuum iesum xp̄m: ad salvandum et redimendum gen̄ hūanum spāliter de morte eterna t captiuitate diaboli. Et loquit̄ de futuro p̄ vbā de p̄terito ꝓpter certitudinē ꝓphetie: sed q: xp̄s de bellādo t cōterendo diabolū t mēbra eius liberauit gen̄ hūanū. iō subdit. tu xp̄e salvator in tuo aduēru peussisti t ꝛtriuisti caput de domo ipij. i. peussi diabolū q̄ ē caput dom̄ impie t ciuitatis terrene babylōis magne meretricis. cū q̄ fornicāt̄ oēs reges terre t infideles t obstinati pcōres. de ista ergo domo ipij peussisti eiꝰ caput scz diabolū. et denudasti fundamētū jei⁹ vsq; ad collū. ℣ ¶ Ad cui⁹ intellectū est notādū sm̄ Eusebiū. v. c. vj. de prepara. evāge. Et sm̄ Aug. p totū. viij. c. ix. c. x. de ciui. dei. q totū fundamentū diaboli q̄ dñabatur toti mundo erat falsa supstitio Nā oēs sacerdotes idoloꝝ erāt dediti magicis artibus: t sic oēs necromātici t diuinatores t horoscopi: t haruspici t hidromantici et geomantici t observatores astroꝝ t mensium t dieꝝ. Et sic eū his falsis artib⁹ q̄ nō cōtinent i se nisi mendaciū: decipiebāt reges t ppos: immo sacerdotes arte hūana faciebant q̄sdā occultos subterraneos meat⁹. et ibi loq̄bant̄ t p quasdā fistulas t rimulas mittebant vocē vsq; ad concauū idoli aut statue. et sic videbat̄ populo q̄ idola loquerenṫ et darent responsa de quesitis: vt apparet Dañ. xiiij. de idolo belli. De isto mō idola dabāt falsa t deceptoria responsa et p̄cipiebant fieri nephanda sacrificia et ludos scenicos t nephandos ritus in populo gentili. Et cum hoc fundamento diabolus adorabatur t dñabatur in toto mundo: sed venit xp̄us t misit apl̄os suos p totū orbem ad p̄dicandā vtutē evangelicā oī creature: q̄ quidez apli dixerunt falsitatē et deceptionē oīm supstitionum falsaꝝ ipsoꝝ sacerdotū. Nā in p̄sentia apostoloꝝ nō poterāt idola dare respōsa: vt pz in hystoria. bti Bartholomei t Mat. imo idola ruebāt t cōminuebāt̄. et sic apparebat deceptio t artificiū qō ibi latebat ad decipiendos ppos. Et tūc ppli visa manifesta deceptione idolorū t visa veritate evāgelica cōverrebant̄ ad xp̄m: sed supstitiosa deceptio magi⁹ patuit et fuit manifesta post cōuersionē magni cōstātini p totū orbē. Et iō oēs reges terre q̄ añ ꝓpt idola p̄sēbant xp̄ianos. Tūc ꝓpter xp̄m deseruerūt ola idola mūdi. Et sic illa falsa supstitio q̄ erat diaboli ad decipiēdū lucta q̄ p tot tpa fuerat coopta t occulta tūc fuit denudata t manifesta. t sic diabol⁹ ꝓnceps, huius seculi electus est foras. Et hoc ē qō intrēdit dicere ꝓpheta. vñ ait. O xp̄e qñ egressus es in salutē ppli tui: tūc peussisti caput diaboli cū de domo ipij: t denudasti t deterexisti fundamē tū eī⁹ vsq; ad collū. Et loquit̄ metaphorice. Nam sicut mulier qñq; h̄z multas indispositiones t imp̄fectiones: sed coopit sexū vestib⁹ t caligis a plā ta pedis vsq; ad collū q: facies nō p̄t egere: et sic coopit oēs defect⁹ occultos: ſz si q̄s denudat t detegit eā a plāta pedis vsq; ad collū tūc videbunt oēs eī⁹ defect⁹ q̄ sub veste latebāt. Jta pariter est dicendū de illa falsa supstitione: q: erat velata t tecta multis falsis apparētiis ad extra inquātum q̄q; fingebant religionē t virtutem in apparentia: ſz int⁹ latebant multa nephanda abominānda t detestabilia. vt p̄z in bacchanalib⁹ bachi: t in nocturnis dee veste t veneris ꝛc. Sed venit xp̄s t deterit t denudauit ist̄ falsaꝝ supstitionē per oēs partes vsq; ad collum: et facē vbi apparet veritas rei. Bis ergo xp̄us percussit caput de domo impij: t denudauit fundamentum eius vsq; ad collum. ℣ primo qñ descēdit ad̄ infernum qui est domus diaboli impij. Jbi eū percussit et contriuit et iudicauit eum t nudauit et expoliauit lymbū et etiam purgatoriuꝫ qō erat fundamentū eius. Secundo percussit diabolum caput impie domus et ciuitatis terrene: qñ ejecit ip̄m a populo gentili: t nudauit et manifestauit falsitatez supstitionis Sed q: diabolus cum angelis suis apostaticis nō fuit ejectus de mūdo: nec ejicitur ab hoīe nisi per baptismum t exorcismū vbi dicitur ip̄si. Ergo maledicte diabole recognosce sententiā tuā et recede ab hoc famulo dei ꝛc. Jō subdit ꝓpheta in p̄sona ecclesie.

falsa supstitio fec regnare diabolū.

Maledixisti sceptris eius capiti bellatorum eius venientibus vt turbo ad dispergendum me: Sec. vñ Matth. cxxxj. et xxv. di. p lectis.

¶ O xp̄e tu per baptismum t exorcismum maledixisti diabolo capiti oīm bellatorum et oīm tentationum: t vitiorum que pugnāt cōtra nos Et maledixisti sceptris ei⁹. i. omnib⁹ demonib⁹ subditis subsceptro t dominio ei⁹ venientib⁹ vt turbo ꝛtorū t acies t turba bellatorū ad dispergendū et dissipandū me. O la ista dicit ꝓpheta: q: in baptismo t penitentia nō solum efficit dyabolus et maledicitur: sed etiā oīa peccata et tētationes que ingiter pugnant: t conantur dispergere nos. Item cum xp̄s non solū maledixit dyabolum: sed etiaꝫ sceptra eius: ſz omnes iudeos t infideles obstinatos qui ingiter conantur dispergere t destruere eccl̄iam. Et ideo subdit.

Exultatio eorum; sicut eius qui devorat pauperem in abscondito.

¶ Exultatio eoꝝ impugnādo cōtra eccl̄iā t populū xp̄ianum et cōtra quemlibet iustum est sicut exultatio eius: ideſt illi⁹ latronis qui devorat aliquē pauperem in abscondito: quasi dicat. q̄ sicut latro letatur et exultat quādo in abscōdito reperit aliquē et expoliat eum: et ex diuite facit pauperem: ita letatur diabolus tētare hominē et deducere eum ad peccandum exspoliando ipsum bonis gratie. Et ita exultauit ppl⁹ infidelium persequendo t expoliando ecclesiam et populū xp̄ianum. Et ita letatus est et exultauit diabolus: quando exspoliauit adam oīm⁹ bonis gratuitis t peussit eū in corpore t alia qñ inobediēs diuino p̄cepto descendere voluit ab hierusalē in hierico et incidit in latrones ꝛc. Et sic pariter exultauit diabolus quādo per supra dictas falsas supstitiones occupauerat totū populum gētilem. Sed quia christus misit apostolos suos ad debellandū et ejciendum ipsum de mundo. Jdeo subdit.

Ero. xiiij xv. q. j. nō est. Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

¶ O dñe iesu christe tu fecisti viā equis tuis scz apostolis qui sunt equi tui per quos lustrasti et perambulasti totum mundum viam: ergo fecisti t aperuisti eis in mari huius mundi: t in luto aquarū multarum fecisti eis viam vt transirent ad debellandū diabolum: t ad auferendum ipsi p̄edam quam tyrannice t cum falso fundamento t supstitione detestabili ꝓsidebat. ¶ Et nota q̄ ꝓpheta in hoc cāt̄ico communiter vtitur vers⁹ bis metaphoricis: t ideo appellat apl̄os equos xp̄i cum quib⁹ peragrauit mundū: sicut Esaias appellat eos pedes eius dicit: ꝓpulchri sunt pedes euangelizantiū pacē. Item appellat eos nubes inquantū ferebant t pluebāt pluuiā evāgelicam. Esa. lx. Qui sunt hi q̄ vt nubes volant ꝛc. Et isto modo abachuc appellat eos equos trāseūtes maria t flumia lutosa hui⁹ mūdi ad subiugandas insulas ingo xp̄i. et hūc modum seruat Esaias. xj. cū dicit: q̄ tunc dñs iesus xp̄s desolauit linguam maris egypti: et leuabit manū suā sup flumē in fortitudine spūs sancti. Et percutiet eū in septem riuis: ita vt transeant per eū calciati. et erit via residuo populo meo ꝛc.

apl̄i dicūtur equi.

xxiij. qō. vij. legi. Audiui et conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea.

¶ Hec est quarta t vltima pars ꝑncipalis huius cantici in qua agit gr̄as t explicat consolationē et gaudiū quod ecclesia iustoꝝ habuit de beneficio redemptionis in primo aduentu xp̄i. et etiā de gaudio qō est habitura in scōo aduentu post iudiciū. et ideo ista quarta pars primo exponet de gaudio primi aduēt⁹. Secōo de gaudio scōi aduēt⁹. ¶ Quo ad primū est ergo prenotandū sicut dictū est supra q̄ abachuc in simplici spiritu ꝓuidit destructionē illius particularis babylonie cū rege suo de ꝓpinquo futurā per cyrū: t ꝓuidit ꝓpinquam liberationem particularē t tpalē populi iudeoꝝ: sed duplici spū ꝓphetico per illā particularē punitionē ꝓuidit generalem punitionē magne meretricis babylonis: t gñalem redēptionē faciēdā per xp̄m de lōginquo. Sz in ꝓma punitione t propinqua ꝓuidit qualiter Cyrus erat factur⁹ generale edictū p omnia regna sua. ſ. medoꝝ et assyrioꝝ t persaꝝ et caldeoꝝ: vt oēs hebrei. xij. tribuū tam illi q̄ fuerūt captiuati p salmanasar t tethaglasser et transmigrati t captiuati p nabuchodo. possent libere redire in hierl̄m t reedificare templū t ciuitatem reddens eis sacra vasa tēpli t magnam copiā auri t argenti p tēplo edificando. Sz licet ista gñalis libertas esset data omnib⁹ israelitis habitāt̄ibus p illa regna. tamen maior pars remansit redire. Nam de decē tribubus captiuatis p salmanasar aut pauci aut nulli redierūt: eo q̄ iā erant collocati t radicati in possessionib⁹ t vineis in regno medoꝝ et assyrioꝝ et persarum. De iudeis aūt trāsmigratis t captiuatis maior ps remansit: tamē q: ibi possidebāt domos t vineas t olīueta t p̄dia et ceteras possessiones: iō noluerunt illa relinquere. tamē q: timebāt laborē et pericula itineris: et sic plures mānserūt in babylonia q̄ redierūt: qō pz. Nam hester t assuer⁹ fuerūt p magnū tp̄s post relaxatā captiuitatez p cyrū: tunc tēporis habitabāt in caldea t media et assyria t pside: et etiā in ethiopia magna multitudo hebreoꝝ et iudeoꝝ de illa captiuitate: vt patet p totū discursum libri hester. Ex q̄b⁹ patz q̄ amore bonoꝝ tēporaliū t ex timore laboꝝ itineris maior ps voluit remanere in illa captiuitate: t minima ps venit ad libertatē. Sed illi q̄ mansērūt in babylonia bene fuerūt puniti: nam post destructionē factam per cyrum t darium tota ꝓuincia caldeoꝝ passa est grauē sterilitatē et pestilentiā hominū et animaliū t multa alia miseranda discrimina t tribulationes: sicut dicunt oēs hystoriographi orientales. et ꝓut ꝓpheta nerat Esaias et ezechiel: t quasi omnes ꝓphete minores. Et sic patet q̄ iudei remanētes in babylonia ex amore bonoꝝ temporaliū et volētes vitare laborēs t pericula itineris et cōtēnentes libertatem et cultū diuinū: iusto dei iudicio inciderunt in maiora pericula t tribulatiōes: t passi sunt sterilitatem t famem et penuriam bonorū temporaliū. Per hoc ꝓfecto misteriū ꝓuidit abachuc in duplici spiritu ꝓphetico totā cecitatem t obstinationem t iniquitatē in qua manet populus iudaicus. vnde ꝓuidit qualiter christ⁹ in lege t ꝓphetis ꝓmissus erat venturus inter eos: t debebat eos absoluere a iugo legis: t a ꝓpria culpa peccati t dare eis legem libertatis et gr̄e: t vocare eos ad hierusalē spūalem quā ipse edificauerat. Sed ꝓuidit qualiter maior ps iudeoꝝ debebat contēnere christum messiam t legem libertatis t hoc ꝓpter amorem bonoꝝ tēporalium. Et sic sponte erat mansura sub iugo legis t sub captiuitate diaboli ꝑpetua et cōfusione babylonis māsura. Et sic ꝓuidit qualiter minor pars illius populi erat christi⁹ t legē evāgelicam susceptura: et ꝓuidit qualiter illa parua ps que fuit collegium apostoloꝝ t discipulorum debebat edificare nouā hierusalem t ecclesiam supra firmā petrā que est xp̄us. Et ꝓuidit

No. bñ ꝺ nolentes facere, bonum q̄ pi gritiam.

Universidad de Valencia
Biblioteca

etiam qualiter iudei remanētes in sua obstinatione nō solū debebāt perdere ossia bona tēporalia: sed etiā spūalia ⁊ eterna. Nam ꝓmo p quatuor annos passi sunt seditiōes ⁊ bella intestina et furta ⁊ homicidia vt ait Josephus lib. de bello iudaico. Et postea fuerūt obsessi ⁊ intolerabilem inediā passi ⁊ tandē fuerunt capti ⁊ partim interfecti ⁊ trucidati: et partim capti et dispsi p mundū: ⁊ ciuitas fuit euersa ⁊ templū incēsum: et sic ꝓdiderūt bona tpalia ⁊ etiā spūalia: qz ꝓdierūt sacerdotiū ⁊ sacrificiū ⁊ lex fuit deficcata ⁊ arida facta: qz nō amplius facit fructū cum sit mortua: ⁊ nō solū mortua sed etiā eis mortifera vt dictū est psal. l. Omnia ergo supradicta preuidēs abachuc in spū ꝓmo ꝓdolet ⁊ expanes: ait talē obstinationē ⁊ sentētiā ⁊ dānationē tpalem ⁊ spūalem obstinatorū iudeoꝝ. Secōo gaudet ⁊ cō solatᵏ se esse de illa societate iudeoꝝ ⁊ fideliū qui xp̄m erāt recepturi: ⁊ etiā de illis q̄ cū xp̄o in celū erant ascēsuri de lymbo liberādi. ¶Dicit ergo ꝓphēta in persona sui ⁊ ecclesie. O dñe ego vidi ex reuelatiōe qualr̄ maior pars ꝓpli iudaici dz dānari ⁊ in sua obstinatione ꝑmanere. Nam q̄n tu fueris egressus in salutē populi tui: ipsi non recipiēt te nec doctrinā tuā: imo persequent̄ et crucifigēt te. Et sic spōte ꝑmanebūt in sua pfidia ⁊ obstinatione ⁊ captiuitate diaboli ꝓpt q̄ condēnabis eos ad penā et captiuitatē ꝑpetuā in corꝑe et anima. Itaq; minor: pars eoꝝ recipiet legē tuā. ex quib⁹ facies ꝓplm tuū ⁊ ecclesiam sil cum cōuersis de populo gētili. Ideo cū ego audiui ingratitudinē ⁊ obstinationē et dānationē illi⁹ populi sic alienati cōturbat⁹ est vēter me⁹ idest interiora mea: ⁊ a voce tue reuelatiōis contremuerūt labia mea ne possint talia ꝓferre et scribere in b̄ cātico. Sz qz ex alia parte video me eē de grege ⁊ societate illi⁹ populi q̄ te recepturа est: et debet tecū ascēdere in ꝑticm spūalem p gratiā: et in supernā gloriā: Ideo.

vſi. q5e. j. suggestū ⁊. vj q5. j. sunt plurimi.

Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat.

Et requiescā in die tribulationis: vt ascēdam ad populū acciunctum nostrum.

¶Nō timeo labores nec pericula nec passiones et nō curo si ingrediat̄ putredo et dolor in ossibus meis: ⁊ subter me scateat ⁊ serpat q̄cūq; dolor et labor: vt. i. dūmodo requiescā tecum i die tribulationis ⁊ dānat̄ diis iudeoꝝ: et ascendam tecū ad populum nostrū acciunctū et ꝓparatus ad ambulādum in lege tua euangelica: ⁊ acciunctum ad pugnā contra diabolum: ⁊ inimicos fidei. q̄si dicat. dūmodo ego sim de societate ⁊ numero tui populi fidelis: ego sum ꝓparatus ad perferēdas et tolerandas oēs persecutiones vsq; ad mortē inclusiue. ¶Et nota q̄ ꝓphēta appellat diē tribulationis: nō solum futurus statum iudeoꝝ in inferno: sed etiam ꝓsentem statū in hac vita. Nam de futuro statu nō est dubiū: quia in secula seculorum cruciabūtur. Sed etiā ꝓsens status dicitur dies tribulatiōis eorum. Nā primo sunt in captiuitate temporali ⁊ spūali siue regno ⁊ sacerdotio exules a sua ꝓpria et vltra hoc sunt sine lege ⁊ fructu legis: qz nullum fructū habent ex obseruātia: qz non solum est eis mortua sed mortifera. Ideo oratio ⁊ sesunia ⁊ oblatiōes ⁊ omnia opera legis que faciūt: vertunt eis in petrā. vt dictū ē psalmo. xlix. et. l. et. cxiij. Ideo licet nō semp patiant sterilitatem bonoꝝ temporaliū. Tamē semp patiunt̄ sterilitatem legis: et bonoꝝ spūalium. Ideo cōis status dicitur dies tribulationis sicut dies legis euangelice dicitur annus benignitatis ⁊ secundtatis ꝓpter abundantiā bonoꝝ spūaliū. psal. lxiij. Sed q̄ status iudaicus sit dies tribulationis ⁊ sterilitatis: ꝓbatur. qz post aduentū xp̄i.

Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis.

Mentietur opus oliue: et arua non afferent cibum.

Abscindetur de ouili pecus: et nō erit armentum in ꝓsepibus.

¶Ficus. i. lex vetus figurata p ficulneā nō floret: qz iam fuit maledicta per xp̄m ne amplᵗ faceret fructū Matth. xxi. Et nō erit germen nec fructᵗ nec palmes in vineis illi⁹ populi et legis idest ꝓcepta cerimonialia non germinabunt. ¶Unde nota q̄ lex diuina ⁊ ecclia dei ab adaz vsq; ad vltimū iustum dicit vna ſm Gregorium et omnes doctores. vt dictū est in ꝓlogo. Sed ista lex aut ecclia in sacra scriptura q̄sq; appellat vinea: cuius palmites sunt xp̄i fideles. Quādoq; appellatur oliua: cuius rami sunt fideles. Quandoq; dicitur arum seu ager. cuius fructᵗ et segetes sunt fideles. Q̄nq; appellatur ouile dei. cuius oues sunt fideles. Sed post aduentū xp̄i omnes iudei obstinati fuerūt abscisi ab hac oliua ⁊ vinea ⁊ agro ⁊ ouili: in quorū loc⁹ fuerūt inserti cōuersi de ꝓpło gētili: vt ait apostol⁹ ad Rom̄. Ideo ista vinea ⁊ oliua ⁊ ager nō facit eis amplius fructū: qz lex iam fecit ⁊ ꝓtulit fructū in tēpore determinato. sc̄z in aduētu xp̄i. ⁊ ideo fuerunt ipsi abscisi rami cerimonialiū: et nati ⁊ orti sunt in eodē trunco legis rami euāgelici q̄ ꝓferunt fructus euāgelicos ecclesiasticoꝝ sacramētoꝝ ⁊ fructus gr̄e. Ex quibus patet q̄ lex vetus cū illis ramis ⁊ palmitib⁹ veteribus iam abscisis et aridis: nullum iam fructū ꝓfert. Jō dicit. nō erit germen in vineis: ⁊ mētietur opus oliue. Nam sicut vinea legis non facit vuas: sed labruscas. Jta oliua legis nō facit oliuas: sed amurcas ⁊ mētita est in fructu suo: ⁊ eadē ratione arua legis nō afferūt cibum: sed venenū mortiferū. Item cū ille populus ante aduētum xp̄i esset ꝓpls peculiaris ⁊ de ouil⁹ dei: postea fuit abscissus ab ouili dei: et iam nō pascitur nec comedit in ꝓsepibus dei: qz deum negauit. Dañ. x. Unde populus gētilis qui nō erat plebs dei: factus est plebs dei ꝑ baptismū: ⁊ ꝓpls iudaicus factᵗ est nō plebs dei ⁊ absq; misericordia ꝓ infidelitatem. Osee ꝑmo. Ideo dicit q̄ populus iudaicus q̄ ex oue factus est pecus. abscidetur de ouili dei: ⁊ factus armentū bestiarum non erit in ꝓsepibus cum ouibus christi

Oba. vij. Luce. vj. xxiij. qō. iij. Deus. dañ. ix. c. Osee. j.

xcij. di. c. j. ⁊ in glo. xcv. di. c. ecce. xiij. qō. j. hōs ita. xvj. qō. j. vos autē

Ego autem gaudens gaudebo: et exultabo in deo iesu meo.

Deus dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi cernorum.

Et super excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem.

¶Quasi dicat in persona populi fidelis. Postq̄ iudei sponte abiecerunt xp̄m ⁊ voluerūt manere sub iugo legis: ⁊ abscindi ab ouili christi. ego autem gaudens in ꝓsenti ꝑ gratiam ⁊ fructus euangelicos: gaudebo in futuro ꝑ gloriā in xp̄o deo iesu ⁊ saluatore meo quez recepi ꝑ fidem. Quia ipse iesus qui est deus et fortitudo meaponet: et ꝓparabit pedes meos aptos et veloces quasi cernorum ad ambulandum in lege euangelica: et ad ascendendum hierusalez superna ꝑ gloriam: et ipse deducet me gratia sui super excelsa mea idest super cacumina celestia mihi ꝓmissa. Et ipse victor contra diabolum deducet me canentē in psalmis gratie ī ꝓsenti et in psalmis glorie in futuro. q. d. q̄ iudeis et omnibus infidelibus manētibus reprobatis ⁊ damnatis in sua obstinatiōe. Ego gaudebo cum iesu deo redēptore et glorificatore. Vic ꝑ gratiam et in futuro ꝑ gloriam.

Secunda expositio.

¶Secundo mō ista vltima pars ab illo loco. Audiui ⁊ conturbatus ⁊c. potest exponi de pena dānationis: et gaudio iustoꝝ post iudicium. Unde dicit ꝓphēta. O domine. Ego audiui ex reuelatione mihi facta in. h. ca. dānationē magne meretricis ⁊ ciuitatis diaboli quā factur⁹ es in vltimo iudicio de ꝓsecutorib⁹ iustoꝝ. Et ideo ꝺturbatus est venter meus ⁊c. Sed q̄n audiui gloriā quā daturus es iustis in meritis et ꝓmiis ꝓsecutionū. tūc fui consolatus: et volo q̄ in grediatur putredo in ossibus meis. i. paratus sim pati oēs persecutoes ⁊ aduersitates in hac vita: vt requiescā in die tribulatiōis. i. die iudicii: et ascēdam ad populū nostrū iustoꝝ accinctum et liberatū et expeditū ab istis miseriis hui⁹ mūdi: cuius quo ascendam in celum. Unde post diē iudicij ficus istoꝝ diuitū mundanoꝝ non amplius florebit: nec erit amplius germē in vineis eorū: ⁊ op⁹ olive mentietur eis: et arua non afferent fructū eis. quasi dicat. q̄ omnia ista bona mūdana perdent in illa die: nec poterunt eis prodesse. Ego autem quia ista bona mundana contempsi ꝓpt̄ christum ⁊ ꝓpter celestia: in illa die gaudens gaudebo et exultabo in deo Jesu meo messia in lege ꝓmisso: quia ipse est de⁹ ⁊ fortitudo mea et ponet pedes meos veloces: quasi cernorum ad ascendendum in celū: et deducet me super excelsa celestia canentez in psalmis glorie. Jp̄e enim victor: et triumphator de mundo: et diabolo deducet me secum cum populo victorie canentem victoriam suam in psal. glorie.

Admonitio authoris

Ec ergo supradicta in hac expositione sunt que diuino auxilio fretus potui haurire ⁊ extorquere ex intelligentia huius cantici secundū sanā fidē et doctrinam. Ideo oro et obsecro fratres meos fideles ⁊ catholicos: vt velint cum charitate attendere ad intelligentiā huius cātici: quia difficili mum est ad intelligendū. Primo quia est de rebus altissimis. Secūdo qz ꝓcedit per vocabula metaphorica ⁊ vsurpata ⁊ extranea. Tertio ꝓpter diuersitatē trāslationū. Nam quasi omnes interpretes fuerunt diuersi in interpretatione ⁊ traductiōe huius cantici: eo q̄ in hebreo ꝓcedit per verba metaphorica ⁊ multum equiuoca. ¶Et iō dicit hebrei q̄ quattuor partes sunt in sacra scriptura multum difficiles ad intelligēdum: quas non debent legere nisi ꝓuecti ⁊ antiqui doctores. quarum prima est ꝓmum ⁊ secundum ⁊ tertiū capl. libri Geñ. Secunda est liber canticoꝝ Salomōis. Tertia est liber ezechielis in primo ca. et quadragesimo ca. vsq̄ ad finē. Quarta aūt est istud canticū abachuc: qz ideo in titulatur oratio abachuc ꝓ ignorantia: siue ꝓ ignorantibus: eo q̄ ab omnibus ignorat̄ et vera intelligentia: vsq̄ quo veniat rex Messias ad declarandū ipsum. Et sic ꝓz q̄ non solum apud nos: sed etiā apud hebreos hoc canticū reputatur difficillimū. Et ideo si lector fidelis nō valeat attingere plenā intelligentiam ex hac supradicta expositiōe. Rogo q̄ pergat ad alios catholicos expositores: qz deus voluit cōmunicare et reuelare singulis diuisim thesauros sapie sue: ꝓout ipsi placuit. Ideo opz lectorem cum charitate accedere et studium adhibere.

Audite celi que loquor. Hoc canticus cantat ecclesia in laudibus diei sabbati: quod canticum reperit scriptū. Deute. xxxij. ⁊ fecit ipsiꝰ Moyses ex ꝓcepto domini: ⁊ ꝓcepit vt reponeretur in archa federis: vt esset in testimonium cōtra filios israel quotiens peccarēt ⁊ apostarent ⁊ recederent a dño vt ꝓz in capitulo ꝓcedenti. xxxj. Unde dicit dñs ad moysen Ecce tu dormies cum patribus tuis. Et populus iste consurgēs fornicabitur post deos alienos ⁊c. Et ira furor meus contra eum in die illa et derelinquam eum: et abscondam faciem meam ab eo. Et erit in deuorationem et inuenient eum omnia mala. ⁊ afflictiones ⁊c. Nūc itaq; scribite vobis canticum istud et docete filios israel vt memoriter teneant et ore decantent: vt mihi sit carmen istud ꝓ testimonio inter filios israel ⁊c. Ex supradictis inferuntur conclusiones.

Deute. xxxij.

¶Prīa conclusio q̄ moyses fecit cāticū ex ꝓcepto dñi. ¶Secūda conclusio. q̄ deus ꝓnomit et reuelauit ipsi Moysi qualiter ille popul⁹ debebat fornicari et sequi deos alienos dum esset i terra ꝓmissa postq̄ essent ingrassati: ⁊ pinguati.

¶Tertia conclusio. q̄ moyses posuit hoc canticum in archa federis vt esset testimonium cōtra filios israel: vt quando viderent punitiones in eis cognoscerent hoc eis fuisse preditum.

¶Quarta conclusio. q̄ moyses ꝓmonit ex reuelatione oēs punitiones venturas illi populo ꝓpter petrā vsq̄ ad extremū tēpus. Unde cōcludit i illo. xxxj. c. Noui enī q̄ post mortē meā inic iiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Et sic est dicēdū ꝙ laudat ⁊ honorat ⁊ reuerat deū. Secō scrificat deum dicēdo. ꝙ potēs est ⁊ scīm nomē eius. ⁊ ꝑ ꝓns būdicit et glorificat ipm ⁊ magnificat. Tertio adorat deū ⁊ colit cultu latrie se totā deo būiliādo ⁊ subijcēdo ⁊ oīa bona ipi ꝑ angelū ⁊ elisabeth nūciata ⁊ oēs honores ⁊ dignitates deo tribuēdo: ⁊ nō in se: sz i deo salutari suo ꝑ talibus donis exultādo ⁊ gras agēdo cū dicit Et exultauit ꝛc. Et sic in hac prima ꝑte magnificat ⁊ scrificat ⁊ colit deū cultu latrie. ¶ Iudicijs ergo laudibus ⁊ honoribus ⁊ dignitatib⁹ ꝑ angelū marie nūciatis ⁊ ꝑ elisabeth ipi tribuit. Tūc maria nō exultauit nec gaudia est i se: sed in deo salutari suo: a quo oīa supradicta bona gratis receperat. Et qui ea magnificauerat ⁊ talibus donis dignificauerat⁹ nō magnificat seipsam laudarāt cōmendatuꝫ ab angelo: elisabeth: sed exclamando magnificauit deum dicens.

Nota.

Quia respexit humilitatē ancille sue ꝛc. ccc.lviij. di. secūdo. Luce.j.

¶ Dec ē tertia chorda hui⁹ psalterij virginali. Q: eo ō: psalteriū decachordū. i. decē chor: da⁹: q: cō
tinet decē chordas. i. decē versus cōcordes i filia.
Nā sicut i cythara ⁊ psalterio materiali semp me
dia chorda cōcordat cū ꝓcedēte: ⁊ sequēte i harmo
nia vocū: q: secūda est ꝓcerto prime ⁊ principiuꝫ se
quētis. Ita pariter i hoc psalterio virginali: ista ꝑ
li: vnus versus cōcordat cū precedēte ⁊ subsequē
te in suia: ⁊ sic q: prima particula huius versus cō
cordat cū duobus versibus precedētibus: ⁊ cū pti
cula sequēti eiusdē versus. Ideo pōt ordinari i ter
positiōe ⁊ cōstructiōe cū duobus versibus prece
dētib⁹. Et cū pticula sequēti: eo ꝙ hūilitas virgi
nis cū fuit ḡre exultauit i deo salutari suo: ⁊ nō in
seipa. ⁊ ꝑ ꝓns fuit causa quare magnificauit deū
⁊ nō seipam: ⁊ eadē hūilitas fuit causa quare de⁹
accepit carnē et ea: ⁊ ꝑ ꝓns quare oēs gīationes
dicūt eā beatā: vt patebit. Et ideo ꝙ primū est ad
uertēdū ꝙ sicut superbia est initiū oīs pcti ⁊ oīm
petōꝝ ⁊ malorum ita hūilitas ē principiū ⁊ radix oīs
virtutū ⁊ bonoꝝ operationū. Uū hūilitas ō: ab hu
mo q̄ est terra: que est infimū elemētoꝝ. Et sic ō:
quedā virtus qua quis cognoscit ⁊ cōsiderat seip
sum. s. naturā ⁊ originē suā primā: ⁊ nō fm̄ fortu
nā pūtē suā. Et talis habebit duplicē respectū. s.
vnū ad deū a q̄ habuit bonā naturā ꝑ creationem
⁊ ꝑz oē bonū ꝙ ḡram: ⁊ alterū ad primos parētes.

Mater Christi Maria ora pro nobis apud eum.

a quibus traxit oē malū p culpā: ⁊ sic talis cognoscet ꝙ esse ⁊ natura sui corrupta nō ḥz nisi malū ⁊ pcm: ⁊ nō pōt hīe aliq̄d boni nisi a deo: ⁊ p ꝓis si quid boni ḥz illud est a deo: ⁊ sic p talē cognitionē cōtēnet seipsum: ⁊ diliget deū: ⁊ p ꝓis seruabit ei⁹ p̄cepta: ⁊ sic diliget ꝓximū i deo ⁊ ꝓpter deū: ⁊ sic cupiet ⁊ itare oē vitiū ⁊ sequi oēm virtutē: ⁊ sic fiet virtuosus ⁊ iust⁹. Item ex tali cognitione cognoscet ꝙ aliq̄s vitauit ⁊ vitat aliq̄d malū ⁊ pcm: ⁊ fecit aliq̄d bonū: hoc nō facit ex viribꝫ suis: nec nature corrupte: sed ex grā dei pseruāte ⁊ adimplente: q: si derelinqueret i suā natura vitiata ⁊ corrupta: precipitaret in oīa mala ⁊ pcā peiora ꝙm indas: aut latro ⁊c. q: nō est malū qđ fecit hō q̄n faciat alter hō: nisi unus a deo fact⁹ est hō: vt inqt Aug. i omelia de Magdalena: ⁊ sic iste agēs deo grās de se cōpatiet ceteris pcōibus: ⁊ orabit p eis. Et p eādē rōnē ꝓpatiet paupib⁹ eis subueniēdo cognoscēs bona etiā ꝓpria esse ipsi a deo collata: ⁊ sic erit misericors ⁊ iust⁹: ⁊ sic iste talis nō desperabit nec blasphemabit in aduersis: q: oīa mala reputabit ad naturā suā miserā ⁊ corruptā: ⁊ p ꝓis ad culpā suā: ⁊ sic patiēter tolerabit aduersa. Nec i se gl̄iabit: nec elevabit i ꝓsperis: q: oīa bona attribuet deo a quo talia recepit: ⁊ sic nō exultabit in se sed in deo. Et sic ḥz qualr̄ ḥūilitas quā ḥs cognoscit seipm est principiū ⁊ radix ⁊ fundamētū oīm virtutū ⁊ oīm bonoꝝ. Et iō dicit Juuena. et oēs poete ⁊ pḥi: ꝙ istō puerbiū siue consiliū s. cognosce teipsum: descēdit ⁊ fuit elapsum de celo i lamina aurea ⁊ ḥs aureis descriptū: eo ꝙ est cā ⁊ principiū oīm virtutū ⁊ bonoꝝ i actib⁹ humanis: ⁊ sic ḥz qualr̄ due sunt virtutes siue quib⁹ nulla virt⁹ alia pōt ꝓfici necvalere nec mereri. Et sic dicit Aug. ꝙ iste due virtutes. s. ḥūilitas ⁊ charitas cōtinēt ceteras virtutes inclusas. Dic est ḡ ꝙ virgo maria cōsideras ꝙ nullū bonū traxerat ab adā ex natura sui: ḥz ꝙ oīa bona: ⁊ dignitates q̄bus angelus ⁊ Elisabeth eā magnificabāt: habuerat a deo salutari suo. Ideo nō exultauit in se per elationē sed in deo salutari suo: a quo illa bona receperat. Et iō ex tali exultatiōe ꝓpuit ad magnificādū deū: ⁊ nō seipsam. Uñ sicut diabolus i principio elatus in natura sua exultauit in se: ⁊ non in deo creatore suo: ꝓpter quā supbiā fuit decꝛessus ⁊ expulsus de celo. Ita per oppositum maria: q: ex ḥūilitate nō fuit elata i se: ḥz i deo salutari suo ⁊ sic magnificauit deū. Ideo fuit exaltata. Et ita est dicēdū de ꝓmis parētib⁹: q: ex supbia exultārūt i se volēdo vsurpare diuinitatē. Et iō cecidit de paradiso ꝓdiderūt felicitatē: vt inqt Augu. super psal. lxviij. ꝙ oppositū aūt maria humilādo se nō se reddebat nec reputabat dignā vt eēt mater dei: sed q: obediēs deo dixit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ḥz ꝝbū tuū. Jō meruit fieri mr̄ dei: ⁊ sic sicut sua ḥūilitas fuit cā q̄re meruit fieri mr̄ dei: ita eadez humilitas fuit causa quare in tali dignitate nō exaltauit se: sed in deo salutari suo. Et p ꝓis qua

re in talibus liberis non magnificauit seipsam: ḥz deum. Et hoc est quod intendit dicere virgo maria in hac parte. Unde ait maria. Ideo nō exultauit spūs meus in meipsa ꝙ superbiā: sed in deo salutari meo ꝙ humilitatē: eo ꝙ dñs salutaris me⁹ respexit humilitatem ancille sue. i. me humilem fecit ⁊ et hoc me matrem suam fecit. Ideo non magnifico meipsam: sed dñm qui me magnā ⁊ humilē fecit. Duo ergo habuit virgo maria ex humilitate. Primo quia meruit esse mater dei. Secūdo quia ꝓpter talem humilitatem non fuit elata i superbiam: nec exultauit in se: sed in deo salutari suo. Et per ꝓis non magnificauit seipsam: ḥz deū qui eam magnificauerat. ℂ Sed hic est valde aduertēdum ꝙ deus non respexit humilitatē in maria tanq̄ formam efficientem ꝓpriam ex natura ipsius marie: sed tanq̄ formā dispositiuā quaz ipse deus in ea creauit ⁊ imꝓssit. Nam sicut i ea ꝓter naturam in principio creauit gratiā ⁊ charitatē: per quam semper fuit deo grata ⁊ accepta. Ita creauit i ea humilitatē: vt esset apta fieri mater dei: vnde in bonis respicere dei: ideꝫ est quod facere: aut ꝓsupponit facere. Nam ideo respexit deus virginē mariam bonam ⁊ humilem: eo ꝙ fecerat ipsam bonam ⁊ humilem. Et sic respicit ⁊ iris iustis gratiam quaz eis creauit: ⁊ bona que in ipsis facit: ꝓpter quam gratiam ⁊ bona merētur: ⁊ sunt deo grati ⁊ accepti in suis operibus. Et sic deus dat eis ꝓmium. Secus autez est de malis: quia deus non respicit mala ⁊ peccata in hominibus: non quia ipse fecit nec creauit talia mala in eis: sed ideo respicit in eis talia mala: eo ꝙ ex ꝓpria voluntate illa mala perpetrarūt ⁊ in culpam inciderunt. Et sic deus sicut culpam quam homo ex se perpetrauit odit in eo. Ita gratiam ⁊ humilitatem quam in iustis creauit: diligit i eis ⁊ respicit in eis ad meritum ⁊ ꝓmiuim. Et hoc est quod intēdit dicere virgo maria: cuz ait. Quia respexit humilitatem ⁊c. quasi dicat. Ideo exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Et magnificat anima mea dominum: ⁊ nō magnifico meipsam. Q: dominus respexit humilitatem ancille sue: quam ipse in me plantauit ⁊ creauit cum ceteris bonis gratiſicis ⁊ gratuitis: quib⁹ bonis me disposuit vt esset mater sua. Et sic omnia bona attribuo ipsi ⁊ non mihi. Et ideo dicit Augustinus in ꝓma parte de fide ad Petruz ⁊ contra quinq̄ hereses. ꝙ christus talem matrem elegit ⁊ fabricauit ⁊ fecit ⁊ taliter ipsam disposuit vt esset digna de qua carnem assumeret. Item in sermone qui legitur i vigilia epyphanie alloquitur virginem mariaz dicēs. O maria lacta panē de celo veniētē. Lacta eū qui talē fecit te: vt ipse fieret in te ⁊c. Et sic ꝓz qualiter sunt intelligēda verba virginis Marie.

Duo maria habuit et humilitate.

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Nec. s. exr. di. hoc scripsimus.

ℂ Ista particula ⁊ sententia potest o:dinari cum particula ⁊ sententia superiori tanq̄ sequela eius ꝙ sit sensus: scilicet Quia domin⁹ respexit humilitatem ancille sue: me matrem suam faciendo et oīa bona supradicta ꝓferendo. Ecce ex hoc. s. ob ḥ beatā me dicēt oēs gnationes: m ꝙ matrē dei

predicādo. Et ex hoc oēs generatiōes me dicent beatā: q: dñs respexit humilitatē ancille sue: me matrē facīedo. Uel pōt etiā ista particula o:dinari cōuersu sequēte tāq̄ sequela ei⁹: vt sit sensus. Ecce ex hoc beatā me dicēt oēs generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius.

ℂ Q: dñs q̄ est potēs ⁊ nomē ei⁹ qui est sanctū: fecit mihi magna bona in ꝛa supradicta. Jō ex hoc beatā me dicēt oēs gnatiōes ⁊c. ⁊ sic ista particula sicut concordat cū vtraq̄ suia: ita est intelligēda.

Tria asserit maria.

ℂ In q̄bus verbis tria asserit virgo maria. Primo ꝙ oēs generatiōes dicūt ipsaz beatā. Scōo ꝙ do minus fecit sibi magna. Tertio ꝙ ideo dñs fecit sibi magna: ex ꝙ potēs est ⁊ sanctū nomē ei⁹. Et sic ꝓz qualr̄ q: dñs est potens: ⁊ nomē ei⁹ sanctū. Ideo fecit magna ⁊ magnificauit ipsam mariā. Et q: fecit ipsi magna. Ideo ex hoc dicēt oēs generatiōes eā beatā. Jō sequēdo poti⁹ o:dinē suie ꝙ ḥz tria sunt videnda. Primo qđ est istud nomen dei potēs ⁊ sanctū: ⁊ quo est potēs ⁊ sanctū. Scōo que ⁊ quot sunt ista magna q̄ dñs ⁊ nomē ei⁹ fecit marie matri sue. Tertio quō dicēt aut dicūt beatā mariā oēs generatiōes: cū nos videam⁹ i⁹ puros iudeos ipsam blasphemātes: ⁊ videam⁹ i⁹ mūdos sarracenos ⁊ oēs machometanos negantes ipsam esse matrē dei. Et ideo q: hic latēt multa ꝓfundissima mysteria: hinc est ꝙ opz in ḥis aliquātulū morari: ⁊ talia mysteria nō paucis ꝝbis explicare: vt simplices sacerdotes ⁊ religiosi ⁊ mulieres sanctimoniales q̄bus ista expositio dirigit possint plane ⁊ sane capere ⁊ intelligere. ℂ Quantū ad primū est dicendū sicut iam dictū ⁊ declaratum fuit in expositione psal. viij. ꝙ istud nomē dei potēs ⁊ sanctū est verbū dei i carnatū siue veritas incarnata. Dictū est enim ḥz Aristo. iij. de aīa. ⁊. vij. meta. ⁊. ſperihermenias qualiter itellectus nr̄ ap ꝓhēdēs rē ꝓ sua essentialia in ꝓria sui operatione format cōceptū diffinitiuū rei: q̄ ō: diffinitio ⁊ rō rei nota soli itelligēti: quē cōceptū greci appellāt logos qđ latine o: verbū: quicqđē concept⁹ ad hoc ꝙ ad extra ceteris notificet: opz ꝙ induat voces. Et sic ille cōceptus voce indutus ⁊ factus vocalis ō: nomē a notificādo: eo ꝙ ꝓ talē vocē ceteris notificat. Et sic nomē vocale nil aliud est nisi ꝛceptꝰ intellectus factus nomē. Et iō dicit pbs ꝙ nomē significat diffinitionē rei. ⁊. i. pihermenias dicit ꝙ voces sunt note earū q̄ sunt i aīa passionū. Item rursus dictū est ibi ꝓ Aug. xv. de trini. qualr̄ filius dei est ꝝbū ꝓis ipsi soli notū ab eterno: ⁊ i q̄ se ꝓnouit ab eterno. Et ꝓ ꝓis est cōceptꝰ diffinitiꝰ ꝓis: quo se diffinit sm totū pelag⁹ ⁊ plenitudinē sue diuinitatis ꝓ qđ verbū tāq̄ ꝓ arte et tpe dixit ⁊ fecit oīa ad extra. Et dictū est rursus ibi ꝙ sicut nos ad hoc ꝙ notificem⁹ nr̄m verbū ceteris: opz vt idnamus ipm ꝓ vocē: ⁊ fiat nomē ꝓ vocē ꝓ quā vocē ⁊ nomē notificamus verbū nr̄m: ⁊ secretā voluntatē nr̄az interiorē: ita de⁹ ꝓ⁹ idunit verbū suū carne: ⁊ sic ꝙ verbū icarnatū tāq̄ ꝓ nomē manifestauit mūdo seipsum ⁊ voluntatē suā. Et sic verbū icarnatū est illud nomē dei: q̄ qđ de⁹ ꝓ nobis locut⁹ est: ⁊ notificauit mūdo seipm ⁊ veritatē legis ⁊ ꝓphaꝝ ⁊ voluntatem suā. Et iō ō: Joh. i. ꝙ ꝓ illud verbū qđ erat in ꝓncipio. i. ab eterno apud deū: postea ex tēpore facta sunt oīa: ⁊ post ea illud ꝝbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis: de cuius plenitudine gr̄e ⁊ sapiēcie oēs accepim⁹. Et sic post ea istud verbū icarnatū ꝙ totū discursum euāgelicū dicit ꝙ nō venit ꝓpter aliud in mundū nisi ad manifestādū patrē ⁊ voluntatē ei⁹: dictis ⁊ factis. Et sic i die cene dixit. Clarifica me o ꝓ: q: iam manifestaui nomen tuū hoibus. Et sic ꝓz qualiter ꝝbū incarnatū est nomē dei ꝙ qđ ⁊ in quo deus mūdo locut⁹ est. Jō apls ad Heb. i. dicit. Multifarie multisq̄ modis de⁹ locutus est olim ꝓibus in ꝓphetis: nouissime diebus istis locut⁹ ē nobis in filio ꝙ quē fecit ⁊ scīa. Hoc est ergo illud nomē dei. s. ꝝbū incarnatū: qđ tantū desiderarūt scire ⁊ videre oēs ꝓphete ⁊ ꝓphete: de quo de⁹ dixit moysi. Nomē meū nodū reuelaui abrae: nec isaac nec iacob ⁊c. Item hoc est illud nomē dei: de quo ō: Esa. xxx. Ecce nomē dñi venit de lōginquo. nūc aūt manifestū est ꝙ ꝙ hoc de⁹ nō ꝓmittebat aliq̄ nomen vocale vel scriptū de celo in terrā venire de lōginquo: ḥz ꝓmittebat mittere verbū suū in carnē. Item hoc est illud nomē dñi qđ os dñi nouauit Esa. lxij. q: er o:e altissimi ꝓdijt. Item hoc est nomē dñi incōp:ehēsibile de quo dicit Dauid. xxx. ꝙ est nomē dei aut filij eius: si nosti. Item hoc est nomē dñi soli deo cōp:ehēsibile ⁊ notum ⁊ manifestū: de quo ō: Apoc. xix. ꝙ rex ḥz nomē scriptū i dyademate: qđ nemo nouit nisi ipse ⁊ vestit⁹ erat veste aspersa sanguine ⁊ vocabat⁹ nomē ei⁹ verbū dei. ℂ Ex q̄bus ꝓz ꝙ istud nomē dei veniēs de longinquo qđ os dñi nouauit: qđ nemo nouit nisi ipse vocatū verbū dei nō est aliq̄d nomē vocale trāsitorium: nec scriptū in charta corruptibili: ḥz est illa ꝓsona ꝛpī deus ⁊ homo ex verbū ⁊ veritas incarnata. Ex q̄bus etiā ꝓz ꝙ istud nomē dei: ḥz verbū incarnatū est sanctū per essentiā quo ad diuinitatē: quia per ipsum facta sunt oīa. Et est sapiens per essentiā: q: per ipsum oīa gubernantur et disponūtur. Et est iustū essentialiter: q: ꝙ ipsuz oīa iustificatur. Et est bonū q: est finis oīm: ⁊ per consequēs est misericors: q: revelat oēm misericordiā: et per ꝓis istud nomē est sanctū ꝙ essentiā: quo ad diuinitatē: nam dictū est psal. xcix. ⁊ in expositiōe ꝛ per Te deū laudam⁹. ꝙ sanctū dicit a sanciendo: quod idē est qđ bene ⁊ recte o:dinare res i suū bonum finē: ⁊ sic ille dicit ſctus qui sapiēter et recte ⁊ iuste disponit ⁊ o:dinat res ⁊ opationes suas in debitū ⁊ bonū finem: ⁊ sic oīs sanctus est sapiēs ⁊ iustus ⁊ bonus: ⁊ per ꝓis misericors: sed oīa ista soli deo essentialiter conueniunt: ergo solus deus est sanctus per essentiā. Et ideo oēs angeli ⁊ beati incessabili voce ꝓclamāt in celo: sanct⁹: ſctus: sanctus dñs ⁊c. vt dictū est ibi. Sed q: in verbo incarnato est tota plenitudo diuinitatis: ergo verbū incarnatū qđ est nomē dei est oīs ex sanctū: ⁊ per ꝓis summe sapiēs ⁊ iustū ⁊ bonū: qđ quidē nomē est nobis icōp:ehēsibile: qđ desiderarūt scire oēs patriarche ⁊ ꝓphete. i. desiderārūt ipsum in carne videre. ℂ Sed est iterum aduertendū ꝙ istud nomen dei. s. verbū incarnatū non solū est sanctū in quātū deus sm deitatē. Sz etiā est ſctū in ꝛptū hō sm humanitatē assumptā: ḥz est differēter etiam ā ꝛps

Sanctus quis dicitur.

Nota.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquantū deus est sctūs per essentiā: sz sm humanitatē assumptā est sctūs per naturā. i. per sanctā cōceptionē & ḡnationē inēptum nō ex ope adam: sed opere spūsancti cōceptus est. ¶ Ad cuius intellectū est valde notandū sicut dictū fuit psal. xi. q tota sanctitas & iustitia hoīs consistit in debita ordinatiōe & cōformitate ipsius ad deū scz q tota ratio & volūtas sit subiecta & cōformis diuine voluntati: & sensualitas sit cōformis & subiecta rōni: & sic totus homo est deo pformis: & tūc dicit sctūs: & ita adā in statu innocētie tādiu fuit iustus & sanctus q diu eius volūtas & ratio fuit cōformis diuine volūtati: & eius sensualitas fuit cōformis & subiecta rōni: & sic dicebat esse in originali iustitia et sctitate. Sed qñ volūtas eius fuit difformis & deuiauit a diuina volūtate gustādo cibum prohibitū sualis diaboli: illico sensualitas eius fuit difformis et deuiauit a rōne: immo puersa & inclinata ad oē malū ilico surrexit aduersus spm sanctum & vulnerata morbo inordinate pcupiscētie carni inflicte: et sic adā et scō factus est corruptus & peruersus et inimicus in sua carne et natura: q debit? ordo fuit in eo peruersus & corrupt?: & talem naturā et carnem morbo cōcupiscētie vitatā transmisit in oēs posteros successiue per generationē libidinosam naturaliter genitos. Et sic nullus eius successorum naturaliter genitus pōt dici naturaliter sanctus immo peruersus & iniustus sm naturā et generationē. Sed q solus xps inter hoīes nō est cōceptus naturaliter ex ope adā: sz solo ope spūsancti: ideo adā nō potuit trāsmittere in cū talez naturā & carnez corruptā & vitatā & inordinatā. Et ideo xps est solus inter mortuos liber naturaliter a tali morbo & culpa naturali: sz est solus sanctus in sua pceptiōe & ḡnatione. Et ideo sicut oēs nos trarim? carnē vitatā & inordinatā ab adam corruptor: ita caro & corpus xpi trahit sanctitatē a spūsancto a quo formatū est: & sic ptz q xps tripliciter dicitur sctūs naturaliter quo ad humanitatem. Primo rōne corporis a spūsancto formati. Scdo rōne anime cū plenitudine ois pfectiōis & virtutis & gratie create & unctione spūsancti pconsortib? suis create. Tertio rōne vnionis psonalis ad verbū qō est sctū essentialiter: & ideo istud nomē dei. s. verbū incarnatū dicit sanctū nō solū ratiōe deitatis: sz etiā rōne hūanitatis assumpte cuius pars rōnalis semp fuit & est cōformis diuine volūtati: & caro semp fuit cōformis & subiecta rōni: prout dictū fuit psal. xxi. & sic semp xps fecit voluntatem patris de quo dixit david psal. xxxix. In capite libri scriptū est de me vt facerē voluntatem tuā &c. & sic sicut solus xps sm humanitatē est naturaliter liber a culpa & morbo ipsius adam: ita solus est naturaliter sctūs etiā sm humanitatez. Ideo de hūanitate xpi scrā dicit psal. xcviij. Adorate scabellū eius qm sanctū est. eo q illa hūanitas tripliciter sctā simul adorat cū verbo sibi psonaliter vnito: vt dictū est in tractatu cōtra iudeos questiōe. v. Et sic ptz qualiter nomē dei: qō est verbum incarnatū est sanctū nō solū quo ad diuinitatem sz etiā quo ad humanitatē: & sic quo adverbūz dicit nomē dei sanctū p totā scripturā: & opus. vñ psal. cx. sanctū & terribile nomē eius. & hoc nomē dei qō desiderabant videre patriarche & pphete: qō nō potuit videri nec reuelari nisi in nouo test. Sed q moysi desideranti videre istud nomē dei fuit reuelatū qualiter istud nomē dei. s. verbum incarnatū erat vēturū in mūdū cū opotētia & sūma sapientia & iustitia & misericordia. Jō scriptūz fuit quattuor lr̄is hebraicis. s. yoth. he. vau. he. Et sic ex istis quattuor lr̄is reperitur nomē dei scriptū in tota scriptura legis & pphetarū in hebreo: quēlibez quattuor littere sole sumpte nō formāt aliquā notaz dictionē: ad denotandū nomē dei qō significabāt esse incōprehensibile. Ex vbicunqz reperitur nomē de istis quattuor lr̄is scriptū: ipsi hebrei pnunciabant & pnūciant adonay dñs ops. Et iō dicunt q istud nomen tetragrāmaton. i. quattuor litterarū est ineffabile quo ad ea q cōprehēdit & significat: eo q significabat p ḡttuor: litteras illa quattuor incōprehensibilia q sunt in xpo. s. opotentiā & sapiētiā & miam & iustitiā. Ex ti iste quattuor lre recte cōbinent p pūcta quib? hebrei cōbināt litteras in scriptura tūc reddit istud nomē hebreū iohesua: qō grece & latine iesus: qō est saluator: & sic vbicūqz i hebreo scribit hoc nomen Johesuam: in latino imperatiue scribit salnator: aut salutare siue iesus. Et ideo sicut hebrei per illud nomē tetragāmaton. i. quattuor littera rū nomināt deū & nomē ei?: ita nos p hoc nomē iesus ex illis quattuor lr̄is cōbinatū nouam? verbum incarnatū: qō est nomē dei reale: quo de? se nominauit & notificauit mundo. Et sic sicut illud verbū incarnatū est nomē dei reale: quo ipe deus pater noiauit seipsum mūdo. Ita hoc nomē iesus vocale vel scriptū est nomē quo nos noiamus illud verbū incarnatū deū & hoīem: qō est nomē dei: q ipse se noiauit: qō quidē nomen nō fuit mūdo cognitū nisi vsqz ad aduētū xpi: qn āgelus dixit marie. Ecce cōcipies in vtero & paries filiū: & vocabis nomen ei? iesum &c. Itē hoc idē nomen cū suo significato revelauit angelus ipsi ioseph i somnis dicens. Vocabis nomē ei? iesum: ipe em̄ saluū faciet populū suū a pctis eoz. Et sic ptz q illud idē verbū incarnatū qō significabāt ille quattuor lre hebraice significat hoc nomē iesus vocale vel scriptū. Et sicetiā ptz q qñ nos pferentes hoc nomē iesus flectim? genua: nō adoram? adoratiōe latrie hoc nomē iesus vocale habēs duas syllabas breues. Ex adoram? verbū incarnatū deū & hoīem p hoc nomen iesus vocale significatū. Et ira etiā ptz q qñ ō: Gen. iiij. q enos incepit vocare nomē dñi. & gen. xij. qñ abraā edificauit altare & adorauit nomē dñi. ibi nō est dicendum q enos inuocauerit: nec abraam adorauerit illud nomen vocale quattuor litteris prolatum aut scriptum. Sed adorauerūt verbum incarnatum deum & hominē p illas quattuor litteras significatum. Et in hoc decipiuntur miseri & ceci iudei. ¶ Ex omnib? ergo supradictis patet qualiter nomen dei scilicet verbum incarnatum: cui est filius virginis marie de? & homo ē nomen ops & sanctū. Et p cōsequēs sapiēs & iustus & misericors essentialiter quo ad diuinitatē: & sctūs naturaliter quo ad humanitatez. Et iō q ops potuit facere magna virgim mēt sue & ipsam magnificare supra naturam. Et q sanctū: ideo de facto

Sancti tas hominis in quo consistit.

Xps solus inter mortuos liber.

Triplici ter xps dicitur sanctus.

Nota.

magnificauit & dignificauit eā oibus illis dignitatibus p angelum & Elisabeth ipsi nūciatis: q ad filium sanctū pertinet inquātū pōt matrē suā sanctificare & magnificare & oibus dignitatib? possibilibus eā dignificare: vt magis infra patebit. Et hoc itēdit dicere virgo maria: cū ait. Q: fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen eius. i. q: nomē eius est potēs & sanctum. Ideo fecit mihi magna. i. me magnis donis magnificauit. Et hoc de primo quesito. ¶ Ad scām aūt questiuz est dicēdum q. xij. dignitatibus & magnis priuilegiis dignificauit xps virginē matrē suā sup oēs puras creaturas. Quar prima fuit singularis predestinatio. Scda singularis sanctificatio: p quā ab oi pctō preseruauit. Tertia singularis desponsatio cū voto virginitatis. Quinta singularis cū virginitate cōceptio & parturitio. Sexta singlaris dei maternitas: q: mater dei naturalis effecta. Septia singularis spūsctī obūbratio: p quā facta est prophetā & euāgelista. Octaua: q: singularis fuit xpi ministra & secreta cubicularia. Nona: q: singularē aureolā martyrij est adepta. Decima: q: absqz incineratiōe in corp? gliosum fuit resuscitata. Undecima: q: sup oēs hierarchias & choros angelor? fuit exaltata. Duodecima: q: inter nos & filiū singularis mediatrix est effecta. ¶ Quārum ergo ad prīmā dignitatē est dicēdū q prima dignitas singularis virginis marie fuit: q: post xpm singulariter fuit predestinata sup oēs puras creaturas & libro vite ascripta. Cuius rō est. Nā cū predestinatio sit pparatio ad ḡram sm ppositū eterne volūtatis dei. Et ideo in ordine dignitatis ppius de? predestinauit xpm hoīem ad gram vnionis psonalis ad verbū: vt esset filius dei naturalis & primogenitus m hereditate celesti. Et vt esset caput sup oēz ecclām tā celestē q militātem & oēm principatuz & potestatē & virtutē & donationē & oē nomen qō noiatur: nō solū i hoc seculo: sz etiā i futuro: vt ait apls ad Ephe. i. Et ideo xps pō est primus predestinatus simpliciter ad nobiliorē & primū gradū dignitatis: vt ipe ait p os dauid psal. xxxix. In capite libri scriptū est de me &c. Et ex psequēti oēs electi sunt predestinati ab eterno in xpo in adoptionē filioz: vt in eodē capīo ait apls dicēs. Benedict? deus & pater dñi nostri iesu xpi: qui benedixit nos i oi benedictione spūali in xpo: sicut elegit nos ante mūdi cōstitutionē: vt essemus sancti & immaculati: qui nos predestinauit in adoptionē filioz p iesum xpm i ipm sm ppositū voluntatis sue i laudē gl'ie gre sue: in q gratificauit nos i dilecto filio suo &c. ¶ Et quibus pz q deus ab eterno prius predestinauit iesum xpm ad ḡram vnionis filialis naturalis vt esset filius primo genitus naturalis & caput vtriusqz ecclie. Et ecide predestinauit oēs alios electos i adoptionē filioz sm ordinē dignitatis: sm q̄ postea ex tpe p xpm filium suū eos vocauit & iustificauit & gratificauit p ḡram: & magnificauit in gl'ia. Et quibus sequit q virgo maria sicut ex tēpore fuit dignior post xpm & ad maiores & dignior: ea dignitates ex tēpore vocata. Ita ab eterno fuit immediate post xpm i prio gradu & ad altiores dignitates predestinata. Et ad tot ḡras & dignitates fuit predestinata ab eterno: ad quot ex tpe successiue fuit vocata. Sz q: ḡra nōis spūalis & sanctificatiōis & gratificationis p quā de? habitat in creatura precedit oēs alias dignitates ordinē ps supponit ḡra positiōis: q: gratia maternitatis ps supponit ḡratiam sanctitatis: q: maria prius cōcepit xpm mēte q carne: & prius fuit spōsa q mater xpi: & prius habitauit i ea p ḡraz q p carnē. Et ideo sicut xps ab eterno fuit predestinat? ad ḡram vnionis psonalis in sua creatiōe vt esset caput ecclie & primogenit? naturalis. Ita virgo maria ab eterno fuit predestinata ad ḡram vnionis spūalis: vt esset filia dei adoptiua & scā & immaculata in sua creatione: vt esset apta ad ḡram maternalis vnionis suo tpe. Et sic ē dicēdū q sicut xps hō fuit ab eterno predestinatus: vt i prio instāti sue creatiōis eēt filius dei naturalis p ḡraz naturalis vnionis qui est primus gradus dignitatis post deū in tota latitudine entiū. Ita virgo maria fuit ab eterno predestinata ad ḡraz sanctificatiōis: vt in primo instanti sue aie creatiōis & infusiōis esset simul cū corpore scrificata p ḡram adoptiōis filialis vt i eodem prio instāti sue creatiōis eēt scā & immaculata & filia dei adoptiua & spōsa xpi: vt eēt apta vt postea fieret mater xpi. Et ita fuit & est primus grad? dignitatis post xpm. Et hāc dignitatē publice cōfitetur & cātat vniuersalis ecclia de virgine maria in epla sue lectione attribuendo ipsi illud Ecclesiastici. xxiiij. in psona sui dicētis. Ab initio & ante secula creata sum: & vsqz ad futurū seculū nō desinā &c. Per hoc volēs ostendere ecclia q ab initio. i. ab eterno virgo maria fuit creata in ḡra sm eternū ppositū. i. fuit predestinata vt simul esset creata & scrificata & gratificata p ḡram pseruātē ab oi malo & cōfirmātē ipam i oi bono. Ad hoc idē ppositū vniuersalis ecclesia Romana cantat ipi illud. psalmi. xxij. i festo sue natiuitatis. s. Dñs possedit me i initio viarū suarū: ante q̄ ḡcq̄ faceret a principio. Ab eterno ordinata sum & ex antiqs ante q̄ terra fieret. Nōdū erāt abyssi: & ego iā pcepta erā. Et ante oēs colles ego pariebar &c. q. d. q dñs de? ab eterno i suo ppōsito possedit me p ḡraz. i. ppōsuit me possidere p ḡram & ab eterno ppōsuit: ne per aliqđ istās & ips diabolus possideret me p aliquā culpā: sz a prio instāti mee creatiōis aie essem sp deo grata & accepta: q: nōdū erāt abyssi marini: nec erat facta aliq creatura: & ego iā cōcepta erā in ḡra in divino ppōsito. Et etiā abyssi. i. aliquod pctm nōdū erat i me & ego iā cōcepta erā p ḡram. i. ante q̄ macularer aliqua culpa fui p ḡram & cum ḡra cōcepta i mea cōceptiōe aie: q: aia mea simul fuit creata in ḡra & i carne pcepta & infusa: vt patebit. Et sic isto mō ab initio fuit creata: & ab eterno cōcepta: & p ḡratiā possessa in divino ppōsito. Sz cōtra supradicta inferat aliquis: nā verba supradicta tā in ecclīastico q̄ in pueribus Salomonis sunt dicta de sapiētia eternaliter genita & pcepta. Et iō nō possunt verificari de virgine maria. Sz p hmōi respōsiōe & declaratiōe est valde aduertendum q supradicta verba essentialiter sunt dicta & verificātur de divina sapiētia increata sed genita. Sz sm predestinationē. Prio verificātur de humanitate xpi assumpta: & scōo de sola virgine maria.

Potuit ista materie notā da.

Maria predestinata.

Nota.

Obiectio.

Nota hūcexpositionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ideo qñ verbū diuinū q̄ est sapiētia genita de tota memoria fecūda p̄s dicit. Ab initio ⁊ añ secula creata sum ⁊c. Ponit ly creata vocabulo generali p̄ producta ⁊ genita. i. ab eterno ⁊ ante secla sum producta ⁊ genita: ⁊ ex ore altissimi p̄dij. Et ita pariter dicit eadē diuina sapiētia gemta: diis posedit me ab initio viaꝝ suaꝝ: q: ab eterno filij est in sinu p̄fis tanq̄ verbū in dicēte: ⁊ sapiētia i memoria de qua gignit inseparabiliꝫ. Et eadē sapia dicit q̄ nōdū erāt abysli ⁊ ego iā concepta erā: q: verbū est cōcept⁹ eternus p̄fis quo se totū intelligit ⁊ diffinit. Et tō subdit q̄ cū eo erā cūcta compono: q: de⁹ p verbū suū ⁊ sapiētiā dixit oia: ⁊ ea sapiēter disposuit. Sz ista eadē verba sūt p̄destinationē: primo verificanť de ḣumanitate xp̄i assumpta ⁊ psonali vnita diuine sapiētie genite. Vñ iste hō fiue humanitas assumpta dicit. Ab initio ⁊ añ secula creata sum i diuino ꝓposito in gr̄a psonalis vnionis ad verbū. Et p ꝑis primogenitus filij? naturalis dei ⁊ caput vtriusq; ecclie: eo mō quo dictū est. Et sic dis pater posedit me ab initio viarū suaꝝ tāq̄ filiū naturalē ⁊ primogenitū. Et nōdū erāt abysli ⁊ ego iā cōcept⁹ erā tāq̄ filij? primogenitus i diuino ꝓposito. Et sic etiā supradicta verba attribuūtur ⁊ verificanť de sola virgine maria. In scō gradu p̄destinatiōis ad gr̄am adoptionis ⁊ spūalis sposatiōis quā adepta est i sua creatiōe ⁊ cōceptione: eo mō quo dictū est ⁊ dicet. Sz adhuc aliqs posset istare: q: verba supradicta p̄ter p̄sit verificari de quolz iusto fz p̄destinationē: q: oēs electi sunt ab eterno predestinati fm eternū ꝓpositum. Ad hoc aūt rñdet q̄ lz oēs electi ab eterno sint p̄destinati ad gr̄am gratificā: tñ nō oēs fuerūt p̄destinati: vt ꝑpetretur ⁊ crearent in gr̄a eo mō quo dictū est: sicut videnť sonare verba supradicta. Et ideo q: talia verba soli virgini marie cōueniūt post humanitatē xp̄i. Vnde est q̄ dīs merito hāc scripturā cātat ecclia de sola ẏgine maria ⁊ nō de aliquo scō nec scīā: p hoc intendēs talē excellentiā illi soli attribuere ⁊ talē scripturā de sola virgine maria verificari. Et sic ps qualr virgo maria ab eterno fuit p̄destinata ad gr̄am gratificā ⁊ sctificātē in p̄incipio sue creatiōis ⁊ cōceptiōis ⁊ exinde ad oēs alias dignitates. f. vt eēt mater dei ⁊c. Et hoc de prima dignitate virginis marie. ¶ Secūda aūt dignitas fuit gr̄a p̄uie sctificationis ⁊ gratificatiōis i sua creatiōe ⁊ cōceptiōe. Nā sicut ab eterno fuit p̄destinata i p̄rio gradu dignitatis. Ita ex tpe fuit i primo gradu dignitatis vocata ⁊ sctificata. ¶ Ad cuius intellectū est notandū q̄ oēs doctores catholici tā antiq̄ q̄ moderni cōueniūt in hoc q̄ virgo maria fuit sctificata i vtero matris: sed iter doctores modernos ⁊ scholasticos est differētia de tpe hui⁹ sctificatiōis. Nā quidā dicūt q̄ virgo maria fuit sctificata p̄ mōulaz tp̄is post aiationē. Et sic isti cōcedūt q̄ p totā illā mōulā fuit sub culpa originali. Et p ꝑis hūt ꝓcedere q̄ fuit i ira ⁊ odio dei p illā mōulā ⁊ sq̄s ad gr̄az sctificatiōis. Alij aūt reputātes id magnū inconueniēs dicūt q̄ fuit sctificata ⁊ gratificata i p̄rio instāti sue creatiōis ⁊ sui esse. f. q̄ illa aīa simul fuit creata ⁊ sctificata p gr̄am ⁊ illo corpore infusam: ⁊ simul fuit sctificata a aīa cū corpe. Nā sicut illa sanctificatio gratificauit eā quo ad aīam: ita extirpit aut ligauit in corpore oēm fomitē ⁊ cōcupiscētiā: ⁊ sic simul fuit sanctificata tota p̄sona p gr̄am cō firmata p̄seruante eā ab oī malo ⁊ culpa ⁊ cōfirmāte eā in oī bono. Et sic culpa originalis natura nō potuit trāfire ad p̄sonā virginis. Et sic p talē primā sanctificationē fuit p̄seruata a culpa originali i p̄sona. Et q: fomes in ea fuit totalr extinctus ⁊ ligatus: ⁊ ipa in gr̄a cōfirmata. Jdeo nūq̄ potuit peccare mortalr nec venialiter. Et sic fuit ab oī culpa ⁊ pcō p̄seruata in p̄sona: q: p̄dim fuit indiuiduū ⁊ p̄sona ḣūana p aiationem semp fuit deo grata ⁊ accepta p sanctificationē factā in aiatione in qua aīa fuit simul creata ⁊ infusa ⁊ i carne cōcepta. Et talis cōceptio aie in carne ō cōceptio gratie. Et sic cōcedit q̄ virgo maria quo ad aīam fuit cōcepta i gratia p̄ter oēs culpā originalē: quā ceteri p̄sonaliter i sua aiatiōe ex carne libidinosa traxerūt. Et hoc sufficit ad p̄seruādā virginē mariā ab oī originali culpa ⁊ venialiꝫ actuali. ¶ Alij aūt dicūt q̄ p̄ter sanctificationem supradictam factā in aiatiōe: iam ante aiationem fuerat sctificata illa caro: ⁊ fuit mūdata ⁊ purificata a feditate libidinis parētum: per quam inest seminalis fomes concupiscentie in carne: ⁊ sic ante aiationem iam fuerat extinctus fomes qui seminalr erat in carne. Et sic postq̄ caro fuit talr mūdata nō potuit anima a carne maculari culpa originali ex eius cōsortio i aiatione. Nam sīn Aug. ⁊ Ambro. ⁊ oēs antiqnos aīa in puris naturalib⁹ creata ex consortio carnis libidinose trahit personaliter culpam in aiatione carnis: q: p carnē infectam infligitur originalis culpa in anima. Dz oi cunt quidam q̄ illa caro ante aiationem non potuit sanctificari cum esset res inanimata. Et p cō sequens non capax gratie sanctificantis. Sed ad hoc respondeť q̄ nō est necesse q̄ talis sanctificatio fieret per gratiam gratificantem: sed per quādam virtutem spiritussancti purgantē illū morbū carnis: sicut oleum exorcizatur ⁊ cōsecratur ⁊ sanctificatur in chrisma: nō per gratiam gratificātz sed per virtutem spiritussancti expellentem oēm immundiciā ⁊ potestatem inimici ab illo oleo. Et ab aqua qñ benedicitur. Et isto modo recōciliant ecclesie pollute ⁊ cimiteria: que sunt res inaiate: ⁊ etiā p quādā sctificationē cōsecrant altaria ⁊ ecclesie: ⁊ dedicātur ad diuinum cultum. Ita pariter illa caro virginis ante aiationē potuit sanctificari ⁊ p talem sanctificationē dedicari ad receptionem illius sacratissime anime: quequidez anima simul fuit creata ⁊ sanctificata ⁊ omni gratia ornata: ⁊ in illo corpore sanctificato infusa. Et sic ps qualr p illā duplicē sctificationē ẏgo maria fuit p̄seruata ab oī culpa in p̄sona. Et sic sequit q̄ lz virgo maria fuit obligata in adam ad culpā originalē tanq̄ in natura eo q̄ descendit ex illa propagine p naturalē generationē: tñ illa obligatio nature non trāsiuit ad personam nec ad aīam ꝓpter primā sanctificationē factā in aiatione per quaz semper fuit in gratia dei: ꝓut dictum est. Et ista est secunda dignitas virginis marieque cōuenit ⁊ est decens ipsi tanq̄ matri dei: nec virgo maria debuit esse expers talis dignitatis: ꝓut patebit.

Obiectio.

Marie sanctificatio.

Deꝰ potuit mariā ab origina li p̄seruare.

¶ Vlo habitis sit hec p̄ma ꝯclusio. f. q̄ deꝰ potuit mariā a culpa originali ꝑpetrata in adā matrē suā p̄seruare ⁊ īmunē reddere. Doc aūt triplr ꝓbat. Primo inquantū deꝰ est creditor ⁊ adā cū tota sua posteritate debitor. Nā creditor absq; p̄iudicio sui iuris ⁊ dīs nō pōt diminuere debitū cuicunq; debitoris ⁊ in quolz tpe: ergo sicut Jeremie ⁊ Joha. baptiste dimisit deꝰ debitū originalis iusticie: ⁊ eos absoluit ab originali culpa in vtero matris post aiationē. Ita hoc idē potuit facere virgini marie in p̄mo instāti creatiōis ⁊ aiationis. Jtē hoc potuit facere in q̄tū est o p̄ꝑ: q: ex hoc sicut potuit creare gratiā ⁊ sanctificare Jeremiē ⁊ Johā. baptistā ante natiuitatē ⁊ oēs alios iustos post natiuitatē. Ita potuit creare gratiā simul cū aīa virginis: ⁊ p talez gr̄am simul totā virginē sctificare ⁊ gratificare. Et p ꝑis ab oī culpa in p̄sona p̄seruare. Et sic pec catū nature nūq̄ posset trāfire ad p̄sonā. Jtē tertio hoc idē deꝰ potuit facere inquātū dīs absolutus. nā dīs absq; p̄iudicio sui iuris ⁊ dīs pōt liberare donare quēlibet seruū ⁊ captiuū suū i quolibet tpe: ⁊ tate ille ſeruit: sz nos videmus manifeste q̄ aliqs dīs rpalis liberat seruū aut filiū serui nō solū i erate adulta: sz adhuc i pueritia: ⁊ q̄sq; in vētre matris ⁊ q̄sq; i die cōceptionis ei⁹: immo q̄sq; ante ꝓceptionē: put ꝑz manifeste. q̄ a fortiori hoc potuit deꝰ facere de m̄e sua: q: potuit eā in sua aiatiōe liberare ⁊ p̄seruare ab oī culpa ⁊ spūali mutate ad ouā i natura ⁊ adā fuerat obligata. Sz q: h nulli? sane mētis pōt negare. Jō hoc sufficiat ad hmōi ꝓbationē q̄: deꝰ inquantū creditor ⁊ dīs absolutus ⁊ oēs hoc potuit facere matri sue.

Decens fuit mariam ab originali p̄seruari.

¶ Secūda ꝯclusio. q̄ decēs fuit virginē mariā a tali originali culpa p̄seruari i p̄incipio sui esse per gratiā. Ista ꝯclusio ꝓbat tripliciter. Primo ex pte ipsi⁹ virginis. Secūdo ex parte filij q̄ eā fabricauit. Tertio ex parte nostri. Primo ꝓbat sic. Nā illud est decēs attribuere virgini marie inst dei oē quod credit ei? decorē ⁊ nec? ⁊ illud negandū ⁊ remouendum oē quod credit in ei? dedec? : sz virginē mariā i p̄incipio sui esse fuisse sanctificatā ⁊ ornatā oīb? gratijs fidi possibilib? ⁊ gratificatā: ⁊ deo semp gratā ⁊ acceptā ⁊ factā habitaculū dei credit i decorē ⁊ honorē ei?. Et totū oppositū sez non fuisse ab originali culpa taliter p̄seruatā: credit ipsi in magnū dedec? ⁊ vituperiū ꝑ ei? dignitatē: ergo hoc est ab ea remouendū ⁊ negandū: ⁊ illud primū attribuendum ad ei? decorē ⁊ honorē. Maior: ꝑz de se. Minor: aūt ꝓbat: nā nō potest esse maior decor ⁊ decus ⁊ honor alicui rōnali creature q̄ esse deo semp grata ⁊ acceptā ⁊ factā habitaculū spūscti: nec potest esse maⁱ dedecus ⁊ vituperium ⁊ infelicitas ꝓ illo tpe q̄ esse aliqñ in ira ⁊ odio dei ⁊ seruitute diaboli. Sed tota scriptura testat: sz si virgo maria i p̄mo instāti fuit sanctificata: sequitur primū. f. q̄ fuit deo grata semp accepta ⁊ filia dei adoptiua ⁊ facta tabernaculū spūscti. Et si nō fuisset p̄seruata a tali culpa p quā sctificationē sequeret scōm. f. q̄ fuisset i odio ⁊ ira dei: ⁊ ancilla in seruitute diaboli ꝓ illa mōula: ergo decēs fuit ad ei? decorē ⁊ dignitatē virginē mariā fuisse sctificatā i sua creatione ⁊ aiatione ꝓut dictū est. Secundo hoc idem ꝓbat ex parte filij sui q̄ eā fabricauit: vt esset mater sua. Et hoc multipliciter. Nā primo decēs est vt filius decoret matrē suam in q̄tū pōt ⁊ cōferre ipsi oia que faciūt ad decorē ⁊ honorem eius: sed oia ista cedunt in honorē virginis matris eius: ergo decēs fuit vt xp̄s hec faceret ergo matrē suā posteq̄ ipse ad sum libitū potuit ipsam fabricare: et tali honore ⁊ ornatu decorare: q: quicūq; filius hoc faceret si posset. f. fabricare sibi domū aut matrem aut spōsam sine aliquo defectu cū oī ornatu ⁊ decore. Jtē hoc pertinet ad xp̄m in q̄tum est sanctus sanctoꝝ: ergo ad eum pertinebat sanctificare matrē suam p̄ce ceteris post q̄ veniebat ad sanctificandū oēs: ergo singulari ⁊ excellentiori modo debuit sctificare matrē suam: de qua debebat carnem assumere ⁊ in ea maternaliter ḣabitare. Jtē hoc idez sic ꝓbatur. Nā si deus in fabricādo totā machinā mūdi nō deficit in necessario in his que faciūt ad decorē vniuersi: ergo minus defecit in fabricatiōe sue matris: de qua debebat carnem assumere ad recreādū genus humanū: ⁊ ad fabricandā ecclesiā: ⁊ in qua carne de matre assumpta nos debebat redimere. Et sic etiā in fabricatione illius sacri tabernaculi virginalis in nullo debuit xp̄s deficere: posteq̄ in eo singulariter nō solū per gr̄am: sz etiā per carnē debebat ḣabitare. Tertio autē hoc idē fuit decēs ex parte nr̄i: ad remouēdū omne scandalū tam a fidelib⁹ q̄ ab infidelib⁹. Nā magnū scādalū infert ⁊ generat in aīo ⁊ aurib⁹ audientiū dicere matrē dei aliqū fuisse in odio ⁊ ira dei: ⁊ in seruitute ⁊ captiuitate diaboli. Vñ anno dñi. M. cccc. xij. p̄sidēte Joha. xxij. in sede apo. venit ḋñs soldani filius armenie greca ⁊ latina lingua eruditus ad nr̄as p̄es latinas cū saluo cōductu ad videndū mores ⁊ ritus x̄pianoꝝ: ⁊ fuit receptus auinione in curia pape cuz magno honore q̄ quotidie intererat in solēnitatibus diuinoꝝ officioꝝ: in q̄bus maxime delectabat. Et accidit in die cōceptiōis virginis marie q̄ quidā alcēdit ad p̄dicandū in qua p̄dicatione voluit p̄bare per quasdā auctoritates sacre scripture virginē mariā cōtrariſſe culpam originalē. Quib? verbis auditis intantū fuit scādalizat? ille filius regis armenie q̄ surrexit a loco ⁊ cum magno furore dixit pape ⁊ cardinalib?: q̄ mirabat de ipsis q̄ erant capita x̄piane religiōis: vt talia tolerarēt audire de ẏgine maria. Vñ etiā dixit q̄ si quis diſſet in cōspectu calife aut soldani egypti aut in cōspectu aliorum sarracenoꝝ nullo pacto posset euadere quin ab oībus lapidaret: quātocunq; ille esset magn?: immo si quis talia diſſet de matre machometi: nullo pacto euaderet mortē. Et sic ille taliter scādalizatus reuersus est in regionē suā: q̄ ante deliberauerat baptismū suscipere. Jtē si ista cōtraria opinio nō fuerit ꝓhibita: scādalizabit multos tpe antix̄pi. Et sic nocebit multū x̄piane religioni cōtra dignitatē nostre redēptiōis. Et sic ꝑz qualiter multis modis fuit decēs vt xp̄s fabricato: matris sue decoraret eā tali dignitate vt eēt apta ⁊ digna de qua carnē assumeret ne despiceret ab iſi delib? ⁊ hereticis. Et hoc ꝓbat Augu. in libro ꝓ ra ḣnos hereses dicēs in p̄sona xp̄i. Nec quam despicis manichee mē mea ē: manu fabricata ē mea. Ego matrē ex qua nascerer feci. Ego viā itineri meo

notabene

No. ere plum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paraul3. in quibus ꝓbis ostēdit Augu. ꝙ post ꝙ christus tanꝙ deus ⁊ sapiēs artifex ad libitū fabricauit matrez suam: taliter eam fabricauit sine aliquo defectu ne ab aliquo despiceret: ⁊ cum tanto decore ⁊ pfectione: vt esset apta ⁊ digna: vt ex ea carnē assumeret ⁊ ab oibus veneraret. hoc idē asserit de fide ad petrū parte prima dicens ꝙ tali et singulari gratia fuit illa virgo ꝑuenta vt esset digna de qua filius dei carnē assumeret. Hoc idē asserit Anselm⁹ lib. de cōceptu virginali dicēs: ꝙ decebat vt illa ꝓgo tali puritate niteret: qua sub celo nequeat maior intelligi. Et sic patet qualiter fuit decēs virginē mariā in primo instāti sue creationis fuisse sanctificatā ⁊ ab omni culpa ꝑseruatam: qz aliter sequerēt̄ oia supradicta inconuenientia: nec possent dicta Aug. ⁊ Anselmi de ipsa verificari. ¶ Tertia cōclusio. ꝙ rps tenebat de debito: ⁊ debuit ꝑseruare virginē matrē suaz a tali culpa per talē sctificationē: ⁊ decorare eam tali dignitate. Ista cōclusio ꝓbatur primo inq̄tum filius ⁊ sctūs sanctoz. Nam ad filiū sanctū pertinet de debito: immo obligat inq̄tum pōt ⁊ decēs est decorare ⁊ honorare matrez suam: sed rps est verus filius naturalis ⁊ carnalis virginis marie: vt dictū est ⁊ dicet: ergo tenebat ⁊ obligabat ho norare eam tali honore ⁊ dignitate post ꝙ potuit et fuit decēs vt dictū est: qz aliter non decenter honorasset matrez sm decentiā suam. Itē hoc idem pertinebat ad rpm inq̄tum sanct⁹ sanctoz: quia ad sanctū pertinet oia disponere ⁊ in finē optimū sm decentiā ordinare: ergo post ꝙ rps tanꝙ sanctus sanctoz venit ad sua mēbra sanctificāda et in debitū finem ordināda: ergo debuit virginē matrem suam pre ceteris sctificare ⁊ in debitū ⁊ nobiliorem finē sibi possibilē ordinare: eo ꝙ ex ipsa debebat illam carnē assumere: cum qua instrumē taliter debebat oia sanctificare. Itē hoc idem debuit facere rps tanꝙ legislator. Nam ipse ꝙ dederat legem de honore parentū: debuit illam legem obseruare: sicut in ceteris obseruauit: qz in oibus primo cepit facere ⁊ postea docere: vt ptz Act. 1. et Luce 2o. ergo sicut honorauit matrē in seruāda obedientia: ita magis debuit eam venerari ab omni labe ꝑseruādo ⁊ omni gra decorādo in principio sui esse: vnde oēs ille decē rationes quas facit Aug. in libello de assumptiōe virginis marie ad probandū ꝙ nō fuit incinerata in sepulchro: magis probāt hoc propositū ꝙ illud. ¶ Et supra dictis cōclusionib⁹ infertur vnum corelariū siue corelaria cōclusio. 1. ꝙ de facto rps preseruauit virginē matrē suam ab oi culpa tam originali ꝙ actuali ⁊ venali per talem sctificationē. Hoc probatur. nam rps hoc potuit ⁊ cū decētia debuit facere: ergo fecit: qz potuit ⁊ debuit facere cum decētia virginis ⁊ sui ⁊ nostrū: vt probatū est per supradictas cōclusiones. Sed istam 2am fiam posset quis negare. Nam multa potuit deus facere q̄ nō fecit pura facere multos mūdos: ⁊ facere hoiem impeccabilē: ⁊ aliter hoiez liberasse: sed tū ista nō fecit. Ad hoc respōdetur ꝙ licet deus oia illa potuisset facere: tamē quia non tenebat nec obligabat facere: ideo non fecit: sed qz decebat eum ⁊ tenebat tanꝙ filius ⁊ sanct⁹ ⁊ legislator dignificare ⁊ honorare mrem suā eo modo quo dictū est. Ideo fecit: vnde causa quare in rpo valet illa cōsequētia: ⁊ nō in nobis est ita. Nam si homo diues pōt decēter ⁊ obligat facere elemosynam ⁊ nō facit: hoc accidit ex aliqua passione impedīte puta auaritia: sed in deo nulla pōt esse passio impediēs ad bonū: ergo si potuit hoc decenter ⁊ debuit facere de necessitate cogimur dicere ꝙ fecit ablq̄ preiudicio sue libertatis: imo cū decētia sue maiestatis ⁊ officij sue legationis. Et sic pz qualiter illa sanctificatio facta in principio creationis ⁊ aiationis virginis marie ꝑseruant eam ab omni malore cōfirmauit eam in oi bono: imo dicit quidā ꝙ illa scificatio accelerauit in ea vsum liberi arbitrij ad merēdū. sed in hoc non est sistendum. ¶ Quarta cōclusio. ꝙ virginem mariam esse immunē ⁊ ꝑseruatā a tali labe pōt exp̄sse ⁊ ꝓbabiliter deduci ex sacra scriptura vtriusq̄ resta. Doc primo ꝓbatur: naz totum fundamentū primū vñ habet ꝙ oēs filij adā fuerunt obligati ad originalem culpā: deducit ex peccato primoz parētum: ex sentētia eis inflicta ꝓpter illud peccatum: quia audientes vocem serpētis preuaricati sunt ꝓceptū domini. Vnde ex sententia ibi data ⁊ ex dictis sacre scripture recolligitur ꝙ serpens antiq⁹ quadruplici morsu momordit primos parentes cum tota sua posteritate: scz morsu culpe in anima. Et morsu mordide cōcupiscentie in carne. Et morsu erūnarum ⁊ miserie in conceptu ⁊ partu mulierū. Et morsu doloris ⁊ inclinationis ⁊ putrefactionis corporis i morte. Et iste morsus vltimus cum duobus primis fuit communis filijs adā p naturalē generationē ꝓpagatis. Sed ante ꝙ de⁹ ꝓmulgaret istam sniam excepauit ⁊ exemit virginem mariā ab hac snia: vt patet in eadē scriptura: ergo virgo maria nō subiacuit nec fuit obnoxia illi snie. Hoc patet in textu Gene. iij. Nam ante ꝙ ferret sententiā cōtra hominē post maledictionē serpentis dixit ipsi, inimicitias ponā inter te ⁊ mulierē: ⁊ semē tuū ⁊ semē illi⁹: ipsa cōteret caput tuū. Et tu insidiaberis calcaneo ei⁹. Postea vero dixit mulieri. Multiplicabo erūnas tuas ⁊ cōceptus tuos: in dolore paries filios. Et sub potestate viri eris: ⁊ ipe dñabit tui. Et quo patet ꝙ prio tulit sententiā cōtra mulierē eo ꝙ primo fuit seducta ⁊ peccauit: ⁊ postea seduxit virum. Ideo duplici pena speciali fuit plecta ⁊ punita: scilicet pena erūnarū in conceptu ⁊ partu: ⁊ pena subiectionis sub potestate viri. Exinde promulgauit sententiam generalem contra vtrū ꝙ cum tota eorum posteritate dicens. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea oibus diebus vite tue: spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. per quas spinas ⁊ tribulos nō solū intelligūtur spine ⁊ tribuli qui generātur in terra ad laborem ⁊ tedium nostrū: ⁊ ad impediēdā eius oberta tem. Sed etiā intelliguntur spine ⁊ tribuli fomitis ⁊ spinose concupiscentie inflicte in nostra carne ex morsu serpentis. Et postea deus subdit sententiam mortis cū incineratione dicēs. Donec reuertaris in terram de qua assumptus es: qz pulvis es ⁊ in pulverem reuerteris. Et sic pz quadruplex morsus serpentis: ⁊ snia generalis ꝓmulgata cōtra primos parētes cum tota eoz posteritate.

Xps tenebat ⁊ debuit mariā ꝑseruare.

Xps virginē ab originali ꝑseruauit.

virginitatis cognoscere virū nō intēdo. Ad hoc respōdit angelus dicens. Spiritus scūs superue niet i te ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi. Jdeoq; ⁊ qō nascetur ex te sanctum: vocabitur filius ⁊c. ¶ Et quibus patet q; spūsscūs per suā obūbrationē illā quicq; ipossibilia apō naturā: fecit esse cōpossibilia in virgine maria super naturā. Unī dicit Aug. q; spūsscūs non solū obūbrauit ipsi ventrē sed etiā mentē. Nam per obūbrationē vētris fecit illā fecundā: illa quinq; incōpossibilia auferēdo sed obūbrādo ipsi mentē fecit ipsaz p̄phetissam ⁊ euāgelicā tympanistriā: vt patebit. Spūssūs xpi corpus organizauit. Primo ergo spūsscūs obūbrando ventrē Marie formauit ⁊ organizauit corpus xpi ex puris sanguinib⁹ ei⁹. Et sic cōcepit sine viro absq; opere adā ⁊ sine adulterio ⁊ fornicatiōe ⁊ absq; iniuria fidei cōiugalis ⁊ sacri. Et tūc tota trinitas creauit in eode instāti aiaz in illo corpe formato ⁊ organizato: oī plenitudine gr̄az ⁊ perfectionū p̄ditā. Et sic illud germē nō solū fuit ab oī culpa ⁊ pctō naturaliter ⁊ personaliter liberū. Sed etiā fuit germē naturaliter scīm sumendo naturā p mō p̄ductiōis ⁊ liberatiōis: ⁊ oīa ista voluit angelus explicare cū dixit: spūsscūs supueniet in te ⁊ virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Jdeoq; qō nascēt ex te erit supple scīm: sz q; illa hūanitas sic in vtero cōditionata ⁊ formata in athomo in eo dē instāti formatiois ⁊ aiatiōis fuit p verbū p̄sonaliter assumpta iō subdit angel⁹. Jdeoq; i. p̄pter talē modū illō germē scīm qō nascēt ex te: vocabit filī⁹ dei. q. d. q; illō germē erit scīm ⁊ nullo modo adulterinū: nec alicui pctō obnoxiū. p̄pt modū cōceptionis. Et vocabit filius dei p̄pter gr̄az p̄sonalis vnionis ad ꝙ. Et sic patet qualiter ex obūbratiōe ⁊ ope spūsscti virgo maria cōcepit sine semine viri ⁊ sine ope adam obseruata semp virginitate absq; oī sorde ⁊ corruptione ⁊ absq; fidei cōiugalis iniuria ⁊ lesiōe: ⁊ cū plis sanctitate facta simul mater ⁊ fecūda ⁊ ꝙ: ⁊ postea peperit sine dolore et oī sorde virginitatis tā corporis q; mentis lesione: q: ille dei filius dñs nature qui ventis ⁊ elementis impauit: et sup aq̄s siccis pedibus ambulauit: et de sepulchro clauso et sigillato exiuit. Jā ī su a natiuitate voluit vti sua prātenascēdo ex virgine claustro virginitatis illeso. Et hec est quinta dignitas et quintus p̄uilegiū quo xp̄s voluit magnificare virginem matrē suā super oēs concipientes ⁊ parturiētes reddēdo ipaz immunē a cōi lege ⁊ maledictione oiz aliaz mulierū. Et quo patet q; ipa fuit sola q̄ cōtriuit caput serpētis: put deus predixit ante le gē p̄mulgatā. Maria dei mater naturalis. ¶ Sexta dignitas ꝟginis marie qua dignificauit ⁊ magnificauit eā xp̄s fuit: q: in sup: adicto mysterio incarnatiōis fuit facta naturalis ⁊ carnalis mr̄ dei p quam dignitatē nō solū altitudinē oīm mortaliū: sed etiā celsitudinē trāscendit oīm angelo: vt inquit Aug. in. ꝟ. sermone de nati. ꝟginis. ¶ Unī est aduertēdū q; ista sexta dignitas est altera a quinta p̄cedēte: ⁊ multo altio: ⁊ sublimio: Nā maio: dignitas est esse matrē dei: q; cōcipere sine semine ope spūsscti: ⁊ cōcipere et parere absq; omni sorde: dolore: seruata virginitate: q: de⁹ posset facere illud sine isto in aliqua alia muliere. Nā spūsscūs absq; viro posset formare fetū ex sanguinibus alicuius mulieris in vtero ei⁹ absq; cōsortio viri: ⁊ creare aiam in illo fetu: absq; hoc q; verbū nec aliqua p̄sona diuina assumeret ipm personaliter. ⁊ p cōsequēs ille homo nō esset deus. Et posset etiā facere q; illa mulier nō corrūperetur in cōcipiēdo: nec parie do: sed maneret virgo post partū: et tū illa mulier non esset ita digna sicut virgo maria queeſt mater dei. Et sic est dicēdum q; magna ⁊ grādis dignitas est concipere sine viro opere spiritussancti ⁊ parere cum virginitate absq; omni sorde ⁊ dolore: sed multo maio: est esse matrem dei. Nam sicut nō potest excogitari maio: dignitas in aliqua creatura q; vniri deo personaliter et deum esse personaliter: sicut est xp̄s homo: ita post christum ⁊ post illā dignitatem nō pōt maio: dignitas excogitari q; esse matrē dei. Et sic sicut nō potuit aliquis homo magis sublimari ⁊ dignificari q; assumi p̄sonaliter a deo in vnitate suppositi: ita virgo maria nō potuit magis dignificari post xp̄m q; q; verbū assumeret illa carnē et ea. Et p cōsequēs faceret esse matrē dei: i vnitate maternali qua nō pōt eē maio: post vnitatē personalē. Et hoc semp intelligēdo cū gr̄a gratificata. Et sic dignio: est maria inquātū mater dei: q; inquātuz cōcepit ⁊ peperit virgo. Unde intātū ista dignitas est maio: ceteris dignitatibus tā p̄cedētibus q; subsequētibus: inquātū oēs alie dignitates vel ordinabant ad istam: vel date sunt ipsi p̄pter illā quia decuit eam habere oēs alias dignitates: inquātū est mater dei. Q: vt esset mater dei: fuit in primo gradu post xp̄m p̄destinata ab eterno: ⁊ in libro vite scripta. Et vt esset apta mater dei fuit in sua creatione sctificata ⁊ ab oī culpa p̄seruata: ⁊ fuit in ea vsus liberi arbi. acceleratus ad merendū in infantia ⁊ pueritia: ⁊ sic de ceteris: ⁊ sic postea facta mater dei meruit sup oēs choros angelo⁹ in gloria collocari ⁊ mediatrix singularis inter filiā ⁊ oēs homines fieri: q: xp̄s inquātum erat filius eius ⁊ ipsa mater eius voluit eam ceteris oībus dignitatib⁹ ⁊ p̄uilegiis dignificare: ⁊ magnificare: q: est ei⁹ filī⁹ singularis. Obiectio. Sed hic est valde insistēdū. Nā videtur q; xp̄s nō sit singularis filī⁹ marie virginis. Nam in sacra scriptura maxime euāgelica xp̄s non solū dicit filī⁹ marie virginis: sed etiā filī⁹ dei sicut dixit angel⁹ Luc. ſ. Nō enim ex re nascetur sanctū vocabitur filius dei. Et dicitur filius dauid ibidem: cum ait. Dabit ei dominus sedem dauid patris sui. Item dicitur filius Joseph Luc. ij. cū ait maria. Ego ⁊ pater tuus dolētes querebamus te ⁊c. Et sic patet q; liter omnū istorum quattuor christus dicitur filius: ⁊ ideo cum sacra non possit mentiri: est valde aduertendū ⁊ cum humilitate: ⁊ charitate inquirendū quomodo xp̄us dicatur filius vnius cuiusq; istorum. Responsio. ¶ Ad cuius intellectū est valde aduertendum q; licet christus dicatur filius vnius cuiusq; istorum: ⁊ tamen non eodem modo: sed aliter et aliter est filius vniuscuiusq; istorum. Nam christus dicitur filius dei naturalis: sed non carnalis: ⁊ filius Marie virginis naturalis ⁊ carnalis: ⁊ filius dauid ⁊ Abrahe ⁊ filius Adam carnaliter: id est ꝑ carnem: sed nō filius naturalis: ⁊ dicitur filius Joseph nō carnalis nec naturalis: sed legalis: ⁊ ideo differēdū est de vnoquoq; istorum. Christ⁹ quō ē filius dei ⁊ virginis. ¶ Quātum ad primū non est dubium quin xp̄s sit filius naturalis dei patris: nō solum inquantum deus: sed etiā inquātum homo p̄sonaliter assumptus. Nam inquātum deus ⁊ verbū patris ab eterno naturaliter ⁊ per modum nature p̄ducti ⁊ genitum de tota memoria fecūda ⁊ subtātia patris vt ostēdit Augustinus. xv. de trinitate ⁊ cōtra maximianum. Et sic est verus filius naturalis ipsius patris: vt frequēter dictum est in expositiōe psalmoū ⁊ maxime psal. xliij. Et etiaz inquātum homo est filius naturalis patris rōne p̄sonalis vnionis. Et sic xp̄s nō habet alium patrem naturalez inquātum homo assumptus nisi deum patrem: vt dictū est super psal. cix. ¶ Quantū autem ad scōm per eādem rationem xp̄s deus ⁊ homo dicitur filius naturalis virginis. Et virgo maria dicit mater dei naturalis. Nam manifestum est q; ipa est vera mater naturalis illius hominis. Nā licet nō per cōsuetum modū nature ex semine viri ipsum cōcepit: tamen ex suis naturalib⁹ sanguinib⁹ fuit in eius vtero format⁹ opere spūssancti: nō ex mestruo: sed puris sanguinibus naturalib⁹: ⁊ ex illis fuit in vtero per nouem menses alitus. Et sic isto modo virgo maria naturaliter ipsum aluit ex p̄prio naturali sanguine. Jtē post natiuitatez aluit ipsum: ⁊ p̄prio ⁊ naturali lacte lactauit. Et sic fuit vera mater naturalis ipsius xp̄i. Et per eandēm rationem fuit vera mater carnalis: q: ex suis purissimis sanguinibus illa caro fuit formata: ⁊ alita ⁊ augmentata. Et ideo xp̄s singulariter ⁊ magis ⁊ pfectius fuit filī⁹ naturalis ⁊ carnalis virginis marie q; vnq; fuerit aliquis homo filius matris sue: ⁊ ro est. Nā cū oēs alij homines fuerit coagulati ⁊ formati in vtero materno ex sanguine mestruoso ⁊ superfluo ⁊ ex eodem fuerunt aliti tā in vtero q; extra. solum autem corpus xp̄i fuit in instanti formatum ex puris sanguinibus venaz virginis marie: ⁊ eodem puro sanguine alitum est ⁊ augmētatum in vtero. Et ex eodem puro sanguine i lacte dealbato xp̄us fuit alitus ⁊ lactat⁹ post natiuitatem. Et sic virgo maria singulariter est mater xp̄i naturalis ⁊ carnalis. Et per cōsequēs est vera mater dei ⁊ hominis: quia xp̄s inseparabiliter est deus ⁊ homo. Et sic nō separatur idiomata: quia quicquid verificatur de deo p̄sonaliter verificatur etiā p̄sonaliter de illo homine assumpto: ⁊ econuerso. Et ideo sicut virgo maria dicitur vera ⁊ naturalis mater xp̄i: ita dicitur mater dei: quia xp̄s est deus ⁊ ille homo assumptus est deus personaliter. Et ideo fuit determinatum in cōcilio calcedo. cōtra nestorium q; virgo maria ficut est vera mater dei: ita semper in omni locutiōe p ferat̄ absolute mater dei a quocūq; fideli: est verū q; ipsa est mater dei: inquātum est naturalis ⁊ carnalis mater xp̄i: qui est deus ⁊ homo. Christ⁹ quō dicit filī⁹ dauid. ¶ Quantum ad tertium est dicendū: q; xp̄s semp dicitur filius dauid in tota sacra scriptura nō solum nouit:

sed etiā ve. te. quia per oēs p̄phetas xp̄s p̄missus fuit filī⁹ dauid de genere ipsius: vt patet. ij. Reg. vij. ⁊ psal. lxxi. ⁊. lxxij. ⁊. cxxxi. Et Esa. vij. dicitur Audite domus dauid. Ecce virgo cōcipiet ⁊c. Jtē Piere. xxiij. ⁊. xxxiij. Et suscitabo dauid germē iustum ⁊c. Et ideo Mattheus volens terere generationē xp̄i carnalem incepit dicēs. Liber generationis Jesu xp̄i filij dauid filij abrahā ⁊c. Hoc idem fecit Lucas dicens. Missus est angelus ad virginem despōsatā viro de domo dauid. ⁊ postea subdit. Dabit illi dominus sedez dauid patris sui. Et sic patet q; xp̄s dicitur filius dauid ⁊ filī⁹ abraham: ⁊ per cōsequens filius adaz. Et ideo christ⁹ semper se nominat filium hominis. i. filium adaz in toto discursu euangelico: ad denotandū q; erat verus homo descendens ex adam ꝑm carnē: eo q; venerat ad patiendum in illa carne p̄o liberādis omnibus filijs adam. Est tamen aduertendum q; licet xp̄s dicatur filius adaz ⁊ abrahe ⁊ dauid ꝑm carnem: tamen non dicitur filius naturalis eoz: quia non naturaliter. i. per generationem naturalem descendit ab eis: sed solo opere spūssancti: sed intantum dicitur filius carnalis ⁊ factus ex semine abrahe ⁊ dauid ꝑm carnem: vt inquit apls ad Romanos. i. inquātum accepit carnem ex virgine maria: que est filia naturalis illoz ⁊ descendebat ab eis per generationē naturalem: ⁊ ideo xp̄s licet sit filius illoz carnalis tamen non naturalis et sic aliter est filius virginis marie: q: carnalis ⁊ naturalis: ⁊ aliter filius illoz: q: solum carnalis: sed nō naturalis: eo mō quo dictū est. Quō Joseph dicitur pater xp̄i. ¶ Sed nūc restat permagna ⁊ pergrādis difficultas quomodo Joseph dicatur pater xp̄i in scriptura: cuz ipse nec sit pater xp̄i naturalis nec carnalis nec ex carnem: ⁊ ideo dixerūt quidam. q; Joseph erat pater putatiuus xp̄i: inquātum reputabat xp̄s apud populum filius Joseph. put dr Luce. iij. ⁊ putabat filius Joseph: qui fuit ely ⁊c. Sed ista nō sufficiūt ad saluādā euāgelicā veritatē: q: maria absolute ⁊ affirmatiue dixit xp̄o. Ecce ego ⁊ pater tuus dolētes querebamus te ⁊c. Nā illa reputatio ⁊ opinio quam ppl's habebat de xp̄o erat falsa: q: ppl's putabat xp̄m esse filium Joseph carnalē ⁊ naturalez quomodo dicebāt. Nōne hic est filī⁹ Joseph ⁊ marie qui sunt apud nos. Jtez q̄ philippus dixit ad nathanael. Inuenimus iesuz messiā filiū Joseph a nazareth ⁊c. Putabant xp̄m esse filium carnalē et naturalem ipsius Joseph: quod erat falsuz. Jō virgo maria sub tali falsa reputatione non appellauit Joseph patrez xp̄i. Jdeo origenes ⁊ Diero. dicunt q; xp̄s ideo appellatur filius Joseph: eo q; fuit filius eius adoptiuus ⁊ Joseph pater ei⁹ nutritius. Sed adhuc ista non sufficiunt ad euacuādum tantum sacramentum: quia quēcunq; alienū poterat adoptare Joseph in filium ⁊ ipsum nutrire ⁊ ideo maior affinitas erat iter Joseph ⁊ xp̄m: q; affinitas adoptiua ⁊ nutritia: quia talis affinitas sola nō poneretur i genealogia saluatoris: q: sola affinitas carnalis aut legalis ponit in genealogia saluatoris sicut sola talis affinitas: sz carnalis aut legalis cōsuenit asscribi in genealogia alioz ꝑm scripturā veteris testamenti. Et ideo est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota bene.

dicendum q̄ hic latet aliud maximū sacramentū. Nam manifestum est q̄ christus natus est ex illo sacro virginali ⁊ inviolato cōiugio absq; iniuria ipsius Joseph ⁊ fidei cōiugalis: ⁊ natus est ex maria virgine indivisa spōsa ipsi? Joseph: q; indivisibiliter erāt duo in carne una: ⁊ in tali cōceptu nūq̄ ḡro maria fuit divisa ab ipo Joseph sed semp in fide coniugali coniuncta: q; caro cōiugalis nō dicit divisa: nisi per adulteriū: ergo se quit q̄ licz Joseph nō cōcurreret officialr ad generationē cp̄ris q; talis cōceptio ⁊ gñatio facta est in ei? cōiuge ipsi cōiugaliter ⁊ indivisibiliter cōiuncta absq; iniuria fidei cōiugalis: ergo Joseph non fuit expers ne p̄ aliquem specialē modū esset pater xp̄i multo magis ⁊ dignius q̄ adoptivus et nutritius maxime q; cōiugius Joseph ⁊ marie ordinabatur vt xp̄s ex tali cōiugio virginali nasceretur: ad denotandū q̄ xp̄s qui ex tali virginali et inviolato sancto cōiugio nascebat: nō carnaliter sed spiritualiter ex spirituali cōiugio ecclesie debebat filios regenerare: vt inqt Augu. ⁊ dicit Augu. q̄ illud cōiugium ordinabatur ad mysteriū incarnationis. ⁊ dicit etiam in libro de bono coniugali q̄ oia bona requisita ad bonum cōiugiū fuerunt in illo sacro cōiugio. Nā ibi fuerūt oia bona sacramenti: q; nullum divortium: ⁊ bonum fidei: q; non interveniente adulterio: ⁊ bonum prolis: q; inde xp̄s natꝰ est. Ex q̄bus sequitur q̄ Joseph aliquo modo singularis ⁊ spiritualis est pater xp̄i: ⁊ xp̄s filius eius: eo q̄ de eius coniugio. ¶ Vis igitur habitis ponitur pro cōclusione semper salua fide catholica: q̄ licet Joseph non fuerit pater christi naturalis nec carnalis: tamē fuit pater xp̄i legalis ⁊ fm legē. Et per consequens xp̄s fuit filius Joseph legalis ⁊ fm legem. Hec autez cōclusio sic probatur. Nam deus preceperat Deutero. xxv. q̄ si quis moreretur sine filijs nūc secūdus frater illius acciperet illam in vxorem ad suscitandum semen fratri suo: quod sic est intelligēdum. Nam q; ille mortuus descendebat sine gñatione. Ideo relinquebat ꝓpinquiorē successorem in vicariū qui exerceret actū generādi vice ⁊ loco sui ex ei? vxore. Ideo illa mulier semp erat vxor primi fz amore ⁊ ꝓpositū sed erat vxor secūdi fm carnē: iquātum exercebat carnē naturalem actum generādi loco illius. Et ideo illa prima proles nō ascribebatur secundo: sed primo viro: ⁊ sic succedebat ipi in nomine filiali: ⁊ in hereditate ⁊ fm legem. Et cō illa ꝓles dicebatur cōmunis illorū duorū. s. primi fm legem ⁊ spiritum: ⁊ secundi fm carnem ⁊ naturam. Et ideo oportebat q̄ ille qui succedebat primo mortuo esset propinquior: illi inter omnes vivos: sed quia semper immediatus ⁊ secundo genitus erat propinquior: ideo ille succedebat in tali matrimonio vice ⁊ officio generandi ⁊ prolis suscitande. Et ideo ille filius sic natus vere dicebat filius legalis primi: eo q̄ natus ipsi ex vero cōiugio fm legem, sic ordinatum: et non ex adulterio. Sed si forsan contingeret q̄ illa mulier post mortem viri fornicaretur cum aliquo alio: ⁊ ex illo haberet prolem: tunc ille filius nunq̄ dicebatur filꝰ primi viri: quia non ex lege: sed ex scorto et fornicatione natus erat. A simili ergo est dicendum q̄ post cp̄m christus ex vero cōiugio ⁊ vxore ipsius Joseph absq; adulterio ⁊ iniuria fidei sacramentalis legalis: quia ex eius inviolato coniugio nullo pacto per adulteriū diviso cōceptus est quā plē suscepta nō est vera similitudo. Primo: q; Joseph erat preceptum vt pater suscitaret semē filio suo: ex q̄ frater suo. Ad primū respondetur q̄ licet beatus Joseph non esset mortꝰ quo ad cetera opera vitenta mē erat mortuus quo ad generationē ꝓpter votū virginitatis. Et erat mortꝰ quo ad peccatum. Et ideo oportuit vt de? ipsi in illo modo suscitaret ꝓlem legalem ⁊ spiritualē. Ad secundū respōdetur q̄ licet nō fuerit preceptum in lege: vt pater suscitaret semē filio suo: tamē i figura huius mysterij hoc semel in veteri testamēto fuit factū ⁊ cōcessus ⁊ in lib. legis scriptū. Nā legitur Genesis. xxxviij q̄ thamar ex divina inspiratione exiuit in diuio ad Judā socerum suum ignarum vt suscitaret ex ea semen duobus filijs mortuis absq; prole: q̄ fecit judas: q; ex vno concubitu genuit duos filios ex thamar: quasi suscitās semen et prolem duob? filijs mortuis sine prole: q; genuit ex ea Phares ⁊ zarā ꝓ quem quidem phares qui genuit Ezrom descendit christus ex juda et jacob et abrahā fm carnem: quiquidez actus non fuit imputatus ipsi thamar ad scortum: sed ad justiciam ⁊ mysterium cui dixit judas i judicio. Justior me es. Et tota ecclesia reputat illud fuisse factuz in propheticum ⁊ mysticum mysterium inquantum thamar previdit in spiritu qualiter christus erat nasciturus de tribu juda fm carnem. Et quia vidit q̄ non poterat habere prolem ex duobus primis filijs suis: nec sibi dabatur tertius in virum ad suscitandum semen fratribus suis. Et ideo ne ipsis generatio preteriret: ⁊ vt ex ea christꝰ nasceretur. Ideo ne perderet tantam dignitatem: intentauit suscipere prolem ex socero suscitāne prolem filijs suis: ꝓut mystice ⁊ sacramentaliter factum est. Sed quia nil gestum est in veteri testamento quin fuerit completum in christo et ecclesia: ad cuius mysterium ⁊ figuram omnia ibi contingebant: inquātum christus fuit finis totꝰ legis. Ideo per illud mysterium figurabatur qualiter mortuo Joseph quo ad mundum et carnalem generationem ꝓpter votum virginitatis. Deus pater debebat ipsi suscitare prolem spiritualem ex virgine maria cōiuge ioseph et sponsa dei patris. Item figurabatur etiam q̄ sicut thamar concepit geminam prolem scilicet phares ⁊ zarā. Ita pariter virgo maria erat conceptura ⁊ de facto concepit geminam prolem: non fm personam: sed fm naturam eo q̄ christus sub una persona habet duas naturas: divinam scilicet ⁊ humanam. Et ideo illud mysteriū generatiōis phares ex thamar approbat in scriptura: ⁊ ponit in genealogia salvatoris: eo q̄ ordinabatur figuraliter ⁊ sacramēt aliter ad mysterium incarnatiōis christi factum ex Maria virgine

Joseph pr̄ xp̄i fm legē

Obiectio.

Xp̄s filius legalis Joseph ꝓpriꝰ dicitur.

uxore coniugio virginali ⁊ legitimo ipsius Joseph. Dupliciter ergo christus dicitur filius legalis ipsius Joseph. Primo q; in lege fuit p̄ judā ⁊ thamar ⁊ phares prefiguratuz: in novo testamēto a timplerū illud mysteriū. Secundo q; christus ex legitimo cōiugio ⁊ spōsa ⁊ coniuge ipsi? Joseph absq; iniuria cōiugali fuit conceptus ⁊ natus. Et ideo ad hunc intellectū Matthens scribēdo christi genealogiam dicit ⁊ concludit in fine totius cathalogi q̄ Mariam genuit Joseph virum Marie de qua natus est Jesus qui vocatur xp̄s. vnde non dicit q̄ Joseph genuit christum. Ad denotandū q̄ christus nō est filꝰ naturalis nec carnalis ipius Joseph: sed dicit q̄ Joseph erat vir ⁊ coniunx marie de qua natus est Jesus christus. Ad denotādū q̄ licet Christus non esset filius carnalis nec naturalis: tamen fuit filius secundū legem ⁊ filius legalis ipsius. Joseph: postq̄ erat natus ex unitate coniuge sua: salua fide coniugali absq; oi nota adulterij ⁊ peccati. Et hec voluit cōfirmare postea Matthens cū subdit generatio xp̄i sic erat: vt sequitur. Nā cum esset desponsata Maria mater xp̄i Joseph: inuenta est in vtero habens germē ex spiritu scō: ⁊ nō ex Joseph nec ex scorto nec adulterio: sz ex spūscō: eo modo quo supradictum est. Et ideo quando Joseph volebat ipsam traducere dicit ipsi angelus. Joseph fili david noli timere accipere mariam coniugem tuam: q; quod in ea natū est ex spiritu sancto est. quasi dicat. Ipsa est vere coniunx tua nō a te per adulteriū dimissa: q; non humano opere concepit: sed ope spūssancti. Ideo cōiugium tuū nullo modo lesum est: imo magis cōfirmatū: q; per legem ⁊ prophetas prenunciatus ⁊ p̄ spiritū sanctum in te confirmatū. Item ad hunc intellectum virgo maria dicit christo: ergo ⁊ pater unus sz legalis: dolentes querebamus te. Item ad eūdem intellectū Lucas frequenter appellat Joseph parentē ⁊ patrem christi sz fm legē: eo mō quo dictū est. Et sic patet qualiter christus est filius naturalis dei patris. Et filꝰ naturalis ⁊ carnalis virginis marie: ⁊ filius David ⁊ Abrae fm carnē ⁊ nō fm naturam. Et filꝰ Joseph legalis sine fm legē. Hanc aūt positionē ego aliquādo predicaui in vestra sede Valētina in cōspectu dominoꝝ canonicoꝝ ⁊ totius populi in festo beatissimi Joseph spōsi virginis. Sed q; putabā me solū in opinione: ideo dubitaui ipsam in ꝓloribus meis scriptis reliquere. Sed quia postea nomiter vidi sermonez: quem venerabilis ac famosissimus Johānes Gerson cancellarius Parisiēsis habuit ⁊ fecit in concilio Constātiensi cora toto senatu ecclesiastico: in quo ponit istam positionē quasi ad litterā: quiquidem sermo fuit pergratus ⁊ acceptus toti faciei ecclesie ibidem congregate: ꝓpter quod iaz publice celebratur officium beati Joseph in pluribus ecclesijs gallicanis: ⁊ specialiter solemnizatur in ecclesia nostra Valētina hispanie. Vic est q̄ ego nō erubui scribere hanc positionem in hoc loco: vbi mihi videtur necessarium iuxta materiam et propositum. Semper tamen cum correctione sacrosancte matris ecclesie catholice: ⁊ hoc de sexta dignitate ⁊ ꝓpriuilegio virginis Marie. ¶ Septima dignitas singularis virginis Marie: qua dignificauit ⁊ magnificauit eam christus fm: quia singulariter fuit illustrata ⁊ inspirata per obumbratio nem spiritussancti: vnde adepta est spiritū prophetricum ⁊ euangelicū super oēs prophetas et euangelistas: vnde quia dictum est per Augustinū q̄ spiritussanctus in illa obumbratione non solum obūbrauit ventrez marie: sed etiam mentem. nam obumbrando ventrem formauit corpus christi in vno instanti ex puris sanguinibus virginis. Et sic preseruauit eam a feditate libidinis ⁊ a corruptione mentis ⁊ corporis conservādo virginitatē ⁊ faciendo ipsam simul virginem ⁊ fecundā: ⁊ preseruauit in ea fidem coniugalē. Et preseruauit germen non solum a nota adulterina: sed etiam ab omni nota peccati ipsius adam: immo fecit illud germen sanctū plenitudine oīs sanctitatis ⁊ gratie: prout dictum est. ita ergo pariter spiritussanctus obumbrando mentem virginis Marie: illustrauit eam lumine propheticō super oēs prophetas: ⁊ lumine euangelico super oēs euangelistas: et sic fecit eam simul prophetam et euangelistā. ¶ Ad cuius intellectū est notandū q̄ obumbrare idem est quod per vmbram aliquid circundare et comprehendere. Et ideo aliter obumbrat corpus opacum: ⁊ aliter corpus luminosum. Nam corpus opacum prohibet lumen ⁊ calorem ne transeat: et sic qui vult proregi ab ardore ⁊ lumine solis ponitur sub vmbra domus aut alicui? tecti. Et sic etiaz si luna interponitur inter solez ⁊ terram: tunc per suam vmbrā causat eclypsim ⁊ defectū luminis solis in terra. Et etiam terra interposita diametraliter inter solem ⁊ lunā causat eclypsim in luna per suam vmbrā: eo q̄ est corpus opacū. Et ideo prohibet radios solares ne perueniant ad illuminandam lunam. Sed oppositū facit vmbra corporis luminosi: scilz solis: quia sicut vmbra corporis mil aliud est nisi lumē illius corporis luminosi: ita penetrat omne diaphanū ⁊ pellit omnē tenebram et illuminando ipsum diaphanū simul illuminat et calefacit ex sui natura. Sic ergo ad propositum: quia vmbra spiritussancti nil aliud est nisi lumen eius ⁊ gratia: ideo quocunq; intrat pellit omnez tenebram ignorātie ⁊ frigiditatē peccati inducendo lumen veritatis ⁊ calorez gratie. Nam sicut se habet sol per suum lumen corruptibile ad omne diaphanū corruptibile: ita spiritussanct? ad omne diaphanū spirituale sicut est angelus vel anima hominis. Et ideo sicut sol penetrando omne diaphanum pellit omnē tenebrā: ⁊ illuminat illud et calefacit. Ita spiritussanctus obūbrando animaz per suum lumen penetrat eam: ⁊ illuminat pellendo omnē ignorantiā. Et gratificat eam pellendo omne peccatū: si insit: ideo dicitur Sap. vij. q̄ iste spiritus oia penetrat: ⁊ omnia lustrat: et in alias sanctoꝝ se transfert: ⁊ eos dei amicos et prophetas facit. Et sic ptz qualiter obūbratio spiritussancti nil aliud est nisi illustratio ⁊ penetratio et illuminatio ⁊ purgatio ab oi tenebra ignorātie: aut a sorde ⁊ labe pcti. Et ideo q̄ spiritussanctus superuenit in mariā: ⁊ obūbrauit eam sua virtute et

Maria prophetissa et euangelista.

Quid sit obūbrare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lumine non est dicendū q̄ purgauerit eam ab aliqua labe peccati: q̄ iam in sua aiatione ⁊ creatione venerat ad eam: ⁊ sanctificauerat eam preseruando per gratiā ab omni pctō: ⁊ cōfirmando in oi bono. Et ideo q̄ superuenit. i. iterū venit in eā et obūbrauit eam: nō purgauit eam ab aliqua culpa: q̄ nulla erat: sed purgauit intellectū ⁊ mentē eius ab omni ignorātia ipsaz rapiēdo vsq̄ ad tertium celum prediēdo ipsi veram intelligentiā totius sacre scripture: ⁊ patefaciēdo ipsi diuina archana ⁊ mysteria celestia: que nō licet homini loqui. ¶ Ad hunc ergo intellectū sunt intelligenda verba Johānis Damasceni: que recitat magister tertio sententiarū distinctione. iij. dicens q̄ spiritussanctus venit in virginē purgās ipsam ⁊c. Vñ non est intelligendū q̄ purgauerit eam ab aliqua labe peccati: sicut dictū est ⁊ oēs doctores tenent: sed q̄ spūssanctus in illa obūbratione illustrauit mentē eius ⁊ purgauit ab omni nube ignorantie: quam h̄ abebat de modo mysteriū incarnatiōis et de secretis sacre scripture: prout ipsa se fatebatur ignorare: cum dixit: quō fiet istud ⁊c. et sic illa purgatio nil aliud fuit: nisi q̄ reddidit ipsi intellectū et mentē purgatā ⁊ liberā ab omni nube ignorantie mysteriorū sacre scripture. Rapiendo eam a sensibilibus vsq̄ ad archana celestia. Vñ ſm Aristo. ⁊ cōmentatorē ⁊ Auicēnā ⁊ oēs philosophos intellectus purgat? dicitur intellectus adeptus: ⁊ est ille qui pulsa omni nube ignorātie adeptus est habitualiter scientiā oīm intelligibiliū vsq̄ ad intellectionē substantiarū separatarū inclusiue. Secundum vero theologos talis intellect? purgatus dicitur intellect? heroicus: eo q̄ excedens ista naturalia pueniat vsq̄ ad ea q̄ sunt supra facultatē nature ⁊ sui. Et sic dicit intellect? desuper illustratus supra suū lumē naturale. Et sic purgare idem est qđ desuper illuminare ⁊ illustrare. Et isto modo dicit Dionysius q̄ angeli superiores purgant et illuminant inferiores. Et isto modo dicit Damascenus q̄ spiritussanctus superuenit in mariaz et purgauit eam sc̄z ab omni nube ignorātie rapiendo ipsaz vsq̄ ad celestia mysteria ⁊ faciēdo ipsam prophetam ⁊ euangelistā: vt patebit. ¶ Ad cuius maiorem euidentiā est aduertendū ſm Augu. cōtra faustum ⁊ contra aduersariū legis ⁊ prophetarum: ⁊ vt dictum est in .ꝓlogo psal. tracta. iij. et regula. vij. q̄ idem spiritussanctus ⁊ idem deus locutus est in vtroz testamento. Sed fuit ista differentia: nam in veteri testamento deus locutus est per ora prophetarū: infundendo eis spiritū prophēticum: sed in nouo testamēto locut? est nobis per filium incarnatū. Sed post suam ascensionez locutus est nobis per apostolos infundēdo eis lumen euangelicū. Et sic deus semper locut? est nobis per hoiem. Nam verbum eternū per hominē ipsi personoliter assumptū locutus est mundo. Et sic ipsemet r̄s̄ qui illustrauit ap̄los spiritu euangelico: illustrauerat ante prophetas spiritu prophetico. Et sic patet qualiter tam apostoli q̄ euāgeliste: nō sunt locuti nisi spiritu sancto obūbrati et illustrati: sicut ait Petr? in canonica. Sed dictū est in illo .ꝓlogo: qualiter talis illustratio tam prophetica q̄ apostolica nō potuit fieri nisi per mentis excessum ⁊ aliquem raptū a sensibus: q̄ mens membris obruta cecis nequit oppressi luminis igne rey tenues noscere nex? : sicut dicit Boe. libro. v. de cōsolatione carmine. iiij. ergo oportet q̄ mēs rapiatur a sensib? Et sic tā pphete q̄ apostoli fuerunt rapti a sensib? per obūbrationē spiritussancti. Sed fuit magna differentia in tali obūbratione ⁊ raptu ratione termini: nā spiritus propheticus solū rapiebat pphetas a sensib? vsq̄ ad cognitionē enigmaticā futuroz mysteriorz de r̄po ⁊ ecclesia prout representabant eis aliquo obiecto creato per enigmaticā ⁊ imaginariā visionē sicut ibi dictum est. Sed spiritus euāgelicus rapuit apostolos in die penthecostes vsq̄ ad tertiū celū ⁊ diuinā essentiā vbi p modū transeuntis viderūt archana celestia que nō licet homini loq̄. Et ibi legerunt in illo sacro libro oīa que postea predicarūt in mundoz: si Johannes nō legisset in illo sacro libro: nūq̄ explicasset mysteriū trinitatis dicēs: in pricipio erat verbū ⁊c. Et sic postea Paul? vas electionis ad portandū nomen r̄pi coram gentibus ⁊ filijs israel: fuit raptus vsq̄ ad idem tertium celum ſm exigētiam sue legationis: sicut Paulus iam fuit dictum in expositione Psalterij. ¶ Ex quibus patet sicut etiam ibi fuit dictum q̄ Maria non fuit expers a tali raptu in die penthecostes simul cum apostolis: immo ante in conceptione filij dei per illam obumbrationez spiritussancti: que ipsis reddidit intellectum purgatum: vt dictum est: fuit rapta vsq̄ ad tertiuz celum diuine essentie vbi perfectius q̄ paulus ⁊ ceteri apostoli vidit archana dei: que nō licet homini loqui. Et perfectius vidit mysterium incarnationis ⁊ totā intelligētiā scripture vtriusq̄ testamenti. Et ibi nō solum accepit spiritum euangelicum de p̄sentibus ⁊ preteritis. Sed etiā de reb? futuris ⁊ de modo future ꝓpinque redemptionis de propinquo per r̄pm exercende: ⁊ de omnibus futuris contingentibus in ecclesia vsq̄ ad diē iudicij. multo perfectius ⁊ clarius q̄ Johannes euangelista i Apocalypsi: ⁊ sic virgo Maria facta fuit tūc simul prophet̄a ⁊ euangelista super oēs alios. vnde iste raptus virginis Marie multipliciter fuit perfectior q̄ raptus apostoloz. Nam paulus fuit tantū semel raptus in sua conuersione: ⁊ apostoli semel rapti in die penthecostes. Sed virgo maria vltra raptum factum per obumbrationem spiritussancti in sua annūciatiōe: fuit rapta i die pēthecostes cū ceteris apostolis: ⁊ vltra hoc cōtēplando dominū incarnatuz quē in vtero gerebat sepe rapiebat ad archana celestia: ⁊ multa reuelauit ipsi filius tam in somno q̄ in vigilia: ⁊ multa reuelabat ipsi filj? post natiuitatē familiari locutione: que postea ipsa docuit apostolos ⁊ euāgelistas. Nā ipsa docuit beatū lucā totum mysteriuz incarnatiōis: put cōiter tenetur q̄ sola ipsa nouerat illud mysteriū experiētia ⁊ doctrina angelica ⁊ visione supnaturali i multiplici raptu. ⁊ sic fuit

Nota.

Nota de raptu.

Spiritussanctus locutus est ⁊c.

facta vera ꝓpheta ⁊ euāgelista sup oēs ꝓphetas et euāgelistas: quia nullus ꝓpheta cōsecutus est talem modū euāgelizādi. Nam virgo maria non solum loquebatur ⁊ ꝓphetabat ⁊ euangelizabat p spiritum infusum. Sed etiā r̄pas deus incarnat? existens in vtero loquebak per os ⁊ vocē ei?. Naz r̄pas per vocē eius imisit spūs sanctificationis in Johānem baptistā ⁊ spūs ꝓpheticū in Elisabeth sicut dictū est. Et sic etiā in isto cantico r̄pas de? incarnatus locutus fuit p os ⁊ vocē virginis marie faciēdo ipsam simul ꝓphetā ⁊ euāgelistam. Et iō virgo maria in isto cantico partim fuit euāgelista: in q̄tu annūciauit ⁊ euāgelizauit qualiter israel tam receperat puerū suū: quia tam deus erat incarnatus in vtero q̄ ante fuerat ꝓmissus in lege ⁊ ꝓphetis: ⁊ euāgelizauit etiā magna que ipsi fecerat deus potens ⁊ sanctus. Sz cū hoc ꝓphetauit p̄ propinquam redēptionē per r̄pm faciēdam: ⁊ ptēdit ruinam ⁊ obstinationē ppli iudaici p̄ter sua infidelitatē: ⁊ exaltationē: ⁊ societatē populi gentilis ꝓpter suā humilitatez ⁊ fidē: vt patebit p totum discursum ⁊ expositionem huius cantici. ¶ Et sup dictis ergo p̄z septima dignitas qua dignificauit ⁊ magnificauit eā filius eius. Et qualr singulariter per spiritū scr̄m obūbrauit ipsi nō solū vtrem: faciendo ipsam matrē dei ablq̄ oī labe ⁊ coruptione mentis ⁊ corporis cōseruando virginitatē. Sed etiā obūbrauit ipsi mētez rapiēdo vsq̄ ad tertiū celū: ⁊ faciendo ipsam ꝓphetam ⁊ euāgelistā sup oēs alios: eo modo quo dictū est. Et ideo est dicēdū: q̄ ista est illa mulier quā vidit Johannes amicta sole: ⁊ lunā sub pedibus eius. Apo. xij. Nā per hoc q̄ erat amicta sole denotat̄ q̄ nulla fuit in ea nubes ignorātie nec culpe. Sz p̄ hoc q̄ luna erat sub pedib? ei?: denotat̄ q̄ tuit illuminata ⁊ obūbrata lumine spūsci sup oēs ꝓphetas ⁊ euāgelistas: ap̄los i tota eccl̄ia ⁊ q̄ fuit rapta sup: a lunā hui? ecclie vsq̄ ad solez diuine essentie. Et iō nullū potuit pati defectuz: sicut sol nō pōt pati defectū respectu sui. ¶ Octana dignitas singularis: qua r̄pas dignificauit virginez matrē suā fuit: q̄: p̄e cunctis ceteris fuit eius singularis ⁊ familiarior ministra et cubicularia ⁊ secretaria: vnde manifestū est q̄ in domo regia ille p̄e ceteris magis habek dign? honorē q̄ familiarius ministrat ⁊ seruit regi ⁊ diutius cū eo manet ⁊ cōuersat: sicut est camerari? ⁊ cubicularj? ⁊ secretarius. Qz isthe rex maiora signa amoris ostendit: q̄: eis credit ⁊ sua secreta ⁊ archana cōmēdat. Et ita dicit ap̄lis Joh. xv. Jā nō dicā vos seruos sed amicos: q̄ q̄cq̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Jtē de mysterio dicit Joh. xij. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eū pater meꝰ ⁊c. ¶ Et qnḃ? p̄z q̄ illi fuerūt magis amici r̄pi: qui magis cū eo ⁊ familiari? cōuersarūt ⁊ quib? plura secreta cōmendauit. Et illi fuerunt digniores ⁊ magis honorati ministri q̄ familiarius ⁊ diutius Christo ministrarūt: sz virgo maria p̄ ceteris diutius ⁊ familiari? ⁊ laboriosi? r̄po ministrauit ⁊ seruiuit: ⁊ cū eo cōuersata ē: ergo sequit̄ q̄ p̄ ceteris fuit digna laude ⁊ honore: ⁊ fuit a r̄po honorata. Maior est nota p ea q̄ dicta sunt. Sz minor ꝓba

Maria regis familiarissima secretaria

mr p singula. Nā virgo maria diuti? deo ministrauit. Nā sicut i ea citius fuit accelerat? vsus liberi arbitrij q̄ in ceteris. Jdeo citi? incepit deo seruire ⁊ ministrare: q̄ iā in tertio anno fuit i tēplo ad seruitiū ⁊ ministeriū tēpli dedicata: vbi deo cū ceteris virginibus seruiebat ⁊ oratioui ⁊ cōtēplationi ⁊ ieiunio vacabat vsq̄ ad suā despōsationem: put supra dictū est i tertia dignitate ei?. Hoc idē faciebat tēpore sue despōsationis simul cū spōso suo ioseph. Sz iā familiari? ministrauit r̄po post incarnationē: q̄ sola ipsa ipsi carnem ex suis sanguinib? ministrauit ⁊ cōmunicauit. Et p nouē mēses in vtero aluit ⁊ nutriuit. Item post natiuitatē sola ipsa ex suo sacro lacte lactauit. Jtē sola ipsa ipsum lauabat ⁊ vestiebat ⁊ eruebat ⁊ pānis inuoluebat ⁊ in cunas reponebat: ⁊ oia ei? pro ne secreta nouerat. Et hoc in ei? infantia. Sed i ei? puericia ex pane ⁊ ceteris bonis proprio labore adeptis ipsum alebat ⁊ ipsi de necessarijs puidebat. Jtē semp in omnibus mysterijs eius comes fuit. Nā sicut nō defuit in partu cū ipsum peperit. Jta nō defuit in ei? circūcisione ⁊ in magoz adoratione nec in repte sentatione ad tēplum: nec defuit in eius pfectionib?. s. q̄n fugit in egyptū: ⁊ q̄n reuersus est i iudeā: nec in nazareth: nec q̄n p̄ singulos annos ascēdebat in hierusalē tēpore festiuitatis vt p̄z Luce. ij. Nec defuit quādo fuit inuitatus ad nuptias. Jo. ij. Nec defuit in itinere p̄dicationis: vt p̄z Lu. vij. Nec defuit in ei? morte ⁊ passione: q̄ cū ceteri fugissent sola ipsa cū Johāne ⁊ ceteris mulieribus erat iuxta crucē: vt p̄z Joh. xix. ⁊ i ceteris euāgelistis, nec defuit dū fuit depositus de cruce: ⁊ positus in sepulchro. Sed nō legit̄ q̄ virgo maria amplius fuerit reuersa ad sepulchrum: sicut maria Magdalena ⁊ cetere marie ⁊ Johānes ⁊ Petr?. Eo q̄ virgo maria ablq̄ quouis dubio aut hesitatione erat certissima de resurrectione r̄pi. Et iō non fuit necesse ipsam ire ampli? ad sepulchrum: q̄ prius apparuit ipsi r̄pas post resurrectionem q̄ Magdalene nec alicui alteri vt cōmuniter tenet̄. Et rō est: nā sicut p̄ ceteris in r̄pi passione fuit doloribus afflicta: ⁊ p̄e ceteris in fide resurrectionis fuerat firma. Jdeo p̄ri? meruit videre filium suuz in gloria resurrectionis. Et iō r̄pas nō annūciauit matri sue gloriam resurrectionis per angelos sicut Magdalene: sed per seipm in persona eā letificauit: iuxta illud psal. xxxix. Ad vesperam demorabitur fletus: ⁊ ad matutinū letitia. Item psal. xciij. Secūm multitudinem dolorum meoz cōsolationes tue letificauerūt animā meā. ⁊ sic patet octaua dignitas virginis: quia sicut p̄e ceteris familiarius ⁊ diutius ⁊ laboriosius r̄po ministrauit ⁊ secretius fuit cuz eo cōseruata. Jta p̄e ceteris ipsaz dignificauit ⁊ magnificauit ⁊ honorauit ⁊ letificauit. ¶ Nona dignitas ei? ⁊ p̄a

Christi? p̄ri? ap paruit Marie post resurrectionē

Maria fuit martyr.

uilegium fuit singulare martyrium super omnes alios martyres: quia absq̄ lanatiōe sui corporis atrocius passa est in anima passione r̄pi: q̄ aliq̄ aliorū martyrum passus vnq̄ fuit in carne. ¶ Ad cuius intellectum est notandum q̄ martyr grece vno modo idem est quod testis latine: et sic martyrium idem est quod testimonium. Et sic omnes mar

Universidad de Deusto
Biblioteca

tyres dicunt testes fidei christi: quia vt testarentur & confiterentur fidē christi passi sunt dira tormenta: per que tormēta inuiolabili testimonio cōfitebantur fidem christi. Et sic patiebātur ꝓpter christum & eius fidem. Alio autem modo martyr dicitur a marte deo bellorum & prelior: & sic martyr: idem est quod preliator: & certator: & pugnator & victor: & sic martyrium nil aliud est nisi prelium & certamen et pugna & victoria. Et sic apostoli & ceteri veri dicuntur christi martyres: eo quia ꝓ xpo pugnarunt & certarunt contra sevitiam principū & contra omnes infideles. Et in corpore suo dira vulnera pertulerunt. Sed finaliter effuso sanguine coronam victorie & triumphi obtinuerunt. Et sic totum populum gentilem & imperatores iugo xpi subiecerūt: & ideo vere dicunt martyres: id'est pugnatores & victores: & ideo dicit August. ꝙ nō omnes qui patiuntur tormēta sunt martyres: sed soli passi ꝓpter xpm: quia tormentum solum nō facit martyrem: sed causa: & sic dicit Augu. ꝙ non solum sunt vere martyres: qui passi sunt vulnera & laniati sunt in carne ꝓpter xpm. Sed etiā illi qui passi sunt persecutiones & dolores & tormenta in anima & corde ꝓpter xpm: & sic ꝓpter ista tria virgo maria dicitur vere martyr: & maior martyr ꝙ aliquis aliorum: q; maiores persecutiones et labores in persona et maiores dolores in corde: & maiora tormēta passa fuit in anima & cū firmiori fide ꝓ xpo: ꝙ aliquis apostolorum aut aliorū martyrū in corpore: & hoc ꝓbat per singula.

¶ Unde primo difficultas & magnitudo persecutionis cōstitit in magnitudine laboris & timoris & tristicie. Sed virgo maria i sua ꝓsecutione passa est immēsos labores & tristicias & timores: ꝓpter xpm ꝙ aliquis sanctus: ergo atrocioꝛem & maiorē persecutionē ꝙ ceteri passa est. Maior patet. minor ꝓbatur. Nā nō est comparādus aliquis labor: labori virginis Marie: quādo ex timore Herodis ne interficeret christum fugit in egyptū cū puero. Nam sicut christus fuit delicatissimus i cōplexione. Et per consequens sensus tactus in eo fuit nobilior. Et ideo minor labor erat maximus et causabat maiorē molestiaz in eo. Ita virgo maria cuz esset ꝓe ceteris mulieribus delicatissima: ideo maiorem laborem & molestiam passa fuit in illa fuga in itinere fugiendo in egyptum & redeūdo in iudeam: & postea fugiendo in nazareth ꝓpter archilaū: qui regnabat ꝓ patre ꝙ in iudea vnꝙ aliquis alius pertulerit: quia parvus motus erat ipsi maximus labor & molestia. Item i illa fuga maiorem tristiciam & timorē passa est: ne Herodes interficeret puerum maxime quando vidit eum tāta sevitia interfecisse tot infantes innocētes ꝓ filio suo ꝙ vnꝙ aliquis passus fuerit. Et sic etiā passa est multas ꝓsecutiones post passionem christi simul cū apostolis: vt patet per totū discursum actuum apostolorum: quia non minus ipa patiebatur ꝙ apostoli. Itez secundo non solū passa est imensas persecutiōes et labores ꝓpter christum. Sed etiā immensos dolores in corde: quod est secundum genus martyrij. Nam nunꝙ aliqs passus est tantum dolorem ꝓ aliqua re amissa: quantum passa est virgo maria: quando amisit filium suum in hierusalem querens ipsum per totū triduum: cuius ratio est. Nam sm Augustinum ꝓ lem de civitate ca ꝑ. x. Quanto quis magis diligit to res maiorem leticiam causat in corde in eius possessione: tanto maiorem dolorem causat in corde in eius amissione: cum ergo constet ꝙ virgo maria magis dilexit christum ꝙ aliqua alia mulier filium aut patrem aut matrem aut fratrem suum nec aliam rem mundi: ergo sequitur ꝙ virgo maria magis perdolut & maiorem & intensiorem dolorem in corde passa est per totum illud triduum non reperiens filium suum amissum: ꝙ vnꝙ alia mulier passa fuerit in amissione filij sui: nec alicuius alterius rei perdite et amisse: quicquidem dolor semper fuit cum grandi timore: ne Archelaus et ceteri successores Herodis occiderent filium suum: & sic etiam virgo maria in qualibet absentia christi semper fuit cum simili cordis dolore: per quod patet secundū genus martyrij eius.

Tertium genus martyrij virginis marie fuit: q; passa fuit atrocioꝛa tormenta realiter in anima ꝙ vnꝙ alter martyr passus fuit in carne ꝓpter christum ꝓpter quod virgo maria non fuit metaphorice: sed realiter martyr. ¶ Ad cuius intellectum est valde aduertendum ꝙ martyrium siue tormentum est tantum materialiter in corpore: sed formaliter in anima. Ideo magis & perfectius est in anima ꝙ in corpore: unde dolor secundum Auicēnam nil aliud est nisi quedam passio causata in anima et corpore & carne quam informat & cui personaliter iungitur ratione cuius connectionis et unitatis omnis disconvenientia carnis causat dolorem in anima: et quandam tristiciam: quādoq; intolerabilem secundum maiorem disproportionem et disconvenientiam factam in carne: et secundum excessum disconvenētie partium carnis: quicquidem excessus disconvenientie causatur in carne ꝓpter nimiam dilationem: sicut accidit in torturatis: aut ꝓpter nimiā macerationem: sicut accidit in percussis et flagellatis: aut ꝓpter divisionem partium carnis: sicut accidit in vulneratis: aut per fractionez ossiū: aut delocationem eorum: aut per contractionem nervorum: sicut accidit in psalmo: aut disconvenientiam humorum sicut accidit in febricitantibus &c. Unde sicut convenientia partium corporis causat quietam in anima: ita disconvenientia causat dolorem in eadem anima. Et hoc causatur ꝓpter amorem naturalem anime ad corpus quod informat: et quod est instrumentum medium suarum operationum. Sed quia anima magis est vbi amat ꝙ vbi format: vt inquit Augustinus: eo ꝙ amor transformat amantem et amatum: et in eo extasim facit: vt inquit Dionysius. Dinc est ꝙ potest aliquis tantum amare alterū: ꝙ oblitus sui magis erit in altero ꝙ in seipso secundū extimationē: et sic magis dolebit in passione et tormento alterius ꝙ in suo: quia magis percipit aliuꝝ ꝙ seipsum ꝓ illo tempore. Et sic patitur in amato magis ꝙ in seipso. Et per consequens maior erit in eo compassio amati ꝙ passio ipsius. Sicut christus in medio flagellorum & in cruce magis compatiebatur generi humano ꝙ sibiipsi. Et sic in eo maior erat compassio ꝙ passio: & hoc accidebat ꝓpter nimiā charitatem qua nos diligebat. ꝑ. dictū fuit psal. xvi. Cū ergo firmus certi ꝙ ego maria diligebat filiū suū sup oia & per cōsequēs magis ꝙ seipsam: q; in charitate christi excedit oēs alias creaturas: & ideo virgo maria instanti erat amore & charitate trāsformata in xpm filiū suum: ꝙ quiz per extasim & excessum magis erat in xpo ꝙ in seipsa: quo ad operationes animales: q; sensus totaliter absorptus sequebatur voluntatem rationalē & sic oblita sui ipsi? dolebat in amato: imo magis dolebat realiter in veritatibus & flagellis & vulneribus xpi: in ania sua ꝙ si ipa passa fuisset illa vulnera & flagella in carne sua: q; illa passio xpi amari magis penetrabat animā virginis ꝙ tormenta Laurēcij & Vincentij penetraverint alias eoz ꝓpter rationes iam dictas. Et ideo dixit Simeon virgini marie. Tuam ipsi? animā pertransibit gladius. i. gladius & dolor passionis ipsius filij mi pertrāsibit & penetrabit & torquebit animam tuam. Et sic patet qualiter virgo maria fuit passa realiter martyriū in xpo quo ad animā vbi realiter & formaliter est dolor. Et p cōsequens in tantuz virgo maria fuit magis & altior martyr ꝓ xpo quātū vehementi? & atrocius fuit passa in ania ꝙ Laurenti? & ceteri martyres in carne: quiquidē dolor aie virginis etiā redundabat in carnem q; spiritus tristis deficcat ossa. ꝓverbi. ¶ Et quibus patet ꝙ magis debetur aureola martyrij virgini marie ꝙ alicui alioꝛ martyruz. Et hec est causa quare xpc non permisit vt virgo maria per martyriū transiret ad aliā vitā sicut ceteri apostoli: eo ꝙ iam passa fuerat martyriū cuz eo in passione sua: vt infra patebit. Nam cuz ceteri apostoli relicto eo oēs fugissent in hora passionis tū sola virgo nū ꝙ ipm dereliquit tāꝙ comes & particeps eius passionis. Sed quia Johannes euāgelista monitu & exhortatione virginis marie reversus est ad xpm cū societate virginis marie & aliarum mulierū. Ideo xpc nō permisit vt Johānes euangelista & Magdalene & cetere mulieres descenderent ab hoc seculo cū martyrio: eo ꝙ oēs fuerunt passi cū xpo iuxta crucem & sepulchrum. Sed quia passio eoꝛ fuit meritoria tū non fuit comparanda passioni virginis marie. Ideo xpc nō permisit corpus Marie in sepulchro incinerari: sed tertia die ipsam ad gloriaz suscitavit: vt infra patebit. Et per hoc patet nona dignitas virginis marie: qua ipsam xpc dignificavit & magnificavit. ¶ Decima dignitas singularis vginis fuit q; Christus nō permisit corpus eius in sepulchro incinerari: sed tertia die ad instar sui in corpus gloriosum ipsam resuscitavit: & secum in gloria celesti collocavit. Et hoc fecit multiplici ex causa: quarū prima fuit mera dei voluntas: eo ꝙ ad hāc dignitatem & ceteras alias eam ab eterno predestinaverat. Et q; ante legē datam de incineratione & resolutione omniū aliorum: primo ex speciali privilegio eam tali sentētia exemerat: quando dixit serpenti ipsa cōteret caput tuum: nam ipsa maria instantuz contrivit caput serpentis: ꝙ sicut nō potuit mordere ipsaz morsu culpe originalis: nec morsu concupiscentie: nec morsu eruminarum et corruptionis mentis nec carnis: ita nō potuit mordere ipsam morsu doloris in morte nec icine rationis in carne: quia illa sacratissima anima sine dolore: immo cum summo gaudio ad tempus separata fuit a corpore cum desiderio videndi gloriam: & cum certa spe recuperandi corpus gloriosum in brevi. ꝓut ipsi fuerat a filio suo promissus. Ideo illa mors nō fuit dolorosa nec tristis. Sed leta & felix & gloriosa. Secundo hoc fuit factum in premium singulare & speciale. Nam post ꝙ ego maria inter ceteros homines mundi fuerat ministra Christi: secreta cubicularia & cameraria: et ꝓe ceteris cum labore servierat: & ꝓe ceteris fuerat passa supradicta tria genera martyrij ꝓpter Christum: scilicet martyrium persecutionis & doloꝛ & tormentoꝛ. Eo modo dictum est simul cum Christo in illa passione: ergo ratio fuit ne iteruz torqueretur in morte: & sine dolore & tristicia discederet: & tertia die ad instar filij sui in corpꝰ gloriosuz resurgeret. Ut sicut fuerat socia passionis ita esset socia resurrectionis & glorie xpi. Alia autem causa fuit inquātum Christus tanꝙ filius debuit honorificare matrem suam inquantum fuerat sibi decens et possibile: & inquātum erat eadez caro matris & filij. Et sic possunt assignari oēs ille decez cause: quas assignat Augustinus in libello de assumptione virginis quibus ꝓbat virginem Mariam non fuisse in sepulchro incineram: sed in brevi sicut filius in corpus gloriosum fuisse suscitatam per filium: et in supremo celo cū filio collocatam. Et per hoc breviter patet decima dignitas: qua per filium virgo Maria fuit magnificata. Maria sup choros angeloꝛuz exaltat. ¶ Undecima dignitas virginis Marie fuit quia super omnes choros et hierarchias angelorum et omnium beatorū meruit exaltari et collocari immediate post Jesum christum filium suum: ꝓut canit ecclesia et predicant omnes sancti doctores. Et hoc multiplici ratione: quarum prima est: quia eodem ordine fuit in celo collocata immediate post filium: quo ab eterno fuit predestinata. Et ideo sicut deus ab eterno ꝓscripsit eam in libro predestinationis immediate in secundo gradu post Jesum christum hominem. Et predestinavit eam ad gratiaz vt esset sanctioꝛ vniuersis creaturis post Jesum christum. & vt esset mater dei: & superaret omnes creaturas in sanctitate & dignitate in hac vita. Ita collocavit eam in patria super omnes creaturas immediate post dominum nostrū Jesum christum salvatorem nostrum: quia ordo glorificationis sequitur ordinem & gradum predestinationis: eo ꝙ predestinatio respicit glorificationez tanꝙ finem ultimarum cuiuscūq; creature rationalis.

Maria in alta & corp: & in celo.

Nota.

¶ Ad cuius intellectum est notandum ꝙ quando dicitur ꝙ predestinatio est ab eterno ad gratiam ꝓparationem est intelligendum ꝙ gratia sit finis predestinationis: sed dispositio ad finem nec predestinatio respicit gratiam tanꝙ finem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ultimatū: sed tanq̄ dispositionē ad finem ultimū qui est glorificatio ⁊ beatificatio. Vnz fm apostolum ad Ro.ix. quos deus ab eterno predestinauit hos ⁊ filiꝰ per gratiā vocauit: et tēpore supple. Et quos vocauit hos idē filius iustificauit: ⁊ quos iustificauit hos ⁊ magnificauit supple per gloriā in celo. ¶ Et ꝓbus ptz q̄ licet glorificatio sit finis ultimatus in executiōe: tñ est a deo primarie intētus fm eternū propositū sue volūtatis ad Ephe.i. Et ideo p̄destinatio nil aliud est nisi p̄paratio gratie fm eternū propositū per quā quis possit consequi futurā felicitatē in celo fm gradū grē ⁊ charitatis sibi collate in via: q: eiusdē est intendere finem ⁊ preparare ea q̄ sunt ⁊ disponunt ad finē. Et ideo sicut xp̄s sublimauerat virginē matrez suam in supremo gradu oīm gratiarū et meritorū ⁊ dignitatū in hac via fm q̄ deus pater ab eterno ea p̄destinauerat. Ita collocauit ⁊ sublimauit eam in supremo gradu xp̄s immediate post seipsum in gloria celesti. Itez sicut dei est p̄parare gratiā ab eterno: ⁊ ex tpe per xp̄m eam cōferre. Ita hois est per talem gratiā operari ⁊ mereri in hac vita: vitam eternā in futurū. Sed q: virgo maria a principio sui meruit vitā eternā per quādā excellētiā in oi statu ⁊ etate super oēs gradus ⁊ etates ⁊ sup oēs cuiuscūq̄ status ⁊ etatis et gradus i hac vita: ergo per quandā excellentiā fuit collocata in gloria celesti: in supremo gradu post xp̄m super oēs alios status ⁊ ordines ⁊ hierarchias oīm aliarum creaturarū. Et hoc ptz discurrēdo per oēs etates et statꝰ virginis marie: q: in quolibet statu meruit super oēs creaturas. Vñ dictū est in scōa dignitate virginis Marie: q̄ ipsa fuit sanctificata in p:imo instāti sui esse per supremā gratiaz habitualē in supremo gradu post xp̄m: ergo sequit̄ q̄ in eodem instanti iam meruit supremū gradum glorie post xp̄m super oēs sctificatos: ⁊ hoc ex solis meritis passionis xp̄i. Itē dictū est in secūda dignitate q̄ vsus liberi arbitrij fuit accelerat? in virgine maria in vtero matris ante natiuitatē: ⁊ post natiuitatem in sua infantia ⁊ pueritia ⁊ per cōsequēs habuit ꝓpriam operationē meritoriā post q̄ operabatur per gratiā cōfirmatā ⁊ ad ꝓpositū. ¶ Et quo ptz q̄ virgo maria iam incepit mereri vitam eternā in vtero matris sup oēs sctificatos in vtero: in ꝓbus vsus liberi arbitrij fuit accelerat?: ⁊ fic etiā per tale liberū arbitriū acceleratū meruit in sua infantia ⁊ pueritia operādo per gratiā a ꝓposito super oēs infantes ⁊ pueros: q: fm gradū gratie ⁊ charitatis est meritū operationis ꝓprie. Et fic virgo maria in sua infantia ⁊ pueritia iam excellēter meritorie operabat ⁊ merebat in sua operatiōe: vt dictū est: ⁊ sic iam meruit coronā glorie excellēter sup oēs infantes ⁊ pueros illi? etatis ⁊ status. Item dictū est in quarta dignitate qualiter virgo maria fuit singularis in sua despōsatione ⁊ coniugio: q: simul cū virginitate seruauit fidē cōiugalē super oēs coniuges: fidē virginalē sup oēs virgines. Et ideo meruit coronā virginalē super omes virgines seruādo ea q̄ virginis sunt ⁊ pertinēt ad statum virginalē. Ita etiā meruit coronā coniugalem sup oēs cōiuges seruādo fidē ⁊ statū coniugalem. Item eodē modo meruit coronā super esses concipiētes ⁊ p:egnātes: ⁊ parturiētes: ⁊ lactātes et xp̄o ministrātes ⁊ seruiētes: q: nulla mulier cū tanta diligētia ⁊ charitate nutriuit filiū suum. Et nullus ex ministris xp̄i cum tanta charitate ⁊ cum tanta familiaritate ⁊ diuturnitate: ⁊ cū tāto labore ministrauit xp̄o: sicut fecit maria: p:out dictum est. Itē meruit aureolā super oēs martyres ⁊ apostolos ⁊ doctores: quia oēs superauit in martyrio et fide ⁊ doctrina: ꝓut dictū est. Itē meruit super oēs viduas coronā post obitum ioseph ⁊ post xp̄i ascensionē viuēdo in statu viduali exemplo vite et doctrine alios dicēdo: vñ totū spaciū tp̄is ab ascēsione xp̄i vsq̄ ad obitū eius virgo maria distribuebat tp̄s in duas partes. Vnaz in vna parte tp̄is occupabatur in vita actiua. s. elemosynas largiēdo et ieiumādo ⁊ loca scā quotidie visitādo. In alia autē parte tp̄is occupabat circa vitā cōtēplatiuā in oratiōibus ⁊ meditationib? rerū diuinarū: puta contēplando mysteriū incarnatiōis ⁊ cōuersationis xp̄i in hac vita: ⁊ mysteriū nostre redēptionis: ⁊ contēplando gloriā filij sui et oīm beatorū: in quorū societate frui desiderabat. In quaquidē contēplatiōe sepe ꝓlabebat familiari cōsortio angelorū ⁊ colloquio. Et etiā sepe rapiebat in spiritu magis q̄ Magdalena vsq̄ ad tertiū celum. Et sic virgo maria in vita activa meruit sup oēs actuos: ⁊ in cōtēplativa super oēs cōtēplativos. Vltimo autē meruit in suo obitu sup oēs ab hoc seculo discedentes: q: cum maiore charitate discessit ⁊ cū maiori desiderio cupiebat dissolui: ⁊ esse cum christo. ¶ Et sic ꝓz qualiter in merito excessit oēs status hoīm ⁊ etates. Et non solū excessit in merito oēs status hoīm: sz etiā oīm angelorū. Nā licet fuit equalis angelis in puritate: tñ superauit celsitudinem oīm angelorū in charitate ⁊ diuine maternitatis dignitate vt inquit Augu. ⁊ ideo virgo maria meruit hierarchiā nō solū super oēs status hoīm: sz super oēs ordines ⁊ hierarchias angelorum in potioribꝰ bonis xp̄i filij sui: eo q̄ per quandam excellētiā meruit ⁊ adepta est coronā glorie sue per oēs status ⁊ sup oēs cōditiones hoīm ⁊ angelorū: ideo in die eius assumptiōis cantat ipsi ecclesia in lectiōe misse illud ecclesiastici. xxiiij. In oībus requiem quesiui: ⁊ in hereditate dñi morabor: ⁊c. q.d. virgo maria. Ego quesiui requiē vite eterne in oībus statib? ⁊ etatibus ⁊ in oībus cōditionibus ⁊ operatiōib? meritorijs. Sed q: in oībus illis merui coronā vite per excellentiā super oēs hoīes ⁊ angelos. Ideo morabor in eternū in hereditate dñi. i. in potioribꝰ bonis filij mei super oēs ordines ⁊ hierarchias oīm hoīm ⁊ angelorū. Et sic etiam cantat ipsi ecclesia. Exaltata est sancta dei genitrix super choros angelorū ad celestia regna. Item maria virgo assumpta est in ethereum thalamum: in quo rex regum stellato sedet solio. Et sic patet vndecima dignitas virginis marie qua dignificauit et magnificauit eam filius eius in fine sui cursus et peregrinationis que est finis aliarum dignitatum. ¶ Sed adhuc restat duo decima dignitas quaz singulariter exercet virgo maria erga petitores clamātes ad se peregrinantes in hoc seculo: q̄ dicit̄ dignitas intercessiōis ꝓ quā virgo maria sola ōr: mater grē ⁊ mie ⁊ aduocata petitōrū ⁊ mediatrix inter nos ⁊ xp̄m. Nam sicut deus pater cōstituit xp̄m hoiem mediatorē inter hoies ⁊ deum, ꝓpter q̄ homo xp̄s Iesus dicit̄ mediator dei ⁊ hoīm per apostolū ⁊ dicit̄ aduocatus apud patrē ad Hebre. Ita pariter xp̄s caput ecclesie cōstituit virginē matrē suam aduocatā et mediatricē singularē inter nos ⁊ ipsum. vnde xp̄s dupliciter ōr: mediator: dei ⁊ hoīm in q̄tū homo. Primo: q: est medius in dignitate q: minor patre fm humanitatē ⁊ maior et dignior omni hoīe et angelo: ⁊ ideo ratio est: q̄ sit medius intercessor: ⁊ redēptor: inter nos ⁊ deū. Itē q̄ est deo filiꝰ super oīa dilectꝰ: q: gratia ⁊ remissio nō datur: misi intercessione alicuius p̄dilecti vt teneat medium interbonificatorē ⁊ bonificādū: ꝓpter has ergo duas causas xp̄s ꝓstituit virginē matrē suam mediatricem inter nos ⁊ ipsum. Nā primo est minor: filior: sed maior oī alia creatura in gratia ⁊ gloria: ⁊ in omni dignitate vt dictū est. Secōo: q: est sibi mater ⁊ ꝓdilecta sup oēs alias creaturas. Et iō nūq̄ negat ipsi petitionē: nā sicut p:e ceteris filꝰ? dilligit matrē. Ita non pōt negare ipsi petitionez: q: amor ⁊ dilectio est cā impetratiōis cuiuscunq̄ rei postulate. Itē virgo maria p:e ceteris diligit filiū suū: ⁊ p:e ceteris ipsi ministrauit: ergo filꝰ nō pōt ipsi negare vicem amoris ⁊ retributiōis: quin audiat eā. Et annuat ipsi in oī iusta petitiōe ex primi legio ipsi cōcesso: eo q̄ cōstituit eā mediatricē ⁊c. ¶ Vnde est valde aduertendū q̄ ꝓpter ꝓseruationem reipublice militātis: ⁊ ad reparationē reipublice triūphantis ⁊ cōplendū numerū electorū ne cesse fuit: vt cōstitueret xp̄s mediatricē virginem matrē suaz inter nos ⁊ ipsum: post q̄ eiusdē est tendere in finem ⁊ p:eparare et disponere ea q̄ sunt ad finē: vnde manifestū est q̄ oēs peccatores peccant cōtra deum patrē per inobediētiā p:euaricādo eius ꝓcepta: ⁊ ideo per talem culpā merētur penam eternā: ⁊ etiā temporalē: q: ꝓpter culpam occultam merentur penam eternam in futuro: sed ꝓpter peccata publica merētur penaz eternam in futuro: ⁊ penas eternales in ꝓsenti: de quibus nemo potest liberari nisi per intercessionē xp̄i mediatoris. Sed q: omes peccatores post baptismū vltra hoc q̄ peccāt per inobediētiā cōtra deum patrem: peccant etiā graviter per ingratitudinē contra filiū: eo q̄ eos redemit per suam passionez et fecit eos sue passiōis participes per baptismū. Et ideo peccādo post baptismū videtur contēnere ⁊ despicere passionez xp̄i: et sic nullus peccator meretur q̄ christus amplius intercedat p:o ipso apud patrez sine cuius intercessione nemo potest liberari a pena eterna: nec tēporali: nec culpa quā ipse voluntarie perpetrauit. Et ideo fuit necesse vt christus cōstitueret matrē suam p:edilectā mediatricem inter nos ⁊ ipsum: vt in similibus casibus intercedat p:o nobis inter nos ⁊ ipsum. Et mitiget iram eius: ꝓpter talem ingratitudinē. Et vt filius placatus p:ecib? matris intercedat p:o nobis apud patrē: ⁊ ideo dicit beatus Bernardus q̄ licet filius p:o nobis semper ostendit patri latus et vulnera. Ita mater filio pectus ⁊ vbera. Et hoc videm? manifeste de multis deuotis virginis marie: qui in grauibus peccatis ⁊ sceleribus laborātes: tamen finaliter venerunt ad penitentiā. Et etiam inter peccata liberātur a magnis malis et periculis tēporalibus: ne pereāt in eis: sed perducantur ad finalē p̄miam. Itē videmus quasdā ciuitates ⁊ pp̄los et oppida: que ꝓpter peccata publica patiūtur multa discrimina ⁊ persecutiōes ⁊ infirmitates ⁊ aduersitates: sed quia diuina officia virginis marie in eis frequētantur ⁊ deuote celebrantur. Ideo miraculose ab illis aduersitatibus liberātur: nec punitur q̄nq̄ eorū scelera meretur. Qō non fit: nisi ꝓpter iuges p:eces virginis marie fusas p:o deuotis eius apud filiū qui placatus p:ecib? mis intercedit p:o nobis apud patrē: ⁊ sic in hac pegrinatiōe nō relinq̄tur nobis aliud refugiū in nris tribulatiōib? ⁊ aduersitatib? nisi recurrere ad virginē mariā mediatricē vt velit placare iram filij: q̄ permittit nos flagellari ꝓpter ingratitudinē. Et hoc ꝓbat augu. in lib. Cur deꝰ homo dicens. Est adhuc quoddā singulare p:esidium ⁊ refugiū post deū: ⁊ maxima fiducia quā in illo regno habem?, Reginā. s. soroē nostrā ⁊ dei genitricē semperq̄ virginē mariam: q̄ non cessat apud deum p:o hoibus semp interuenire. Et maxime p:o illis quos filiū suum cōgrue imitari videt. Et p:o illis qui aliqñ de malo ad bonū redire volunt. Credere autē indubitāter possum? qñ nō est aliquid qō filius matri sue pereti debeat negare aut velit. Nec est virgo maria: de qua ꝓcessit dei sophia que pctōribus satis est pia. Per quam parescit salutis via. Qui ergo ab ea auxiliū postulauerit: ⁊ postulās ꝓseuerauerit nūq̄ ab ea vacuꝰ recedit. Frustra em̄ alios sanctos oraret ille: quē ista nō adiuuaret: ⁊ vt magis dicā. Qō alij sancti minime auderēt hec quadā cōgruenti autoritate a filio postulās obtinueret. Nec augu. In quibus verbis nobis ostēdit q̄ xp̄s post se hoc singulare refugiū nobis reliquit. Et qūo post xp̄m hanc virginem habemus aduocatricē que p:o nobis intercedere non cessat: ⁊ qūo ratione affinitatis maternalis ⁊ filialis dilectiōis: nil xp̄s pōt ipsi negare: ergo semp ad ipsam ante oēs sanctos est recurrēdum. ¶ Et hec est vltima et singularis dignitas qua xp̄s dignificauit ⁊ magnificauit virginē matrem suā: q: cōstituit ipsam mediatricē inter nos et ipsum. ℈ ¶ Duodecim ergo sunt dignitates et ꝓuilegia singularia virginis marie: ꝓbus xp̄s filius eius sup oēs alias creaturas eam dignificauit ⁊ magnificauit. Primo q: singulariter eam ab eterno p̄destinauit. Secōo: quia singulariter eam in sua creatiōe sctificauit ⁊ ab oi pctō ꝓseruauit. Tertio: q: in vtero matris in ea vsum liberi arbitrij ⁊ rōnis singulariter ad merendū accelerauit. Quarto: q: in et? cōtagio fidē virginitatis fil' cū fide cōiugali seruauit. Quinto: q: singulariter sine viro ⁊ corruptiōe cōcepit ⁊ absq̄ oi crīna cū virginitate peperit. Sexto: q: in tali cōcepru ⁊ parru mater dei ⁊ filij dei est effecta. Septimo: q: in illa obūbratione spūsancti intellectū purgauit ⁊ heroicum est adepta: ⁊ ꝓpheta et euangelista simul

Maria in vtero mereba tur.

Maria ꝓpetitionibus intendit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

effecta. Decimo: q familiari⁹ ⁊ diutius et laboriosius xp̃o ministrauit. Nono: q coronā ⁊ aureolas martyrū supoēs apl̃os ⁊ martyres est cōsecuta. Decimo: q a sua iacineratiōis fuit excepta. Undecimo: q sup oēs hierarchias hoim ⁊ angelorū in celo immediate post filiū est collocata ⁊ exaltata. Duodecimo: q mediatrix iter hoies ⁊ xp̃m in singulare est p̃dictū cōstitura. Nec ergo virgo maria mater dei: est illa mulier amicta sole ⁊ habēs lunā sub pedib⁹ suis: quā vidit iohānes in Apoca. Et hec est illa corona et diadema stellarū duodecim in capite ei⁹: q sunt. xij. dignitates ⁊ priuilegia que p gratiā meruit virgo maria: ḡbus coꝛrespōdent. xij. p̃mia in gl̃ia: ⁊ ideo sicut ihs. xij. dignitatib⁹ dignificauit ⁊ magnificauit xp̃s virginē in hoc sclo p gr̃az: ⁊ in celo p gl̃iaz ꝓpter quas oēs gn̄ationes p̃dicāt beatā: ita ipsa in hoc cātico agēdo gr̃as magnificat deū dicens. Magnificat ⁊c. quasi di. aia mea magnificat dñm: q potēs est ⁊ sanctum nomē ei⁹, ꝓpter ista duodecim magna p̃uilegia q̄ fecit mihi: q: er hoc: q: fecit mihi ista magna oēs gn̄ationes dicēt me beatā. Et hoc de scō principali q̃sito. D ¶ Sed nūc restat rādere ad tertiū p̃cipale q̃sitū. s. quare ẏgo maria dicit in hoc cātico q oēs gn̄ationes debēāt ipsaz dicere ⁊ predicare beatā p supradicta. xij. p̃uilegia ⁊ dignitates: cū nos videam⁹ iudeos ipsam blāsphemantes ⁊c. Ad hoc rñdet q ista tria noīa. s. gētes: nationes: ⁊ gn̄ationes: cōiter in sacra scriptura significabāt ppl̃m gētilē q̄ viuebat s̄m naturā ⁊ carnē et nō s̄m legē dei: vt dictū est p totā expositionē libri psalmoꝝ: quēdē gētes ⁊ gn̄ationes erāt vocate ad fidē xp̃i: ⁊ fieri filij isr̃l ⁊ abrae s̄m spūm ⁊ laudare nomē dñi: ⁊ deū isr̃l ⁊ messiā in lege ꝓmissum ⁊ videm⁹ eē cōpletū: quēdē gn̄ationes sicut nūc laudant nomē dñi: q est xp̃s verbū incarnatū. Ita pariter laudāt ẏginē matrē ei⁹ ⁊ dicūt eā beatā. Que quidē gn̄ationes lz nō simul venerūt ad fidē. Dz sicut successiue venerūt p oēs partes mūdi: ita successiue laudauerūt nomē dñi ⁊ beatā direrūt matrem ei⁹: q: nō fuit aliq̄ regnū nec ꝓuincia q̄ nō venerit successiue ad fidē xp̃i: sicut dictū est psal. Lxxi. ⁊. cix. ⁊ sic iudeis reprobatis blasphemātib⁹ xp̃m ⁊ matrē ei⁹: oēs gn̄ationes ppl̃i gētilis venerunt ad fidem ⁊ laudarūt xp̃m et beatam direrūt matrē ei⁹. ¶ Dz q: nr̄is demeritis erigētib⁹ arabia q̄ in multis hereti⁹ labo: abat recessit a vera fide xp̃i fraude machometi ⁊ suoꝝ ⁊ iuciāit in istā secta q̄ pestlea maioꝛē partē mūdi decepit ⁊ usurpauit: ideo in magnā partē fuit p̃turbata a vera lau de xp̃i ẏginis nr̄is ei⁹: eo q negat xp̃m esse deū. Dz nō tm̄ fuit p̃turbata: q̄n dicat xp̃m sanctū sup oēs hoies: ⁊ filiū s̄pūs dei ⁊ ẏginē mariā beatā super oēs mulieres ⁊ sup oēs gn̄atōes. Asserūt etiā xp̃m esse maximū ꝓphetā sanctū sup oēs scōs: et sup eurē sup oēs sapientes ⁊ ꝓphetā sup oēs prophetas ⁊ potentē in miraculis super oēs potētes natū ex virgine sine patre. vñ Machomet⁹ volēs cōmendare seipsum ⁊ autorizare fraudē suam fuxit in alcoꝛano suo: in capitulo filioꝝ israel: q quadam die dum erat in oratiōe fuit raptus ab angelo gabriele ⁊ portat⁹ a mecha in hierusalē. Et exinde ascēdit in celū cū angelo: sq̄ ad oratoriū dei a quo accepit librū alcoꝛani: q̄ interpretat collectio preceptoꝝ dei. Et ideo cōiter introducit deū ad loquendū quasi per totū alcoꝛanū. Et sic in capitulo elbachera dicit deus. Dedimus iesum filie marie: vt faceret ꝓdigia ⁊ miracula manifesta: ⁊ fecim⁹ eum per spiritū sanctū. Jtē infra dicit. Insufflauimus in mariā de spiritu nostro. Jtē ibidē dicit. q xp̃s fuit sue matri per angelū annūciatus et per spiritū sanctū sanctificat⁹ ⁊ cōceptus ex virtute dei de matre virgine sanctissima ⁊ purissima super oēs mulieres. Jtē in capitulo elmeide dicit deus. Limitauimus vestigia oim hoim per iesum filiū marie veracissimū patēter: ⁊ dedim⁹ ei euāgelium: in quo est vera directio ⁊ lux ⁊ veritas manifesta: ⁊ sic machometus q̄nq̄ appellat xp̃m verbū dei: q̄nq̄ s̄pūs dei ⁊ non suū dei: q̄nq̄ aiam dei: sed non vult appellare ipsum deū cōcordādo cū here si arriana. Jtē in cōmendationē ẏginis marie dicit in capitulo amarā: q dixerūt āgeli ad mariā. O maria deus ꝓtulit te sup oēs mulieres. O maria deus euāgelizat tibi de verbo suo: ⁊ nomē xp̃s iesus filius marie. Jtem in capitulo elnesa dicit. Non dicatis de deo nisi veritatē: q: iesus filius marie est nuncius dei: ⁊ verbū dei: q̄ ipse posuit in ea per spiritū sanctū: ⁊ sic dicunt oēs alfaquini. s. doctores sarracenoꝝ: q post q̄ deus ⁊ angeli et machometus appellāt virginē mariam sanctā ⁊ beatam: q̄ sit anathema oīs ille: q̄ eam nō fuerit veneratus. Ū quidā alfaquin⁹ vocatus aben rodā volens exponere illa verba q̄ dixerūt angeli ad beatam mariā. s. o maria deus ꝓtulit ⁊ elegit te super oēs mulieres ⁊c. Dicit in suo libro quē intitulat librum Marie q̄ illa verba tanq̄ cōsolatoria dicebant angeli tripudiātes in partu virginis marie: et letificātes eam de filio suo magno ꝓpheta: quē in virginitate pepererat. Jtez dicit in eodē libro. q q̄n herodes cū suis militib⁹ ḡrebat puerū iesum in bethleē ⁊ hierusalē: vt interficeret cum cum ceteris innocentibus: tunc virgo maria trāsibat inter eos cū puero in vlnis: ⁊ non videbāt puerū nec matrem: eo q angeli occecabāt eos: ⁊ sic virgo maria transiuit illesa vsq̄ ad fines mūdi: intrās in egyptum. Jtem dicit q quidā agricole annūciauerūt herodi qualiter viderant mariam fugientē cum puero in egyptum quo audito herodes confestim misit milites qui occiderēt infantem et matrem. Quisquidem milites insequentes in descensu cuiusdam colliꝰ viderunt Joseph cum Maria ⁊ infante in fundo vallis iuxta quendaz fontem: tunc concito passu inceperūt currere contra eos: quos videns Maria dixit ad infantē. O fili ecce milites herodis veniunt ad interficiendū te ⁊ me: ergo salua temetipsum ⁊ me. Erat autem ibi iuxta fontē quedā antiquissima siculnea habens truncum grossissimū ⁊ latum et concauū ex nimia antiquitate ad quam siculneā se appodiauit virgo maria teneꝝ infante in brachijs: quēdē siculnea illico se aquit in duas partes ad tactū ẏginis marie: et tunc maria cū infante posuit se intra siculneā apertā: q̄ statim itez clausa est occultās matrē cū puero: venientes aūt milites ad fontē non inuene

Nota.

Etēpla.

Nota. de sepulchro virginis.

Nota. de fuga in egyptū.

runt: nec viderūt nisi solū Joseph cū asino. Qui dixerūt: vbi est mulier quā ꝓsperim⁹ de colle tecti existēs iuxta fontez cum puero in manibus. Quibus Joseph rñdit: nescio. Vos videris nullum meū esse nisi asinū cum ista siculnea: forsan ista siculnea visa est vobis mulieri: nūc milites putantes se delusos in visu reuersi sunt via qua venerūt: ⁊ sic iterū aperta siculnea: maria exiuit illesa: ⁊ sedēs sup asinū ꝓfecta est in egyptū simul cū filio et Joseph. Jtem dicit vlterius: q̄ maria q̄ venit cū puero ad locū ꝓpe magnā ciuitatem q̄ nunc ō: cayre: vbi est fons: et cinus aq̄ rigatur illa vinea: et quibus vitibus distillat balsamū: in quo fonte maria quotidie lauabat pānos pueri Jesu ⁊ lauabat scipsaz anteq̄ faceret ꝓsalā. s. orationez. Et ideo firmiter credūt oēs sarraceni: q̄ ideo sola aqua illius fontis est vtilis: ⁊ habet virtutē ad rigandū illā vineā: eo q̄ virgo maria lauabat se ⁊ pannos Jesu i illo fonte: ⁊ ideo nulla alia aqua habet illā virtutē ꝓpter illā. Et hic est q̄ nullus sarracen⁹ audet se lauare in illo fonte ante oꝛationē: dicunt enim q̄ nullꝰ est dignus lauari i illo fonte: vbi virgo maria lauit se cū filio suo. Jtē dicūt sarraceni: q̄ dū ẏgo maria fuit in illo loco egypti: nulla mulier parturiēs potuit periclitari: si virgo maria imponeret ipsi manus et ideo oēs parturiētes vocabāt eam: vt imponeret sibi manus. Jtem dicūt q̄ oēs mulieres habētes infantes infirmos veniebāt ad mariā: ⁊ ipsa imponebat manus infantis Jesu sup eos: ⁊ sanabātur a quacūq̄ detinebant ifirmitate. Jtē ego audiui a fide dignis qui causa visitandi loca sctā fuerūt in hierl̄m qualiter sarraceni venerāt val de sepulchrū virginis marie: q̄ē i valle iosaphat vbi frequēter sarraceni faciūt zala. s. orationem: imo dixit mihi quidā miles: q̄ decies iuit in vna die ad sepulchrū virginis: vt faceret orationez: et nūq̄ potuit intrare: q: semp inueniebat ibi sarracenos facientes orationē: qui nō ꝓmittebant ipm intrare: dicētes ipm nō esse dignū intrare sepulchrū tāte ẏginis. Ulū sarraceni nō habēt in tāta veneratiōe sepulchrū xp̃i: sicut sepulchrū ẏginis: eo q̄ nō credūt xp̃m fuisse mortuū nec sepultū: imo dicūt q̄ q̄ judei voluerūt rapere christum in horto: q̄ angeli rapuerūt christum in celū: ⁊ ibi manet viuus in societate dei vsq̄ ad antixp̃m: q: tunc mittet eū deus: vt interficiat antichristum: vt dicit machomenus in alcoꝛano: immo dicunt quidam alfaquini: q̄ iesus xp̃s non solum interficiet antixp̃m: sed etiam oēs iudeos eo q̄ voluerunt ipm interficere. ¶ Et quib⁹ oibus ptz q̄ lz sarraceni decepti p machometū non habeant rectā fidē de diuinitate xp̃i. Tamen venerant ipm tāq̄ verbū ⁊ spūs ⁊ aiam dei ⁊ nūcium dei ⁊ ꝓphetam sup oēs ꝓphetas: ⁊ venerant virginē mariā matrem xp̃i asserentes ipaz virginē ante partuz: ⁊ post partum esse purissimā ⁊ sanctissimam super omnes mulieres absq̄ omni peccato: imo si quis oppositum diceret lapidibus obrueretur. Et sic predicant ipsam beatā sup omnes generationes. ¶ Et quib⁹ ptz: q̄ non solū oēs generatiōes populi gentilis que successiue per oēs partes mūdi venerūt ad fidem xp̃i: dixerūt beatā virginē mariā. Sed etiā modo tā sarraceni q̄ xp̃iani oēs de scēdētes de generatiōe ⁊ natiōe ppl̃i gentilis dicūt ⁊ predicāt virginē mariā beatā ⁊ felicē vt dictū est: licet iudei blasphemāt ipaz: ⁊ hoc intēdebāt dicere maria: cū dixit. Beatā me dicēt oēs generatiōes. quasi diceret: q̄ iudeis reprobatis ⁊ in cecitate obstinatis. Beatā me dicēt oēs generatiōes. s. ppl̃i gētilis: q̄ ad fidē conuertent. Et hoc declarauit maria in sequētibus: cū dicit: q̄ filius su⁹ displīt iudeos sup̄bos. Et deposuit eos de sede sacerdotali. Et exaltauit humiles gētiles credentes: ⁊ iplenit bonis spūalibus. Et sic oēs isti credētes ⁊ exaltati dicūt beatam virginē mariā. Hoc est ergo argumētū q̄ virgo maria facit in prima parte huius cantici. s. q̄ q: de⁹ est oīpotēs ⁊ nomē ei⁹ est sanctū. q̄ē est verbū incarnatū. s. Jesus xp̃s deus ⁊ homo: ideo fecit magna mihi matri sue. i. magnis dignitatib⁹ ⁊ priuilegijs me magnificauit: ⁊ ideo et hoc beatā me dicēt oēs generatiōes ꝓ se ipse ex populo gētili: iudeis reprobatis: ⁊ ideo Magnificat aia mea dñm. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. ꝓout latius patebit.

Luc. i. ⁊ de peni. di. i. c. serpēs.

Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

¶ Hec est secūda pars huius cantici: in qua ẏgo maria magnificauit deū in persona totius ecclie ꝓpter bona q̄ tota ecclia recepit in aduentu xp̃i: per hoc volens ostendere: q̄ nō solū ipa obligat deum magnificare: eo q̄ filius suus eam magnificauit ⁊ dignificauit priuilegijs ⁊ dignitatib⁹ supradictis: sed etiā tota ecclia obligat deū magnificare: eo q̄ xp̃s eam redemit et exaltauit: ⁊ multis bonis spūalibus replenit ⁊ ditauit. Ad cuius intellectū est notandū: q̄ q: dictum est supra: q̄ xp̃s filius ẏginis est nomē dei potēs ⁊ scm. Et cōsequēs cōtinet i se essentialiter ⁊ naturaliter oīpotentiā ⁊ summā sapientiā ⁊ iusticiā ⁊ miam: ⁊ sic ō: brachiū patris ⁊ sapiētia patris: ideo venit in carnē ad notificandā ⁊ exercēdā omnipotētiam ⁊ sapiētiā ⁊ iusticiā ⁊ miam in mūdo in ope nr̄e redemptionis. Hec ergo volēs ostendere quattuor facit virgo maria in hac scda parte huius cātici. Nā primo dicit qualiter xp̃s exercuit suaz miam erga timētes deū ⁊ humiles in suo aduētu. Secūdo qualiter exercuit suā potentiā cōtra superbos eos disperdendo de mēte coꝛdis sui. Tertio qualiter exercuit suā iusticiā potentes superbos ⁊ ingratos deponēdo de sede ⁊ hūiles exaltando. Quarto qualiter suā exercuit sapientiā simul ⁊ miseriꝛdiā. Esurientes hūiles replēdo bonis ⁊ divites ingratos ⁊ sup̄bos ianes reliquēdo. scda ibi. Fecit potentiā. tertia ibi. Deposuit potētes. ḡrta ibi. Esurientes ipleuit bonis: ⁊ divites ⁊c. ¶ Quātū aūt ad primū est aduertēdū q̄ lz xp̃s venerit in carnē ad ostēdendā ⁊ exercēdā oīpotētiā ⁊ iusticiā ⁊ sapiētiā ⁊ miam: tū principal̄r venit ad ostēdendā miaz suā in ope nr̄e redēptiōis: de seruitute ⁊ captiuitate pcti nos liberādo: q̄ō nō potuit fieri absq̄ oīpotētia ⁊ sapiētia ⁊ iusticia. Jō pres ve. te. omnes expectabāt eū: vt faceret nobis cū misericoꝛdiā nos

Xp̃s in suo aduentu ostendit suaz miſericoꝛdiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a peccato liberādo. Jō dicebat dauid psal.lxxix. Excita potentiā tuam ⁊ veni: ostende faciē tuaz et salui erimus. Itē psal.lxxxiij. Ostende nobis dñe misericordiam tuā: ⁊ salutare tuū da nobis. Sed quia actus actiuoꝝ sunt in patiēte disposito. Ideo oportet q̄ homo disponatur per aliquā dispositionē: vt sit aptus ad talē gratiā ⁊ miam ꝑ̄ remissionē pcōꝝ recipiendā. Sed q̄ humilitas est prima dispositio ⁊ radix oīum virtutū et gratiarū: sicut supradictū est. Ideo opz q̄ homo disponat̄ p humilitatem ad gratiā et miam ꝛ̄pi capessenda. Unde sicut superbia reddit hoiem ineptū ad oēm virtutē ⁊ gratiā recipiendā: ita humilitas reddit ipsuz aptū ⁊ habilē ad oēm virtutē ⁊ gratiā capessiandā: ⁊ remissionē cuiuscūq; delicti ⁊ ventā cōsequēdam: ideo dicit Jaco. i canonica sua cap̄. i. q̄ deꝰ superbis resistit: humilibus aūt dat gratiā. Itē psal.cvij. Tu populū humilez saluū facies ⁊ oculos superboꝝ humiliabis. Et sic patet: q̄ sicut opz q̄ ex parte dei sit sctitas et misericordia ad gratiā ⁊ ventā ⁊ remissionē conferē dā. Ita opz vt ex parte hoīs sit humilitas ad talē gr̄am ⁊ remissionē recipiendā ⁊ merendā ⁊ cōsequendā: q: deus respiciēs humilitatē ⁊ timorē in hoie: dat ipsi gratiā ⁊ ventā: ⁊ releuat ipm a miseria in qua est. Unde sicut superbis ⁊ temerarijs negat ventā: ita humilib⁹ ⁊ timētibus nō negat misericordiā: remissionē peccatoꝝ. Et ideo hec ē cā quare ꝛ̄ps nō vsus est misericordia cū diabolo superbo ⁊ iudeis obstinatis: q: eoꝝ superbia ⁊ temeritas nō meruit ventā ⁊ remissionē: q: erāt inepti ⁊ indispositi ad miam ⁊ ventā capessendā: ⁊ sic nō ꝓfuit eis misericordia ⁊ passio ꝛ̄pi. Sed ꝓfuit oibus humilib⁹ ⁊ timentib⁹ deū: quales fuerunt oēs fideles ⁊ apli ⁊ discipuli de pplo iudaico: ⁊ cōuersi ad fidē ꝛ̄pi de pplo gētili. Et hoc innūdit dicere virgo maria in hoc versu. Unde ait: q̄ sicut dñs cui⁹ nomen est potēs: ⁊ scām respexit hūilitatē i ea: ꝑpter quā fecit ipi magnalia supradicta: ita pariter respexit hūilitatē et timorē in ceteris oibus fidelib⁹: ⁊ ideo misericordia eius nō subuertit: nec ꝓfuit superbis ⁊ temerarijs ⁊ impenitentibus diabolis ⁊ iudeis obstinatis: sed ꝓfuit oibus humilibus ⁊ fidelibus timentib⁹ eū cōuersis tā de pplo gētili q̄ iudaico. Quecūq; misericordia ꝓcessit primo a ꝓgenie iudeoꝝ i apl̄os ⁊ ceteris fidelibus recipientibus ꝛ̄pm et illo pplo: ⁊ successit in ꝓgenies gentiliū ꝑdicatiōe apl̄oꝝ. ⁊ ita fruct⁹ redēptiōis subuenit ⁊ ꝓfuit successiue oibus timētibus deū a ꝓgenie in ꝓgenies ⁊ ab eta te vsq; in finē mūdi. ¶ Ad hmōi aūt intellectum est aduertēdū q̄ ista se hūt p ordinē. f. humilitas: ⁊ timor dei: ⁊ charitas affectiua: ⁊ spes q: vltimū p̄supponit p̄mum: ⁊ p ordinē oia sequētia. Nam ex humilitate sequitur timor dei: ⁊ ex timore sequit̄ fides: ⁊ ex fide charitas: ⁊ ex ea charitate sequitur spes: ⁊ ideo qui nō hz hūilitatē nullū aliorū pōt habere. Nā superbus nec timet hoies nec timet deū: ⁊ si non timet deū nō credit: ⁊ p̄ consequēs nō diligit nec ponit spē in eo. Sz si hō est hūilis timet diuinū iudiciū: ⁊ p̄ sequēs credit: ⁊ exinde amat deū: ⁊ p̄ cōsequēs ponit spem in eo.

Dispositio ad gratiā necessaria.

Nota.

¶ Ex quo ꝓz q̄ fides que est principiū virtutum theologaliū ꝓsupponit ⁊ includit hūilitatem cum timore. Et hanc hūilitatē fide spe ⁊ charitate formatā ostendit virgo Maria q̄n dicit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ꝑm verbum tuum. ⁊ hanc hūilitatē respexit deꝰ in ea ꝑpter quā voluit ex ea carnē assumere ⁊ ꝑpter quā fecit ipsi magna supradicta: eo modo quo dictum est. Et ideo dicit maria: q̄ sicut deus respiciēdo in ea hūilitatem fecit ipsi magna supradicta: ita respiciendo hūilitatē ⁊ timorē in oibus fidelib⁹ a ꝓgenie in ꝓgenies eius: misericordia ꝑfruit oib⁹ timentib⁹: ⁊ eo q̄ hūilitas q̄ est radix oīm virtutū: ⁊ timor dei: q̄ est initium sapientie: est quedā dispositio ad recipiendā misericordiā dei ⁊ fructū ⁊ effectū redemptiōis. ¶ Sed est iterū aduertēdū sicut dictuz est psal.xviij. q̄ quadrupler pōt esse timor. f. seruilis: filialis: castus ⁊ scūs. Aliter essi timet seruus: aliter filius: aliter vxor: aliter vir iustus ⁊ scūs. Seruus essi timet facere malum ne verberetur a dño. Filius ꝺo timet patrē ne ꝑmittat ipsum hereditate. Uxor ꝺo timet virū ne separetur ⁊ dimittat illā. Sed vir iustus ⁊ scūs timet peccare cōtra deū nō ꝑpter aliqō ꝓpriū interesse: sed ne displiceat deo quē diligit in se ⁊ ꝑpter se ⁊ plus q̄ seipsum q: vir scūs oblitus suppflus diligit deū sup oīa: ⁊ si quid aliud diligit: illud diligit in deo ⁊ ꝑpter deū: ⁊ sic diligit se in deo ⁊ non principaliter i se: ⁊ iste talis timor est cū summa charitate: q̄ mittit foras oēm seruilē timorē: licet includat timorem filialem ⁊ castū: q: timor sanctus etiā timet ꝑdere deū ⁊ eius hereditatē. Est vez q̄ timor seruilis quo timēt peccare mali formidine pene: ꝛ non sit ꝑfectus: tñ non est malus: eo q̄ opponitur temeritati. Uñ licet talis timor non sit meritorius tamen potest esse ꝓncipiū ⁊ via ad timorē filialez ⁊ castū ⁊ sanctū: q: trahit hoiem ad alios tres sequentes timores ꝑ fin ordinē perfectiōis: q: timor seruilis trahit ad filialem: ⁊ filialis ad castū: ⁊ castus ad scūm: q̄ cōstituit hoiez in summa ꝑfectiōe. Uñ sicut acus se hz ad filū: q: ꝓzādo trahit ipz cōsuēdo pannū vnū cū altero: ⁊ missa acu foras manēt partes pānī cōsute ⁊ iūcte ꝑ filū. Ita pariter timor seruilis formidine future pene pugit ⁊ penetrat cor hoīs. Et exide trahit secū ad timorem filialē ne perdat petōz gr̄iam dei. Et sic petōr iaz magis adheret deo. Et exide ille talis nitit̄ recuperare deū ꝑ pñam: ⁊ sic iā est in amore ⁊ timore casto ⁊ vxorali: timendo ne perdat deū. Et per cōsequēs gloriā eius: ⁊ sic timebit ipsi displicere: solū ꝑpter eū bonitatē. Et sic misso foras timore seruili: manet aia hoīs cōsuta ⁊ cōiuncta deo filo timoris: ⁊ amoris fcti sub quadā extasi in deū trāsformata vt inqt Diony. Et magis in deo amato q̄ in corde qđ informat et aiat. vt inqt Aug. Virgo aūt maria hz iam in sua prima sctificatiōe fuerit a deo dispōsita p hūilitatē formatā fide ⁊ spe ⁊ charitate: ⁊ p̄ ꝺns timore filiali ⁊ casto et scto: quia dē timor scūs ꝑfimebat ipaz i summo gradu ꝑfectiōis. Et respiciēs deꝰ i ea hāc hūilitatē sic formatā fecit ipsi cetera magna sequētia. f. virginē cū fide cōiugali: ⁊ cū fecūditate: ⁊ matrē

Quadruplex timor.

deī ⁊. Uñ ad hoc q̄ deus det hoi gratiā gratificam et meritis sue passiōis: opz ⁊ sufficit q̄ sit dispositus per hūilitatē formatā timore ꝑfectē seruili ⁊ filiali. f. q̄ timeat penas futuras: ⁊ timeat perdere gloriā: quā deus ꝓmisit diligētib⁹: sz timo de fideret talez gloriā ⁊ gr̄am per quā deus dat talē gloriā qđ nō pōt fieri sine fide ꝑfectē informi: ⁊ tūc deus informat illā fidē q̄ charitatē ⁊ spem firmā. Et per ꝺns q̄ gratiā. Sz q: apl̄i ⁊ ceteri discipuli ad primā vocationē habuerūt talē hūilitatē ⁊ timorē ⁊ fidē audiēdo ꝛ̄pm: ⁊ ppls gētilis audiēdo apl̄os. Ideo sicut fides apostoloꝝ fuit postea firmata ⁊ formata q̄ charitatē ⁊ gratiā: ita etiā ⁊ hūilitas ⁊ fides gētiliū. Et oibus istis ꝓfuit mia redēptionis ꝛ̄pi: semp ꝑsupponēdo q̄ ꝛ̄ps p gr̄az ꝓueniente dispōnebat ꝓ̄io corda eoꝝ p hūilitatem timore seruili ⁊ filiali formatā: ad recipiēdam gratiā redēptiōis: q: est̄ introducere formam eiusdē est disponere materiā et subiectū: vt dictū est. Et ideo dicit ego maria: q̄ mia ei⁹ ⁊ fructus redēptiōis tñ ꝑfuit sic timētib⁹ deū: ⁊ nō resistentibus ⁊ hoc a ꝓgenie in ꝓgenies. Nam talis mia ⁊ fruct⁹ redēptiōis. Primo datus est apl̄is et discipulis ꝛ̄pi q̄ erāt de ꝓgenie iudeoꝝ. Et exinde ꝓcessit in ꝓgenies gentiliū p predicationes apostoloꝝ ⁊ discipuloꝝ: ⁊ sic etiā trāsiuit successiue et vna ꝓgenie ⁊ etate in aliam vsq; ad magnū Cōstantinū. Et exinde ab vno regno in alterū: et et vna lingua in alterā vsq; quo tot⁹ mūd⁹ ꝓuenit ad fidē ꝛ̄pi: ⁊ sic in catholicis ꝛ̄pianis ꝑseuerabit a ꝓgenie vsq; ad finē mūdi: vbi recipiem⁹ vltimā perfectionē ⁊ ꝓmiū et meritis passionis ꝛ̄pi in corpore glorificato ⁊ aīa beata. Deinde cū dicit.

Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui.

¶ Explicat qđ superi⁹ implicite dixit. f. q̄ deus oīpotēs cui⁹ nomē est sanctū ⁊ misericors vsus fuit in sua mia: cū solis hūilibus timētibus eū: q: mia eius solis timētib⁹ deū ⁊ hūilibus ꝓfuit. hic aūt dicit q̄ deus cū sit potēs nō vsus est mia: sz iustitia ⁊ potētia cū superbis ⁊ temerarijs et obstinatis iudeis: ⁊ ceteris infidelib⁹. Eo q̄ nō solū noluerūt recipere būficiū mie ⁊ redēptiōis ꝛ̄pi: sed etiā ex nimia superbia ⁊ auaricia noluerūt dispōni per hūilitatē ⁊ timorē: nec audire predicationē et legē ꝛ̄pi: que dispōnit ad gratiā redēptionis recipiendā. Et sic non solū formā: sed nec etiā dispositionem voluerūt recipere: q: noluerūt intelligere ne bene agerēt: imo contēpserūt ⁊ toto conatu restiterunt: ⁊ gratis oderunt ꝛ̄pm ⁊ crucifixerūt. Et ideo ꝛ̄ps nō solū punīuit eos pena dāni: auferendo ab eis fructū redēptionis ⁊ regnū dei: ⁊ dādo ipsum timētibus eū: ⁊ pplo gentili facīēti fructū humilitatis ⁊ fidei: sz etiā punīuit eos pena sensus ⁊ dispositiōis et captiuitatis in presenti: ⁊ pena eterni ignis in futuro. Et sic ostēdit in eis potētiam ostēdit deus pater p filiū q̄ dicit brachiū patris. Nā fili⁹ dei incarnat⁹ dicit nomē patris: inc̄tum pater per ipsum filiū incarnatū seipsum mūdo notauit ⁊ manifestauit: ⁊ dicit mia patris

Xu. prio xvij. q. iij. c. miror. i glosa.

Filius ꝺo ꝓprio brachium.

Pharisei superbi.

in ꝛ̄tum per ipsum mundū redemit. Sz dicit brachium patris in ꝛ̄tum per ipsum suā potentiā ercuit in miraculis faciēdis ⁊ in malis punīēdis et diabolis superādis. Et ideo dicit ego maria: q̄ deus pater nō fecit mia sed potētia in brachio id est cū filio suo ꝓpter superbos iudeos ⁊ infideles. Sed fecit potentiā ⁊ iustitiā eos punīēdo: ⁊ sic dispersit eos superbos mēte cordis sui. ¶ Ad cuius intellectū est notandū q̄ scribe ⁊ pharisei et sequaces eoꝝ multipliciter fuerūt superbi in mēte: ⁊ in tentatiōe cordis sui. Et ideo ꝛ̄ps multipliciter dispersit eos a superbia ⁊ intētu ꝑprie cordis sui. Unde primo scribe ⁊ pharisei erāt superbi gloriātes de ꝓpria natura carnali: ⁊ de gñatiōe. Et ideo putabāt q̄ soli filij abrahā ⁊ israel erant saluādi: ⁊ debebāt esse liberi ab oī seruitute. Et ideo dixerūt ꝛ̄po. Joh. viij. Nos semē abrahe sum⁹ ⁊ nemini seruiuimus vnq̄. Scdo erāt superbi in honoribꝰ. Nam licet ostēderēt hūilitatē exteri⁹: tñ intrinsec⁹ erāt lupi rapaces. Matth. v. Et q̄rebāt primos accubitus in mēsis ⁊ salutatiōes in foro: ⁊ vocari ab oibus rabi. vt ꝓz Matth. xxiij. Tertio erāt superbi in dño q: timebāt perdere cathedrā moysi in qua iudicabāt iudicia: ⁊ timebāt ꝑdere sceptrū ⁊ sacerdotiū: ⁊ emolumēta oblationū sacrificioꝝ: ⁊ ideo dixerūt: si hunc dimittim⁹ veniēt romani ⁊ tollēt locū nostrū ⁊ gētē. Joh. xi. Et ex tali superbia ⁊ mala mente cordis sui: ⁊ mala intētione crucifixerūt ꝛ̄pm. Quarto fuerūt superbi in mente cordis sui: et inflati intelligētia scripturaꝝ. Nā sicut erant carnales ⁊ rpales totā scripturā trahebāt ad sensum carnalem ⁊ ad lucrū suū. Et ideo noluerūt būiliari ad audiendā doctrinā ꝛ̄pi: qui scripturā legis ⁊ prophetarū eis spūaliter ⁊ ad verū sensum declarabat: ⁊ cōtra eoꝝ superbiā ⁊ auaritiā et cecitatē predicabat vt ꝓz ꝑ totū discursum euāgelicū. Et ideo timētes ꝑdere sacerdotiū ⁊ sceptrū iudiciale ⁊ ꝑdere locū ⁊ gentē ⁊ bona tpalia ⁊ honores: interfecerunt ꝛ̄pm putātes oīa supradicta pericula euadere: ⁊ ipsum de terra posse delere: ⁊ sic putabāt manere in superbia mentis cordis sui: ⁊ putabāt manere in superbo ꝓposito ⁊ mala intētione. Sed de tali superbia ⁊ mala mēte cordis sui dispersit ⁊ delecit eos dñs nr̄ ihesus ꝛ̄ps post suā resurrectionem: q: in oīa pericula ⁊ maiora: q̄ vitare cupiebant inciderūt: et totū oppositū euenit eis: vt probatū fuit psalmo. ij. Nā primo venerūt romani ⁊ obsederūt ciuitatē eoꝝ post longā obsidionē et famē ⁊ mutuā stragē: ⁊ cedes: ⁊ internas seditiones ⁊ homicidia intestina Romani ceperūt ciuitatem ⁊ cōbusserūt eam cū templo: ⁊ in ore gladij residuū eoꝝ partim trucidauerūt: ⁊ partim per mundū in captiuitatē dispersērūt: ⁊ sic ꝑdiderunt locum ⁊ gentē et sacerdotiū ⁊ oblatiōes et honorē ⁊ hostiā ⁊ sacrificiū: ⁊ qđ peius est perdiderūt intelligentiā scripture legis ⁊ ꝓphetaꝝ: ⁊ manserunt obstinati in sua cecitate: nō valētes percipere veritatē sacre scripture: q̄ est cibus ⁊ potꝰ ꝑpius ipsius aīe: sz tanq̄ canes latrātes circuibūt ciuitatē sacre scripture vsq; in finē mūdi. Sz q: nūq̄ saturabūtur nec gustabūt ꝟitatē latentē in scriptura: q: nunq̄ eueniet eis qđ desiderabāt. Ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper murmurāt ⁊ murmurabūt expectātes frustra sum falsum messiā: vt dictū est psal. lxij. ⁊ sic vacūt dispersi ⁊ captiui p mundū semp sub seruitute. Et sic ptz qualiter deus pf fecit potentiā in brachio suo: q̄ est xp̄s: qz per xp̄m oūdit potentiā suā cōtra iudeos obstinatos. Et q̄o dispersit superbos mēte cordis sui ⁊ deiecit eos a superbia ⁊ mala mēte ⁊ malo pposito cordis sui: qz oia mala q̄ putabant vitare euenerūt eis. Et frustrati sunt desiderio mētis cordis sui: ⁊ in bonis q̄ cōsequi putabant xp̄m occidēdo. ¶ Et nota q̄ꝫo maria tāq̄ vera ꝓpheta loquit ⁊ p̄nūciat futurā destructionem iudeoꝝ p v̄ba de ꝓterito ꝓpter certitudinez prophetie quā videbat in spū ꝓphetico quē filius existēs in utero infundebat in mentē ei⁹: qz filius est ille q̄ loqbat p lingua mr̄is. Et ideo maiorē. i. clariorē certitudinē de futuris mysteriis xp̄i habuit q̄ aliq̄s aliorū ꝓpheta rū ⁊ modū dispersiōis. Et ideo per verba de preterito predicit futurā dispositionem ⁊ destructionē iudeoꝝ. Deinde cū dicit

Luce. ſ. Jacobi iuj. ſ. Pe. v. ⁊ iij. q. ſ. multi.

Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles.

¶ Ostēdit ꝙliter xp̄s in suo aduētu exercuit suam iusticiā ꝓtra ingratos: eos de sede ꝓtātis deponēdo ⁊ humiles in locū eorū exaltādo ⁊ subleuādo. ¶ Ad cui⁹ intellectū est notādū q̄ sicut iusticia dicta est vt supbus hūliet: ⁊ humilis exaltet. Ita dicta est vt ingrat⁹ deponat de sede dignitatis ⁊ potestatis: ⁊ hūilis ⁊ grat⁹ exaltet et substituat ⁊ succedat in locū ei⁹. Et ita fecit xp̄s tāq̄ iust⁹ iudex. Nā ipse ꝓpter q̄ venit incarnationez liberauerat illū ꝓp̄m de captiuitate egypti. Et expulsis chananeis dedit illis terrā ꝓmissiōis: ⁊ dedit eis regnū ⁊ sacerdotiū in eis. Et dedit eis ꝓphas p q̄s p̄nūciet eis futurū saluatorē ⁊ redēptorē aiaꝝ ⁊ glificatorē ⁊c. Qui postea venit in carnē sicut ꝓmiserat. Et incepit exercere officiū sibi a pfe iunctū. s. legē ⁊ prophetas ad verā intelligētiā declarare ⁊ fructus infructuosos carpere ⁊ extirpare ⁊ miracula operari. Sed scribe ⁊ pharisei superbi ⁊ inuidi ⁊ de tota ciuitate ⁊ de toto ꝑtis būficijs ingrati: timentes ꝑdere dūiū ⁊ sedē iudicialez ⁊ sacerdotalē et bona tpalia noluerunt xp̄m audire: ⁊ ipsum sunt psecuti: ⁊ finaliter crucifixerūt. put dictū est. Būs ergo merito ⁊ iuste deposuit eos xp̄s de sede sacerdotali et iudiciali. Et trāstulit regnū et sacerdotiū in ppl'm xp̄ianū. Et exaltauit hoīes paupes ⁊ hūiles ⁊ piscatores in sedem sacerdotalē: q̄ admodū fuerūt apl'i: ⁊ cōuersi de ppl'o gētili. Et hoc intēdit dicere ꝙgo maria cum ait. Deposuit potētes de sede. s. deposuit scribas ⁊ phariseos de sede et cathedra moysi in qua sedebāt iudicātes iudicia ⁊ discernētes causas iudiciorū destruētes paupes ⁊ viduas ⁊ pupillos: dilatando iudicia: ⁊ falso mō glosando scripturā legis ⁊ ꝓphetarū. Et deposuit potētes ꝓncipes sacerdotū de sede sacerdotali. Et loco eoꝝ exaltauit hūiles apl'os: q̄ successerūt in sacerdotio. Et etiā exaltauit hūiles gētiles: q̄ ex hūilitate cordis sui crediderūt xp̄o ⁊ euāgelio: ⁊ successerūt in sacerdotio ad quos fuit trāslata lex ⁊ sacerdotiū quo ad verā intelligētiā: ⁊ nō solū xp̄s deposuit potentes scribas ⁊ phariseos de sede iudiciali: ⁊ principes sacerdotū de sede sacerdotali. Sz etiā potētes ciues iudeoꝝ deposuit de sede ⁊ loco ⁊ ciuitate et libertate: q: cōbusta ⁊ euersa ciuitate cū templo: lilee eos de tota terra ꝓmissiōis eiecit ⁊ i captiuitatē redegit ⁊ p totū mūdū dispsit. Et hūiles xp̄ianos de ppl'o gentili p maiori parte exaltauit. Jtē

Luce. ſ. Jacobi iuj. 1. Pe. v. ⁊ iij. q. ſ. multi.

Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes.

¶ Nō solū deposuit eos de sede sacerdotali ⁊ iudiciali ⁊ de loco et regno: ⁊ priuauit eos bonis tpalibus q̄bus gloriabant ⁊ supbiebāt in mente cordis sui: sz etiā ꝓhibuit eos bonis spūalib⁹ q̄bus aīa reficit. Vñ ipsi q̄ se reputabant diuites in bonis spūalib⁹ sacre scripture: ⁊ in meritis sacrificiorū ⁊ oblationū mīserūt inanes ⁊ vacui qz nec habēt intelligētiā scripture: imo manēt ceci: nec sacrificia ⁊ opa legis sunt eis salutifera: imo mortifera post publicationē euāgelij. Sz gētiles q̄ erāt esurientes xp̄s ipleuit bonis spūalibus legis ⁊ ꝓphetarum: q̄bus illi iudei fuerūt priuati. ¶ Ad cuius intellectū est aduertendū q̄ scriptura legis ⁊ prophetaꝝ erat quidā ager vbi latebat clausus ⁊ absconsus thesaur⁹ euāgelicus ⁊ veritates eius sub nube lre ⁊ cerimoniarū. Et illa sacrificia ⁊ oblationes ⁊ sacramēta veteris legis erāt quedā scrinia ⁊ gazophilacia: in q̄bus tāq̄ in signo latebāt thesauri meritoꝝ passionis xp̄i: quecunq̄ sacrificia nō iustificabāt de se nisi in q̄tū erāt singula figuralia: dabātur in signū veri precij per xp̄m soluendi in cruce: vt dictū est psalmo. xxxix. ⁊ in tractatu cōtra iudeos q̄one prima. Sed scribe ⁊ pharisei superbi in mente cordis sui: putabant se habere verā intelligētiā ⁊ thesaur⁹ sacre scripture: ⁊ putabant sufficienter iustificari ⁊ saluari p sacrificia et oblatiōes ⁊ cetera opa legis. Et sic se reputabant diuites ⁊ cōtētos in intelligētia legis ⁊ prophetarū: ⁊ in obseruātia cerimoniaꝝ. Sz hoc nō poterat fieri sine xp̄o in lege ꝓmisso q̄ debebat detegere thesauros absconditos in agro sacre scripture: ⁊ cōfringere vectes ferreos a pctōrū. vt ptz Esa. xlv. Et ideo dicit eis xp̄s Jo. v. Scrutamini scripturas in q̄bus vitā putatis habere: q: ille testimoniū ꝓhibent de me. Et si creditis moysi crederetis forsitan ⁊ mihi. In q̄bus v̄bis ostēdit xp̄s q̄ scribe ⁊ pharisei falso se putabāt habere vitaꝫ in scripturis sm intellectū eorū: ⁊ nisi intelligerēt eas ad sensum verū ⁊ spūalē de xp̄o q̄ erat finis ⁊ veritas scripturaꝝ: ⁊ ideo mīserunt ceci ⁊ inanes in sua falsa intelligētia: ⁊ vacui ⁊ famelici in meritis sacrificiorū: q: illa scriptura nō erat de se vera nisi in q̄tum erat signū veritatis euāgelice: et fuerūt verificata per xp̄m: nec illa sacrificia sacramēta erāt meritoria: nec de se cōferebant gratiā: nisi in q̄tum erant signacula fidei ⁊ gratie date per xp̄m: q: lex p moysen data est gratia q̄ ⁊ veritas per xp̄m facta est. Joh. i. Et ideo illi fuerūt vere diuites ⁊ refecti qui receperūt fidē xp̄i ⁊ gratiam xp̄i per ecclesiastica sacramēta sicut fuit populus gētilis: q̄ ante aduētū xp̄i esuriebat: ⁊ ideo dicit virgo maria: q̄ xp̄s in suo aduētu gentiles qui ante erant esurientes sine lege ⁊ prophetis: implevit bonis spūalib⁹ gre et glie: sed diuites iudeos qui se putabāt habere diuitias scrīt i littera legis dimisit inanes ⁊ vacuos ⁊ famelicos in bonis spiritualibus. ¶ Sed hic sunt duo videnda. Primo qui sunt isti esurientes: ⁊ quare dicuntur esurientes: ⁊ qui sunt isti diuites. Scdo q̄bus bonis de⁹ satiauit ⁊ implevit istos esurientes. ¶ Quātū ergo ad primum est notandum q̄ sicut dictum est psal. cxviij. sup illud. Lōcupiuit aīa mea desiderare ⁊c. q̄ differentia est inter simpliciter desiderare ⁊ esurire siue sitire. Nam esurire ⁊ famescere ⁊ sitire addit conatū ⁊ necessitatē sup desiderare: ⁊ sic esurire siue famescere idem est q̄d desiderare ⁊ appetere calidū cibū ⁊ frigidū ꝓpter restaurationē deperditi ⁊ sitire idē est q̄d desiderare humidū ⁊ frigidū ꝓpter restaurationez deperditi ⁊ hoc cū omni conatu ⁊ necessitate. vnde quis fastidiōs vnū cibum et abūdantia p̄t aliuz desiderare: puta satiatus carnibus caprinis p̄t desiderare carnes gallinarū ⁊ ecōuerso: sed iste talis q: nō esurit: nec famescit: ideo nō curat multū inquirere talē cibū: ⁊ sic aliq̄s fastidit⁹ aqua p̄t desiderare vinū absq̄ necessitate: ⁊ sic est dicēdū q̄ nō sitit vinū. sicut nec ille alius esurit cibū. Nā si iste esuriret cibū cū oi conatu quereret ipm: et illico comederet quēcunq̄ cibū inueniret: ⁊ sic sitiēs quereret cū conatu potū: ⁊ illico biberet siue aquā siue vinū ꝓpter vehementem appetitū ⁊ necessitatē. Jta ergo a simili est dicēdū de esurie ⁊ sitispirituali. Nā multi desiderāt cibum ⁊ potum spūalem ad salutē aīe: ⁊ ad restaurationē gratie deperdite: ⁊ tñ nō esurūt neq̄ sitiunt: q: nō apponūt conatū ⁊ diligentiā ad querendū ⁊ recipiendū cū habēt opportunitatē. Vñ q̄libz aliq̄s adulter vel fornicator: vel auar⁹ desiderat errare a petōr: ⁊ facere penitētiam: ⁊ restituere ablatum: sed nō facit ꝓpter amorē carnis ⁊ pecunie. Et ideo est figuraliter q̄ nondū esurit: nec sitit iusticiā ⁊ salutē aie: nec recuperare gratiā deperditā q: si vere esuriret ⁊ sitiret iustificari: statim ad verū intellectū diuit xp̄s Mat. v. Beati qui esuriunt et sitiūt iusticiā: q̄m ipi saturabunt. Vñ notāter dicit. beati qui esuriūt et sitiūt iusticiā: et nō dicit beati q̄ iustificātur. Nā aliquis infidelis esuriens et sitiēs iusticiā: p̄t venire cū omni conatu ad baptisandum: sed mortif in via: et ideo talis est solo esurie et siti iusticie iustificatur et baptizat baptismo flaminis: ⁊ per cōsequēs beatificat. Jtē si aliq̄s petōr ad deū cōuersus veneris concito gradu ad pniam et cōfessionē mortal⁹ in tali intervallo: tunc ille est tali esurie et siti et desiderio cōfitendi iustificat: et p consequēs beatificatur i spe. vt ingt Aug. lib. de pnia. Qui est solo desiderio sacerdotis fit dign⁹ venia: ⁊ ꝓdest saluator: q̄ beati q̄ esuriūt et sitiūt iusticiā. Cū oi conatu et diligētia querūt. Et cū inueniūt eam gratāter suscipiūt: et tenēt et cū gaudio custodiunt. ¶ Ex his oībus ptz q̄ scribe et pharisei et principes sacerdotū ⁊ ceteri iudei carnales ⁊ occecati in reb⁹ tpalib⁹ nō esuriebāt: nec sitiebāt salutē aie: nec verū messiā i lege ꝓmissum: ⁊ ipm desiderarē ⁊ spectarēt: q: nō desiderabāt ipsi ꝓpter bona spūalia: sed tpalia. Et tō fastidientes bona spūalia nō recte ⁊ cū esurie ꝓcurabāt xp̄m messiā in lege ꝓmissum: nec tenuerūt ⁊ receperūt cū q̄si ipe venit ad eos: ⁊ vocabat eos volēs eos iustificare ⁊ saluare. Et tō dicit eis. scrutamini scripturas i q̄b⁹ vitā putatis h̄re: q: ille testimoniū ꝓhibet de me. Jtē si moysi crederetis: crederetis forsan mihi q: ille de me scripsit. Jo. v. Jtē lux venit i mūdū: ⁊ dilexerūt hoies magis tenebras q̄ lucē: erant em eoꝝ mala opa. Jo. ij. q. d. ꝓpter auaritiā ⁊ supbiā ⁊ bona tpalia cōtēpserūt xp̄m ⁊ bona spūlia. Ecce quō reputātes se diuites in bonis tpalibus fastidierūt ⁊ cōtēpserūt diuitias spūales ⁊ bona spūalia gre ⁊ glie: q̄ xp̄s afferebat ⁊ sic nō fuerūt esurientes: ⁊ sz fastidientes bona spūalia. tō xp̄s dimisit eos inanes. Sz ꝙgo maria ⁊ ioseph ⁊ symeō ⁊ zacharias ⁊ apl'i ⁊ gētiles q: vere esurierūt ⁊ sitierūt: ⁊ cū conatu vehemēti q̄siērūt saluatorē: ⁊ cuz venit ad eos: nouerūt ⁊ receperūt eum. Jdeo eos esurientes ipleuit bonis spūalib⁹ gre in p̄nti: ⁊ glie in futuro. Et iudeos diuites ⁊ fastidientes dimisit inanes ⁊ vacuos bonis spūlibus in sua dānatiōe. Et dimisit etiā eos fructuosos ⁊ inanes in sua spe ⁊ intentione: q: i pericula ⁊ mala q̄ vitare putabāt inciderūt ⁊ totū oppositū ei? q̄d sperabāt: euenit eis vt dictū est. Dupl'r ergo scribe ⁊ pharisei ⁊ principes sacerdotū ⁊ ceteri iudei obstinati dñr diuites. Primo q: tota sua spe ponebāt i diuitijs tpalib⁹ ⁊ toto conatu illas querebāt. Scdo q: soli ipi habebāt p̄ manib⁹ legē ⁊ ꝓphas i q̄bus latebāt diuitie spūales: sed propter diuitias tpales. diuitias spūales quas habebāt fastidiebāt: ⁊ cōtēnebāt. Sed ꝙgo maria ⁊ ioseph ⁊ zacharias ⁊ apl'i dicti sunt esurientes. Primo q: cū oi conatu ⁊ vehemēti desiderio ꝙrebāt xp̄s ꝓpter bona spūalia. Scdo q: cū viderūt eū lico cū gaudio tenuerūt ⁊ custodierūt eū: vt infra patebit. Et tō ipleuit eos bonis spūalib⁹: ⁊ sic dicēdū de ppl'o gentili qui recepit xp̄m ad solā ꝓdicationē apl'oꝝ. ¶ Quātum ad scdm est dicēdū q̄ xp̄s multiplici bono repleuit fideles esurientes ⁊ sitientes iusticiā. Nā in ꝓnti vita repleuit eos bonis gre: sz in futuro bonis glie. Sz est aduertendū q̄ tria sunt ggia bonoꝝ gre q̄bus repleuit eos i hac vita ⁊ eccl'ia militāte. Nā q̄dā dūr bona gre sacroꝝ: q̄dā bona donoꝝ spūs sancti: q̄dā bona meritoria et obseruātia preceptoꝝ ⁊ cōciliorū euāgelicoꝝ. Vñ bona gre sacroꝝ sunt septē cōtra septē mala q̄ tractim? et petō ꝓnoꝝ parentū. s. tria mala culpe: ⁊ tria mala pene. Et tō dedit ⁊ istituit nobis xp̄s septē ecclesiastica sacra i remediū istoꝝ malorū: tria enim mala cl'pe sūt cl'pa originalis ⁊ mortalis ⁊ venialis. Jō ꝙ̄o instituit baptismū: i q̄ dat fides spes charitas in habitu sit cū gra gratificat: ꝓ quā delet originale. Scdo istituit pniaz ꝓ quā delet culpa mortalis ⁊ fit remissio oīs mortalis. Tertio istituit extremā vnctiōez ad delēda venalia. Mala aūt pene sunt tria. s. separatio a deo p petm. Et tō istituit eucharistiā: ꝓ quaz deo reconciliamur. Secundum ma'ū pene: est in-

Esurie quid sit.

Sitit iustitiā q̄ agit penitentiam.

Tria genere bonorum gratie.

Mala pene tria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

No. de arcu federis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viere.xxxi. Nouū creauit dñs sup terram: femina circūdabit virū ꝛc. Item.c.xxxiij. Germinare faciam dauid germē iustū: ꝛ faciet iudiciū ꝛ iustitiam in terra ꝛ saluabit iuda ꝛ hierusalē ꝛ hoc est nomē quod vocabūt eum. Dñs iustus noster ꝛc. Itē Ezech.xxxvi. Cū sanctificat⁹ fuero in vobis effundā sup vos aquam mundā: ꝛ mundabimini ab oībus inquinamētis ꝛc. In serta aūt etate locutus est dñs p angelum gabrielē ipsi Danieli dicens. Septuaginta hebdomade abbreuiate sunt super populū tuum: et sup vrbem sanctā tuam vt cōsummet⁹ preuaricatio: ꝛ finē accipiat peccatū ꝛ deleatur iniquitas: ꝛ inducat⁹ iustitia sempiterna ꝛ impleat⁹ visio ꝛ pphetia ꝛ vngat⁹ sctūs sctōrū ꝛc.

Aggeꝰ. Item in eadē serta etate pmisit deus ipsi aggeo mittere filiū suum in illud scōm ꝛ vltimū templū dicēs. Adhuc modicū est. Et ego cōmouebo celū ꝛ terrā ꝛ mare ꝛ aridā: ꝛ mouebo oēs gentes. Et veniet desiderat⁹ cunctis gentibus ꝛ implebo domū istā⁹ gloria. Dixit dñs: magna erit gloria domus istius nouissime plusq̄ prime ꝛc. Item zacha.ij. Lauda ꝛ letare filia syon: q: ecce ego venio ꝛ habitabo in medio tui. Et applicabūtur gētes multe ad dñm in die illa: erūt mihi in pplm ꝛc. Item c.ix. Ecce rex tuus venit iust⁹ ꝛ saluator: ipse pauper sedēs sup asinā ꝛ super pullum filiū asine ꝛc. Item vltimo in eadem serta etate locutus est dñs Malachie.iij. dicēs. Ecce ego mitto angelū meū et pparabit viam ante faciē meā ꝛ statim veniet ad templū sanctū suum dñator quē vos queritis: et angelus testamēti quē vos vultis ꝛc. Quequidē prophetia simul cū pphetia aggei fuit iplera: qñ virgo maria psentauit xp̄m filiū suū Symeoni in templo. Q: tūc suscepit isrl' puerū suū: sicut deus locut⁹ fuerat ad pfes nros ꝛ. pmiserat ipsi Abraā et semini ei⁹: successiue p scla ꝛ etates. Et sic ptz quō ꝛ qñ ꝛ ad quos patres locut⁹ ē dñs in testamēto veteri: pmittēdo xp̄m vēturū. Et quō hoc pmi fit ipsi abraā ꝛ semini ei⁹ in scla. Et ideo dicit virgo maria pcludēdo canticū suū q̄ ipsa magnificat dñm agendo gr̄as: q: iam suscepit isrl' puerū suū: recordat⁹ mie sue: sicut locut⁹ est ad pfes nostros abraā ꝛ semini eius in scla. Vñ notandū q̄ deus dupliciter fuit recordat⁹ mie sue. i. ad modū recordātis se habuit. Primo pmittendo filiū suū in carnē ad saluandū pplm: sicut dicit Augu. lib. cur deus hō. Q: ne desperaret adā ꝛ sui successores misertus dñs pmisit filiū suū in carnē. Secōo fuit dñs recordatus mie sue mittēdo ipsum sicut promisit. Et ideo ly recordat⁹ mie sue pōt dupliciter ordinari. Uno modo cū ly sicut locut⁹ est: vt sit sensus: q̄ iam suscepit israel puerū suū: sicut dominus recordatus quondā mie sue locutus est ad patres nostros. Secōo modo ly recordat⁹ mie sue pōt facere oratiōnē p se per verbū substātiuū sub intellectū referēdo ad xp̄s missiōis: vt sit sensus q̄ iam suscepit isrl' puerū suū: eo q̄ deus in hac septima etate recordat⁹ est mie sue mittēdo filiū suum: sicut quondā locutus est ad pfes nostros ꝛc. Itē est aduertendū q̄ ly abraam est datiui casus indeclinabiliter: sicut hoc nomē abraā frequēter ponitur indeclinabiliter per oēs casus: sicut ibi

Deꝰ fuit dupl'r recordat⁹ mie.

de⁹ abraā de⁹ iacob ꝛc. Itē psal.ciij. Memē abraam serui ei⁹. ꝛ regis ab illo verbo locut⁹ est: iterū repetito referēdo ad diuersa: vt sit sensus. s. sicut de⁹ locutus est ad patres nostros p̄ie ꝛ secunde etatis: sez adā ꝛ Noe. Et sicut locut⁹ est ipsi abraam ꝛ semini eius. ℣ ¶ Iterū est aduertēdū q̄ ly in secula: dupliciter potest ordinari. Primo cum ly recordat⁹ mie sue. ꝛ tūc ē idē qđ in eternū: ꝛ sit sensus: de⁹ recordatus mie sue in secula. i. ineternū: q: ineternū misericordia ei⁹. Alio mō pōt ordinari cū ly locutus est. Et tūc idē est qđ p secula. i. p singula secula ꝛ etates: sez israel suscepit puerū suū: sicut de⁹ recordat⁹ mie sue: locut⁹ est: quōdā p singula secula ad patres nostros: ꝛ locutus est p singula secula successiue Abraā ꝛ semini ei⁹. Nā i primo seculo ꝛ etate mūdi locutus est ad adā: ꝛ in secūdo seculo ad noe. Et in tertio seculo locutus est ipsi abraā: ꝛ sic successiue semini eius. Naz in quarto seculo locutus est ipsi moysi. Et in ḣnto ipsi dauid ꝛ isaac ꝛ hieremie ꝛ ezechie ꝛ ceteris. Et i sexto locutus est Danieli ꝛ aggeo ꝛ zacharie ꝛ malachie. Sz in septimo seculo deus adimpleuit qđ pmiserat oībus supradictis: q: misit filiuz suū in carnē. Et sic israel suscepit puerū suū iesuz sicut de⁹ recordatus mie sue oībus supradictis p singula secula pmisit. £ ¶ Et in hoc cōcluditur psalteriū decachordū ꝛ cāticū nouū virginis Marie. Quodquidē canticū benemerito ōr psalteriuz decachordum, pter eius cōcordiam ꝛ pportionatam harmoniā ꝛ melodiam. Nā nullū canticū reperit⁹ in sacra scriptura cū tāta harmonia ꝛ pportione artizatū. Habet essi decē chordas: quarum nulla discrepat ab alia: imo prima cōcordat cū vltima: ꝛ ecōuerso: ꝛ semp media cōcordat cū precedente ꝛ subsequente: ꝛ vita eius nō in reb⁹ mūdanis: sz in deo salutari suo exultās in vñ saluter redēptione. Itē maria exultauit i deo salutari suo eo q̄ dñs respexit humilitatē eius faciēdo ipsam matrē suā. Et q: fecit ipsam matrem suam. Ideo dicit eaz beatā oēs generatiōes: imo ideo dicunt eā beatā oēs generationes: eo q̄ dñs q̄ potēs est ꝛ nomē ei⁹ sanctū fecit ei magna. i. magnificauit eam magnis priuilegijs: ꝛ supradictis. cū dignitatib⁹ eā sup oēs alias puras creaturas dignificauit. Itē q: deus potēs est ꝛ sanctū nomē ei⁹. Jō nō solum extendit potentiam ꝛ miam suā ad matrē suā. Sed etiā mia ei⁹ successiue ꝓcessit a progenie in ꝓgenies. Et ꝓfuit ꝛ subuenit oībus timentib⁹ ꝛ credentib⁹ in eū. Et sic in ꝑtū de⁹ ꝛ sctūs est mia cū oib⁹ timentib⁹ eū. Sz inquātū potēs fecit potentiā i brachio suo: qđ est verbuz incarnatum ꝛ filiū ei⁹ ꝓtra oēs superbos ꝛ obstinatos: cuz q̄bus nō est vsus mie: sz potētia ꝛ iusticia: q: dissipat omnes demones ꝛ iudeos ꝛ obstinatos superbos de superba mēte ꝛ mala intētione cordis sui. Nā depositis oēs supradictos potentes de sede potestatis in qua sedebāt: ꝛ exaltauit humiles ꝛ obedientes ꝛ fideles. Nā loco demoniū exaltauit homines iustos in sedes eoꝝ. Et loco scribaꝝ ꝛ pharisēoruz ꝛ sacerdotū exaltauit apl̄os: oēs xp̄ianos i sacerdotiū ꝛ intelligentiā legis. Et loco tyrānoꝝ exaltauit xp̄ianos reges ꝛ imperatores. Itē furientes

Nota.

Quare hoc cāticū dicat⁹ cachordum.

gentiles ad fidē cōuersos impleuit bonis gratie in presenti et glorie in futuro: sed iudeos diuites in lege ꝛ pphetis reputatos: dimisit inanes ꝛ vacuos: ꝛ priuauit bonis supradictis. Sz q: ofa ista fecit xp̄s in suo aduentu qui est brachiū dei. Ideo israel suscepit puerū suum iesum qui fecit omnia supradicta. Et ideo israel suscepit eum: eo q̄ ipsi israel fuerat promissus: sicut deus recordatus mie sue locut⁹ est quondā ad patres nostros in prima et secūda etate. Et postea locutus est ipsi abraam et semini eius in secula. i. per singulas etates ꝛ secula successiue: eo modo quo dictum est.

¶ Et sic explicitū est canticū virginis Marie cum eius expositione.

¶ Prefatio in canticum zacharie.



Quoniam autē ꝛ cōpleta expositione cantici virginis Marie rursus fui rogatus a quibusdā sacerdotibus filijs meis vt post tantum laborē assumptū nō omitterē ceteraria cantica euāgelica: puta canticum zacharie: ꝛ symeonis: ꝛ āgelorū. Et ideo de notioni eoꝝ satisfacere cupiens in expositiōe supradictoꝝ canticoꝝ breuiter me expediā. ¶ Ad quoz ḡnalem intelligentiā est notandū q̄ ly cāticа vtriusq̄ testamēti fuerūt facta semp ad laudē dei agēdo gratias ꝓ aliquid⁹ būficijs receptis. Tamē est differētia inter cāticа noui te. ꝛ ve. Nā cantica ve.te. semp fuerunt facta agēdo gratias ꝓ aliquibus bonis tpalibus tunc receptis: sed prout figurabāt ꝛ significabāt futura būficia nre redēptionis cōferenda in nouo testa. per aduentū xp̄i. Quia aliter illa cantica nō pertinerent ad sacrā scripturā sicut pluries dictū est. Sed cāticа euāgelica nō sunt facta ꝓ būficijs tpalibus sed ꝓ būficijs spūalibus per illa beneficia tempoꝝ alia ve.te. figuratis. Quequidē beneficia spiritualia recepim⁹ in aduentu xp̄i. Et sic cāticа euāgelica sunt gratiarū actiōes: eo q̄ iam recepimus būficia nr̄e redēptiōis q̄ in ve.te. fuerūt promissa et desiderata ꝛ figurata et vaticinata de futuro. Et ideo cantica euāgelica sunt potiora ꝛ digniora ꝑ legalia ꝛ pphetica. Quia potior est possessio

Cantica potiora sunt euāgelica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝯ spes. Et potio: finis ꝯ ea que sunt ad finē. Sz q: sicut incarnatio ⁊ natiuitas xpi fuit finis legis veteris: ita fuit ꝑncipiū nostre redēptiōis. Ideo in incarnatiōe et natiuitate xpi facta sunt ꝙttuor cantica per quattuor dignas ⁊ autenticas psonas et hoc successiue agendo gras p̄o aduēm xpi nostre redēptionis ⁊ salutis autoris. ¶ Quorū ꝑmū cāt̄auit virgo maria in domo elisabeth paulo post incarnationē dicens. Magnificat aīa mea dñm. De quo supradicta expositio facta est. Secū dum cant̄icū cāt̄auit zacharias in tertio mēse ab incarnatione xpi in natiuitate iohānis baptiste precursoris eiusdez xpi: dicens. Benedict⁹ dñs deus israel ⁊c. Tertiū cantarūt angeli in die ⁊ hora natiuitatis eiusdē saluatoris dicētes. Gl̄ia in altissimis deo ⁊c. Quartū tandē cāt̄icū cāt̄auit Symeō iustus. rl. die post natiuitatez xpi qū fuit in tēplo presentat⁹ dicēs. Nūc dimittis seruū tuū ⁊c. Sed quia cāt̄icū virginis superi⁹ fuit expositū. Et ideo cetera tria cantica supno suffragāte ꝑsidio sunt nobis breuiter dissereda. Est verū: q̄ tz cāt̄icū angelo: ū sit tertiū in ordine tpis ⁊ scripture euāgelice: tñ est ꝑmū in ordine expositiōis. Ideo ꝑmo ad expositionē cāt̄ici zacharie est accedendū

Benedict⁹ dñs de⁹ israel ⁊c.

¶ Ad intellectū ⁊ argumentū huius cantici est notandū: ꝓout scribitur Luc. i. Quod circa tēpus incarnationis xpi inter fideles illius: ꝑ oris: in q̄bus manserat vera fides ⁊ spes israel ⁊ abrae de xpo futuro ⁊ mysterio nostre redēptionis: fuit vnus zacharias vir elisabeth. vnus de. xxiij. sacerdotib⁹ electis q̄ 5m vices suas et hebdomadas ministrabāt in tēplo. Et ideo cum iste zacharias vir sanctus ⁊ iustus videret sceptrū de iuda esse ablatum ⁊ regnū ideorum in potestate Herodis viri alienigene ⁊ tyr̄āni qui multis modis affligebat popul̄ū: ⁊ videret populum indeorū deprauatū per falsam doctrinā et fermentū scribarū ⁊ pharisеorū qui iam deprauauerant ⁊ corruperāt scripturā legis ⁊ prophetarum falso modo ⁊ ad suum lucrū glosando. Et videret instare tēpora aduentus messie: eo q̄ iam erant cōplete. lxij. hebdomade Danielis prophete: in quarū fine ꝓmissus xpus debebat venire. Vnde est q̄ diebus ac noctibus deum orabat vt deus mitteret xpm filiū suum ad liberandū genus humanū de seruitute peccati: ⁊ ad liberandū illū populū ab erroze scribarū ⁊ pharisеorū et hereticorum. Et de manu herodis tyr̄ām: vt oēs libere et recte possent deo seruire in iustitia ⁊ veritate ⁊ sanctitate 5m verum intellectum sacre scripture. ¶ Sed factū est cum zacharias fungerek officio sacerdotali in tēplo 5m vicem suam quadam die apparuit ipsi angelus gabriel stans a dextris altaris incensi qui dixit ipsi. Non timeas zacharia q̄m exaudita est depr̄ecatio tua: de acceleratione aduēt⁹ xpi supple. Tūm elisabeth uxor tua: pariet tibi filium. Et vocabis nomen eius iohannē. Et erit gaudiū tibi⁊ exultatio. Et multi in natiuitate eius gaudebūt: eo q̄ ipse erit precursor xpi: quē totus mūdus ocidebat sup. Unde iste puer spiritusancto replebit adhuc et vtero matris sue. Et multos filiorū israel cōuertet ad dñm deum ipsorum. Et ipse preibit ante illū. i. xpm in spiritu ⁊ virtute helye: vt cōuertat corda patrū in filios ⁊ incredulos deprauatos p̄ scribas ⁊ pharisеos cōuertat ad prudētia ⁊ verā intelligētia iustorū parare. i. ad parendū dño plebē perfectā: q: preparabit corda eoꝝ vt recipiāt xpm ⁊ legē iustitie eius ⁊ euāgelice vitatis ⁊c. Sed q: zacharias dubitauit in vōis angeli. Ideo mansit mutus nō loquēs vsq̄quo verba angeli fuerūt impleta: vt ꝑz Lu. i. Et ideo post ꝯ elisabeth cōcepit iohānē baptistā. In mēse sexto idē angelus gabriel missus a deo nūciauit marie virgini incarnationē filij dei et ea dādo ipsi exēplū de elisabeth q̄ cōceperat filium in senectute sua. Ubi post ꝯ virgo maria cōcepit filiū dei illico exurgēs abijt cū festinatiōe a nazareth in iudeā: ⁊ ingressa domū zacharie salutauit elisabeth. Et mānsit cū ea tribus mensib⁹ vsq̄ ad natiuitatē iohānis baptiste: quē suscepit virgo maria i manib⁹. Et interrogauit zachariā quem vellet vocari eum: q̄ accepto pugillari scripsit dicens. Johānes est nomen eius. Et tunc apertū est os zacharie. Et plenus spūsancto: ꝓout xpus erat ⁊tens in utero virginis inspirauit in eū agens deo gratias cāt̄auit hoc cant̄icū dicēs. Benedictus dñs deus israel. In quoquidē cantico duo principaliter facit. Nā primo agit gratias q: iam venit xpus ad complendū oīa ꝓmissa patriarchar⁹ ⁊ prophetarum. Secō dirigit verba ad puerū natum cōmendando ipsum de officio ꝑcursoris: q: erat precursor xpi. Scīa ibi. Tu puer propheta altissimi ⁊c.

Maria suscepit Johānē in manibus.

¶ Ad intellectū ergo prime partis est notandum q̄ tota sacra scriptura legis ⁊ ꝓphetarū frequenter appellat testamentū dei: cuius ratio est. Nam testamentū ōr a testādo: q̄ idem est q̄ affirmare. Et ideo vtriusq̄ iuris professores dispositionum omniū bonor̄ cōfirmatā per mortē testatoris appellant testamēta. Tūm diffiniūt res testamentū dicunt: q̄ testamētū est vltima voluntas testatoris. i. dispositio oīm bonor̄ per vltimā voluntatē testatoris confirmatā: vltimā aut̄ voluntatē appellat illam q̄ per mortē finitur ⁊ confirmatur. Et ideo nunq̄ dispositio testa. est valida nec confirmata nisi per mortez testatoris: eo q̄ per totū tēpus añ testator potuit mutare voluntatē: ⁊ per oēs dispositionē suoꝝ bonor̄. Et ideo heres nō recipit hereditatē nisi post mortē testatoris: ⁊ ideo illa dispositio oīm bonor̄ q̄ facta est p magnū rēs per testatorē nō dicit donatio nec cōcessio: sz quedā spōsatio ⁊ ꝓmissio q̄ non sortit effectū nisi p mortem testatoris. Et q̄bus osbus ꝑz q̄ tota scriptura legis ⁊ ꝓphetar̄ añ aduentū xpi: nō ꝓprie poterat dici testamētū respectu illius ppli: sz sola dispositio te. in q̄tū ꝓmittebat eis xpm in carne venturus: q̄ eos de seruitute petī debebat liberare: et bona spūalia gratie ⁊ glorie in hereditatē conferre. Sed respectu dei semp dictū est testamentū in q̄rum voluntas dei semper fuit ⁊ est firma et immutabilis. Sed respectu illorum fideliū et nostri nunq̄ fuit verum testamentū: vsq̄quo per christū

Scīm dicit mēcum.

et eius mortē fuit cōfirmatū. Ubi xpus deus qui olim illud testū disposuerat p promissiones factas patriarchis ⁊ ꝓphetis. Postea veniēs in carnē confirmauit p sua mortē et passionē. Et ideo tunc oēs fideles vete. test. simul nobiscū receperūt repromissiones. vt inquit apl̄us ad Hebre. ix. Et sic ꝑz qualiter testū nouum: mil aliud est: nisi confirmatio vete. te. facta p xpm in sua incarnatione ⁊ conuersione ⁊ morte ⁊ resurrectiōe ⁊ ascēsione. Et ideo tota scriptura vtriusq̄ legis nō est nisi vnum testū. i. ante aduentū xpi dispositū: ⁊ p aduētum xpi confirmatū: q: tota sacra scriptura vete. leg. nil aliud fuit nisi q̄dā dispositio testa. Jō ꝺ psal. lxxxviij. Disposui testū electis meis. sed tota scriptura no. legis nil aliud est nisi cōfirmatio veteris facta per mortē xpi. Ideo dixit salnator: hic calix nouū testū est in meo sanguine. i. p meū sanguinē nouiter cōfirmatū. i. ad Hebr. ix. Et ideo hec est causa quare patriarche ⁊ ꝓphete ⁊ oēs fideles vete. test. cū tanto affectu desiderabant aduentū xpi. i. vt veniret ad confirmandum testū suum: ⁊ vt reciperēt ꝓmissiones faciendas de bñficio redēptiōis. Et hec est causa quare virgo maria ⁊ zacharias ⁊ symeō: cantarūt cantica nouo agendo gras in cōceptiōe ⁊ natiuitate xpi eo q̄ per xpm totū testū amētū vetus in breui erat cōfirmandū: immo iam incipiebat cōfirmari. Et ideo est videndū q̄ sunt illa bona in veteri te. ꝓmissa ⁊ in nouo testa. per xpm confirmata ⁊ completa p quibus zacharias agit gras i hoc cāt̄ico.

Not. bona ꝓmissa in vete. ⁊c.

¶ Ad quod ꝺr q̄ primo xpus ꝓmisit venire in carnē ad visitandū plebē suaz ⁊ omes suas. vt ꝑz Ezech. xxxiij. Secō ꝓmisit redimere ppl̄m suū: vt ꝑz psal. cxxix. Tertio ꝓmisit exaltare regnum dō spūale de ipso carnē assumendo: vt. ij. reg. vij. ⁊. xxiij. ⁊ psal. lxxxviij. ⁊. cxxxi. Hoc idem ꝑz Esa. vij. ⁊. xl. ⁊ Dier. xxiij. ⁊. xxxiij. ⁊ Ezech. xxxiij. Sz talis ꝓmissio prius facta fuerat ipsi abrae. Et ió zacharias in hoc cantico agit gras: q: oēs illas ꝓmissiones putat esse cōpletas postq̄ mysterium incarnatiōis erat factū: eo q̄ xpus in carne assumpta oīa illa erat in breui cōpletur⁹. Et ideo dicit

Luce. j. Benedictus dñs deus israel: quia visitauit ⁊ fecit redemptionem plebis sue.

¶ Quasi dicat. q: iam visitauit nos per suaz presentiam ⁊ predicationē et miraculoz operatiōes. Et iam facit redēptionem plebi sue per suam mortem ⁊ passionem.

De cōse. d. iij. c. vlt. ⁊. ij. regū. vij. Ezechi. xxxiij. pō. xxxix. De cōse. di. ij. ite ratur. Esa. vij. ⁊. ix.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locut⁹ est per os sanctorū: qui a seculo fuit ꝓphetarum eius. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omniū qui oderūt nos. Ad faciendam miam cum patribus nostris: et memorari testamēti sui sancti. Jusiurandū quod iurauit ad abrā patrem nostrum: daturū se nobis. Et sine timore de manu inimicoꝝ nostroꝝ liberati seruiam⁹ illi.

Gen. l. ⁊. xxij. vij. q. j. Suggestū. ⁊ de cō se. dist. iij. c. p rie.

Naturā humanaz erexit ꝙttuor modis.

se nobis ī carnē ad redimēdū nos per mortem et passionē per figurā sacrificii ipsius isaac: z p̄m molatiōez illi⁹ arietis. vbi dixit dñs. Per memet ipsum iurauī: q: fecisti rem hāc multiplicabo semē tuū sicut stellas celi ⁊c. Et in semine tuo b̄dicentur oēs gentes. Et semē tuū. s. xp̄s possidebit portas inimicoꝝ suoꝝ. i. expoliabit infernū ei⁹ portas eneas cōfringādo. Et eiecto principe huius mūdi forias subiciet z possidebit ppl'm gētilē. Et ideo subdit zacharias dicens dñs Jesus adimplerit iusiurādū: qđ iurauit ad abrā ā p̄em nostrū veniendo in carnē z p mortē z passionem nos liberādo: vt liberati de manu diaboloꝝ z infidelium inimicoꝝ nostroꝝ libere z sine timore seruili seruiamus illi in sctitate z iustitia in lege euāgelica que sctificat z iustificat hominē: quequidē lex euāgelica data p̄ christū ōr lex libertatis amore future btitudinis. Et nō ōr lex seruituris formidine penalis: sicut lex moysi: nec onerosa iugo cerimoniarū sicut illa. Jtē euāgelica ōr lex iustitie: q: iustificat p fidē articuloꝝ z per charitatē z obseruātiam p̄ceptoꝝ: non solū in effectu: sed etiā in affectu. Et ōr lex sctitatis: q: sctificat per gr̄az sacramentoꝝ. Et iō dicit vt sctitate z iustitia seruiam⁹ illi oībus diēb⁹ nostris: eo q̄ lex vetus sub qua timore seruiebam⁹ nō de se sctificabat nec iustificabat nisi per solā fidem xp̄i futuri. put frequēter dictū est. ¶ Nota etiā q̄ tota ista cōstructio z sentētia potest dependere ab illo versu. s. sicut locutus est p os sanctoꝝ ⁊c. vt sit sensus. Benedictus dñs deus isr̄l: q: visitauit z fecit redēptionē plebi sue. Et erexit cornu salutis nr̄e ⁊c. sicut locut⁹ est. s. sicut p̄misit p os sanctoꝝ p̄pheterū eius. Nam ipse locut⁹ est. i. loquēdo p̄misit salutē ex inimicis nr̄is. i. promisit mittere saluatorē: qui saluaret et liberaret nos de inimicis nostris tā diabolis q̄ infidelibus z de manu z potestate oīz inimicoꝝ qui oderūt nos. Et hoc locut⁹ est z p̄misit per samuelē: z nathā. Et per ipm dō psal. lxxxviij. dicēs. Inueni dauid seruū meū: oleo sctō meo vnxi eū: manus enī mea auxiliabit ei. Et brachiū meū cōfortabit eū. Nihil p̄ficiet inimic⁹ in eo z filius iniquitatis: diabol⁹ nō apponet nocere ei. Et cōcidaz a facie ei⁹ inimicos ei⁹: z odientes eū in fugā conuertā. Jtē iā xp̄s visitauit plebē suā: z venit ad faciendā miam patribus nr̄is. sicut locut⁹ est z p̄mi sit in eodē psalmo dicēs. Misericodias dñi in eternū cātabo. Qm̄ dixisti in eternū mia edificabit in celis: z p̄parabit mi atua in eis ⁊c. Jtē iam xp̄s erexit cornu salutis nr̄e assumendo carnē de domo dō sicut locut⁹ est in eodē psalmo dicēs. Disposui testm̄ electis meis. Jurauit dauid seruo meo: vsq; in eternū p̄parabo semē tuū ⁊c. Item infra. Et veritas mea z mia mea in ipso: z in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. ¶ Jtē iā memorat⁹ z recordat⁹ est testi sui scti venīdo in carnē sicut locut⁹ est z promisit memorari testi sui dicēs in eodē psalmo. Neq; p̄phanabo testm̄ meū: z q̄ p̄cedūt de labijs meis nō faciā irrita. Jtē in eternum seruabo illi mi am meam. Et testm̄ meum fidele ipsi. Item iā adimpleuit iusiurandū: qđ iurauit ad abraam patrē nr̄m daturum se nobis ī carnem: sicut locut⁹ est z p̄misit ipsi Gene. xvij. Jtē iam venit xp̄s z liberauit nos de iugo legis z de falso fermēto scribarū z phariseoꝝ z dedit nobis legē euāgelicā que est lex libertatis z sctitatis z iustitie: vt de manu inimicoꝝ nostroꝝ non solum demonū: sed etiā scribarū z phariseoꝝ q̄ corruperūt legē z de manu infidelium liberati seruiamus illi in sanctitate z iustitia. Et hoc fecit xp̄s: sicut locut⁹ est z p̄misit Esaie. ij. Quia de syō exibit lex z verbū dñi de hierl'm. Item Hiere. xxxi. Dabo legē meā in corib⁹ eoꝝ: z in viscerib⁹ corū scribā eaz. Jtē Malachie. iij. Erit offerētes dño sacrificia i iustitia: z placebit dño sacrificiū iuda z hierl'z ⁊c. ¶ Propter aūt ea q̄ dicta sunt i hac prima parte est aduertēdū: q̄ ego maria z zacharias z symeon z etiā angeli in q̄ttuoꝝ cāticis euāgelicis tenent mediū inter p̄phetas z euangelistas. Nam p̄phete p̄dixerūt de xp̄o z ecclia ea q̄ erant mere futura. Et apli z euāgeliste scripserunt z predicarunt ea que iā erāt facta z completa. Sed supradicti quattuoꝝ cantarunt de xp̄o et ecclia ea q̄ partim erant facta. s. mysteriū incarnatiōis: et partim incepta: sed nondū cōpleta sicut mysteriū nr̄e redēptiōis. Nam xp̄s a primo instāti sue incarnationis incepit nostrā redēptionē in p̄posito z affectu: p nobis patrē orando. Et etiā in effectu: quia ulico mouit matrē vt iret ad visitādam elisabeth: vt sanctificaret iohānē baptistā. Et sic respectu xp̄i vnicus fuit act⁹ nō interpollatus nr̄e redēptiōis a p̄mo instanti incarnationis vsq; ad ascēsionē iclusive. vt dictū est supra p̄sal. xxix. Et hec est causa q̄re ego maria in suo cāt⁹ co: z zacharias in isto iā p̄dicant futurā redēptionem p verba de preterito: non solū p̄pter certitudinē prophetie: sicut faciebāt p̄phete. Sed etiaz q: mysteriū nostre redēptiōis iam erat inceptuz z de propinquo cōplendū. Et ideo dicit virgo maria. Fecit potentiam in brachio suo ⁊c. Et dicit zacharias. Quia visitauit z fecit redemptionē ⁊c. Et symeon dicit. Q: viderunt oculi mei salutare tuū ⁊c. Et angeli dixerūt. Gloria i altissimis deo. Et in terra pax hoibus ⁊c. Eo q̄ mysteriū nr̄e redemptionis Iz nondū esset completū: tñ iam erat inceptum. Nā qui incepit: plusq̄ dimidium habet vt inquit p̄bus z Notarius. Et ideo isti quattuor loquūtur per verba de p̄terito: q: partiz sunt euāgeliste: z partim p̄phete. vt patet intuenti.

Nota.

Lex euāgelica iustificat.

Et tu puer p̄pheta altissimi vocaberis. mat. xi. z. xxi. q. iij. c. ſā glo.
Preibis enim ante faciem domini parare vias eius.
Ad dandā sciētiam salutis plebi eius: mat. iñ. et ioh. j.
In remissionem peccatoꝝ eoꝝ.
Per viscera misericordie dei nostri: in q̄ de pe. dist. i. c. ſerpēs. malach. tertio.
bus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris z in vmbra mortis sedēt: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

¶ Hec est secunda pars principalis hui⁹ cāticī in qua cōmendat puerū nouiter natū: scz Johannē

Duplex cā huius prophetie.

baptistā in dignitate officij p̄cursoris. Vñ post q̄ in prima parte egit gr̄as de beneficio incarnationis b̄dicendo xp̄m deū incarnatū existentē in vtero virginis marie: nunc autē cōuertit z dirigit verba sua ad Johānē nouiter natū: quē virgo maria tenebat in vlnis suis. Et sic post q̄ suprius p̄dixit xp̄m fore mūdi saluatorē z redēptorē. Vic aūt p̄dixit iohānē baptistā fore xp̄i p̄cursorē. ¶ Ad cuius intellectū est aduertēdū q̄ zacharias ex duplici respectu z noticia loq̄tur̄ ꝺa sequentia in cōmendationē pueri. Nā p̄rio hoc habuerat ex revelatione āgeli gabrielis stātis a dextris altaris incensi: q̄ ipsi reuelauerat cōceptionē z natiuitatē z sctitatē z officiū iohānis: qui ipsi dixit: vxor tua elizabeth pariet tibi filiū ⁊c. Jtez dixit vltra quo ad officiū suum. Multos filioꝝ isr̄l cōuerret ad dñm deū ipsoꝝ. Et ipse p̄cedet ante illum in spū z virtute Helye: vt p̄uertat corda patrū in filios z incredulos ad prudentiā iustoꝝ parare dño plebē p̄fectā: quasi diceret q̄ sicut helyas tanq̄ p̄cursor p̄cedet xp̄m in scōo aduētu ad p̄uertēdos incredulos ad xp̄m: ita iohānes baptista tāq̄ p̄cursor p̄cedet xp̄m saluatorē in p̄rio aduētu dirigendo corda hoīm ad xp̄m recipiendū ⁊c. Sz q: protūc dubitauit zacharias nō credēs ꝺbis āgeli ideo fact⁹ est mutus nō valens loquī vsq; ad circūcisionē pueri. Et iō tūc data ipsi facultate loquēdi manifestauit revelationē ipsi factaz de sctitate et officio pueri dicēs. Tu puer p̄pheta altissimi vocaberis ⁊c. Scōa aūt cā fuit p̄pterie fuit noua revelatio spūssancti. Nā Iz angelus ipsi illa aī revelasset tñ nō potuit tūc capē illud mysteriū. Sz cū virgo maria teneret puerū in manib⁹ loquēs ipsi zacharie perēdo quē vellet vocare eum. Tunc xp̄s emisit spm̄ p̄phetic̄ū in zachariā p vocē virginis marie. Et tc zacharias replet⁹ spūssancto intellexit distincte revelationē factā aī ipsi ab angelo. Et iō p̄phetādo officiū p̄cursoris dicit. O puer tu vocaberis p̄pheta xp̄i saluatoris altissimi. Et nō solū p̄pheta Iz plusq̄ p̄pheta. Nā quē alij p̄phete de lōginquo p̄dixerūt vēturū nūcio digito ostendens venisse dicēs. Ecce agn⁹ dei. Et p̄dicabis ipm de p̄pinquo vēturū ad baptismū z legē euāgelicā daturū. Jtē eris p̄cursor altissimi: em̄ p qz p̄teribus aī dñm iesus xp̄m pare. i. ad parādū vias ei⁹. ¶ Vñ nota q̄ iohānes bap. multipl'r p̄iuit aī xp̄m. Naz primo p̄cuit aī cōceptionē z natiuitatē z p̄cuit ante ipm tanq̄ p̄cursor ad p̄nam faciendā z ad p̄dicationē z ad baptismū z mortē: z p̄nūciauit ipsum in lymbo patrū: z sic etiā multipl'r parauit vias ei⁹. i. p̄parauit corda hoīm ad sequēdū vias xp̄i: z ad sequēdū xp̄m in oībus vijs suis. vñ sicut xp̄s dux z caput z legifer nr̄ p multas vias ducit nos in gloriā suā. s. p viā p̄nie z baptismi z obseruantie legis euāgelice: z p viā p̄secutiōis vsq; ad mortē z passionē. Ita iohānes fuit xp̄i p̄cursor et nūcius in oībus illis vijs z p oēs illas vias direxit corda hoīm illius tp̄is vt reciperent xp̄m. vt p̄z Mat. iij. z Marci. i. z Lu. iij. z Joh. j. Nā p̄rio p̄parauit z direxit corda hoīm ad xp̄m p viā p̄nie: q: in tertio āno ingressus est deserū z fuit ibi vsq; ad. xxx. annū. Jtē inde egressus venit in regionē Johannes xp̄s p̄cuit.

Sedere in tenebris mltipl'r.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem. Et dicitur via vite: quia legem veterē mo-
tuam illuminādo visitauit. Et dicitur via pacis: eo
q̄ cū deo nos pacificat ⁊ recōciliat ⁊ q̄ finis eius
est pax ⁊ requies eterna: vt patebit in cantico an-
gelorū. Dia ergo ista preuidēs zacharias p xp̄m
faciēda ⁊ per iohannē baptistam corda hoim ad
ista p̄parāda ⁊ dirigēda dicit. Tu puer ꝓpheta
altissimi vocaberis: præibis em̄ ante faciē dñi pa
rare vias eius ⁊c. ¶ Sed ꝓpter ea q̄ dicta sunt in
hoc cāt̄ico occurrūt ⁊ insurgunt duo dubia. Quo-
rum primū est ꝓpter illud qđ dictum est in prima
parte: scz iusiurandū qđ iurauit ad abrahā patrem
nostrū daturū se nobis. Nam nō videtur q̄ deus
per illud iusiurandū Gen. xxij. ꝓmittat datuꝝ se
ipsum nobis ⁊ venire psonaliter ad nos sed solūz
promisit abrae: q̄ in semine suo būdicerētur oēs
gentes: qđ potuit fieri absq; hoc q̄ ipse veniret in
carnē. ¶ Cōm dubiū insurgit ꝓpter illud qđ dicit.
Præibis ante dñm parare vias eius ⁊c. Nonz cum
tota scriptura legis ⁊ ꝓphetarū nil aliud sit nisi
via in xp̄m tā q̄ in terminū ⁊ finē: ergo nō potuit
venire iohannē baptistā ad parādas ⁊ dirigēdas
vias in xp̄o: q: iam erāt satis parate per patriar
chas ⁊ ꝓphetas. Et sic p sacras scripturas potue-
rant oēs cognoscere xp̄m esse messiā in lege pro-
missum ſm opa que faciebat. ¶ Quātū ad primū
est dicendū q̄ si subtiliter volum⁹ speculari myste
rium sacrificij abrae ⁊ ea q̄ ibi scripta sunt: vide-
bimus qualiter ibi deus sub illo iureiurādo ꝓmi
sit datuꝝ semetipsum nobis ad immolādū: ⁊ per
cōsequēs psonaliter venire in carnē. Vñ ibi dici
tur q̄ post q̄ deus prohibuit ne abraam occideret
puerū Isaac sed immolauit ⁊ obtulit arietē pro fi
lio suo: id est loco filij sui. Tunc dixit ipsi deus per
angelū. Per memetipsum iurauī dicit dñs: q̄ mul
tiplicabo semen tuū ⁊c. Et in semine tuo benedi-
centur oēs gentes. Et possidebit portas inimico
rum ⁊c. In q̄bus verbis ⁊ per qđ sacrificiū præsi-
dit ⁊ fuit ipsi abraam renelatū in spiritu: qualiter
deus erat in carne venturus ad immolandū pro
nobis in illo eodē loco vbi abraam immolauit il-
lum arietez loco isaac filij sui. Et ideo appellauit
nomē loci illius dñs videbit. In hebreo autē scri-
bitur Adonay hier. i. dñs videbitur. Et scribit ly
dñs cū illis quattuor litteris scz iothy: he: vau: hē:
qđ soli deo conuenit. Et sic est sensus q̄ dñs deus
videbitur immolari in mōte isto pro toto genere
humano: licet iste aries siue agnus immolatus est
pro isaac. Et sic pz qualiter deus p illud iusiu
randū promisit daturū seipsum pro nobis in illo
loco immolandū in carne: q: aliter nō appellasset
illum montē dñs videbit nisi q: præuidit in spū et
promissione xp̄m in carne venturū ⁊ pro nobis in il-
lo mōte immolandū. Et ideo dixit xp̄s in deis Job.
viij. Abraā pater vester exultauit vt videret diem
meum vidit ⁊ gauisus est. Vñ dicunt magistri he-
breoꝝ: q̄ duo sancti viri imposuerūt nomē illi ciui-
tati hierusalē quoꝝ vnus fuit melchisedech rex sa
lez q̄ in illo loco obtulit deo panē ⁊ vinū p abraā.
Et ideo appellauit ciuitatē illam salē. i. pacificā.
Sedō fuit abraā qui in altera parte illius mōtis
immolauit arietē pro isaac cui dñs apparuit di-

Dubia dūd. Dubiū primū.

Dubium scōm.

Abrae de? ꝓmi fit se da rurū no bis.

Hieru salē no men a q̄ impon tur.

Solutio secundi dubij.

Duplex in lege premiū q: dupli ci respe ctu da bat.

cens: per memetipsum iurauī: q̄ in semine tuo be
nedicētur oēs gentes. Et ideo appellauit locū il-
lum in monte dñs hier. i. dñs videbitur. Et sic ex
his duobus nobis. s. hier ⁊ salē cōpositū est hoc
nomē hierusalē qđ interpretat visio pacis: eo q̄
in illo loco xp̄s deus fact⁹ qđ debebat pro nobis
immolari ⁊ pfī nos recōciliare ⁊ pacificare. Vñ
xp̄s in mōte syon fecit cenā cū discipulis ⁊ insti-
tuit sacramentū altaris: per qđ deo recōciliamur
in eodē loco vbi melchisedech obtulit panē ⁊ vinū.
Itē in altera parte illius montis. s. in mōte calua-
rie fuit xp̄s crucifixus in eodē loco vbi abraā imo
lauit arietē. Bene ergo merito appellata est illa
ciuitas hierlm. i. visio pacis: q: in ea xp̄s rex paci
ficus deus ⁊ hō visus est predicare ⁊ miracula fa
cere ⁊ finaliter pro nobis immolari ⁊ crucifigi: ꝓut
abraā prenidit in spū qđ immolauit arietē: ⁊ pront
deus ipsi ꝓmisit sub iureiurādo datuꝝ seipm nō-
bis in carne. Et lō dicit zacharias in hoc cantico.
Benedictus dñs deus israel: q: xp̄s veniēs in carnē
sam adimplenit iusiurādū: qđ iurauit ad abraā pa
trem nostrū daturū se nobis ⁊c. Ad scōm autē du-
bium est dicēdū: q̄ cū tota scriptura legis ⁊ ꝓphe
tarū nil aliud sit nisi quedā via ⁊ dispositio in xp̄m
satis etiā sufficiēs ad disponendū corda ⁊ mētes
illius ppli ad cognoscēdū xp̄m esse messiā in lege
promissum: ⁊ p dōs ad recipiēdū ipsum ⁊ legē ei⁹
euangelicā. Sz auaritia ⁊ inuidia ⁊ malitia occe
cauit eos: ne intelligerēt sacramēta dei ⁊ scriptu-
ras. ¶ Ad cui⁹ intellectū est aduertēdū: q̄ sicut lex
vetus fuit data ad duplicē respectū ⁊ finē: ita de?
ꝓmittebat in lege duplex premiū. Vñ illa lex pri
mo fuit data illi populo ad officium siue in signū
officiale. s. vt p obseruātiā multitudinis illaꝝ ceri
monialiū. Præterea vt ille ppl's cognoscer et deū crea
torē mūdi: ⁊ cognoscēdo coleret. Sedō vt p tales
religionē distingueret a ceteris nationib⁹: sz cēt
specialiter dict⁹ ppl's dei peculiaris. Et sic primo
modo illa lex data fuit ad officiū siue in signū offi
ciale. Sedō autez mō data fuit in signaculū fidei
xp̄i futuri: in q̄tū oia illa sacramēta cerimonialia
et sacrificia figurabāt xp̄m futuꝝ redēptorē ⁊ my
steria nre redēptiōis: ⁊ lō duo erāt ꝓsideranda in il
lis sacramentis ⁊ sacrificijs ⁊ oībus cerimoniali
bus. s. officiū religiōis ⁊ obseruātie in se. Sedō fi
des xp̄i futuri sub cui⁹ prestatiōe illō officiū a reli
gionis exercebat ⁊ illa sacrificia offerebant. Qz
illa sacramēta ⁊ sacrificia de se nō poterāt tolle-
re peccā: nec iustificare: nisi rōne fidei de xp̄o futu
ro sub cui⁹ prestatiōe fiebāt: qz nō dabant in pre
cium redēptiōis ꝓ peccis: sz in signū ⁊ arā precij fu
turi per xp̄m in cruce sol. vēdi: prout dictū est psal.
xxxix. ⁊ in tractatu contra iudeos. Et ideo duplex
premiū ꝓmittebat in lege ⁊ ꝓphetis obseruatori
bus illi⁹ legis. s. vnū temporale ⁊ alterū spūale. Nā pro
obseruātia ⁊ obedientia illius religiōis ꝓmittebā
tur eis dona terre temporalia. s. illa terra canaā cū fru
ctibus eius. Sz premiū fidei xp̄i sub cui⁹ ꝓtesta
tione obseruabāt illā religionē ꝓmittebat eis re
demptio aiārū ⁊ gratia xp̄i ⁊ terra viuentiū figu
rata p illam terrā canaā. Et sic sub tali fide ⁊ spe
de xp̄o futuro obseruabāt illam legē ⁊ religionez

oēs pfes ⁊ fideles vere. te. Et sub tali fide salua-
ti sunt in xp̄o ⁊ receperūt nobiscū repromissionē
in aduētu xp̄i. vt ingt apls ad Heb. xi. Sz accidit
p. xl. annos ante aduētū xp̄i q̄ surrexit secta pha-
riseoꝝ ⁊ scribarū q̄ negabāt legē esse datā in si-
gnaculū fidei: sz solū ad offitū: ⁊ sic negabāt redem
ptionē spūalē ⁊ futura bona spūalia. Sed q: isti
fingebāt sctitatē ⁊ artē religionē in vita ⁊ incess-
su ⁊ habitu ab alijs diuisi. Ideo dicti sunt phari-
sei: q̄si a ceteris in sctiate diuisi. Et sic intrāt̄ ha
bebant in veneratione apud pplm: q̄ oēs cines
ꝓstituebāt eos executores testamētoꝝ cōmittēdo
eis filios ⁊ vxores viduas. Et eide fuit eis data
auctoritas ⁊ ptās a summis sacerdotib⁹: vt sede
rēt in cathedra moysi: ⁊ in cathedra iudiciali: vt
possent glosare ⁊ interpretari scripturā legis: ⁊ p
pheratū ⁊ iudicare iudicia ⁊ discernere causas re
ligionū: et qua auctoritate sunt in supbiā elenati
⁊ auaritia sauciati: q̄ cā lucri inceperūt tyrānıza
re destruendo viduas ⁊ pupillos eis cōmissos: et
dilatādo lingua: vt expoliarēt pauperes et impin-
guarēt domos suas. occecati ergo sic i auaritia et
lucro inceperunt glosare scripturas et trahere
ipsas ad ꝓpositū suū ꝓpter lucrū tpale dicētes. q̄
messias nō erat vēturꝰ ad saluādas alias: nec ad
dāda bona spūalia: sed solū ad liberādū eos de iu
go ⁊ tributo romanoꝝ ⁊ ad dñandū toti mundo ⁊
faciendū eos magnos dños: q: pcā tā tollebant
sufficiēter p sacrificia ⁊ oblatiōes ⁊ cetera opa le
galia. Nā sacrificia ⁊ oblatiōes simul tollebant
pcā ⁊ multiplicabāt bona tpalia. ⁊ hoc faciebant
ꝓpter suū lucrū vt ppl's offerret multitudinē ob-
lationum ⁊c. Sed q̄tū sit detestabilis ⁊ heretica
talis doctrina ⁊ cōtra sacrā scripturā de se est ma
nifestū. Nā dō iā habebat legē moysi: sz quia scie
bat q̄ p illā nō poterat iustificari: lō petebat legē
xp̄i iustificantē dicēs. Legē pone mihi dñe viam
iustificationū ⁊c. ¶ Item dauid dñs etiā i illa terra cha
naāneā terram viuentium petebat dicens. Porcio
mea domine i terra viuentium. Item Esaie.
iam habebat ezechiā regē terrenū: an regē spūa-
lem petebat dicēs. Vtinā disrūperes celos ⁊c. Et
sic ergo scribe ⁊ pharisei cū ista falsa doctrina et
fermento deprauarunt scripturas ⁊ corda hoim:
intrāt̄z q̄ oēs erāt effecti tpales ⁊ carnales: ꝑter
paucos: in quibus remāserat vera fides israel et
abrae de xp̄o redēptore futuro: sicut etiā tota do-
mus parentū vginis marie ⁊ dom⁹ zacha. ⁊ elisa.
⁊ sctus symeon: cū q̄busdā fidelib⁹ q̄ exp̄ectabāt
redēptorē israel. Et lō fuit necesse q̄ xp̄s mitte-
ret corda hoim q̄ erāt p falsaz doctrinā scribarū
⁊ pharisęoꝝ deprauata: ⁊ dirigeret eos i via et le
ge dñi p baptismū ꝓfīe ⁊ verā intelligētiam scri
pturarū vt reciperēt xp̄m ⁊ legē ei⁹ euangelicaz:
vt ptz p oēs euāgelistas. Hoc ergo zacha. prenū-
dēs in sz ū. Præio p renelationē Gabrielis. Sedō
p inspirationē xp̄i existētis in vtero virginis ma
rie tenētis Johānem baptistā in manibus dixit i
hoc cāt̄ico. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis:
præibis em̄ ante dñm parare vias ei⁹ ⁊c. Et sic pa
tet expositio cāt̄ici zacharie. Et ideo est iam acce
dendū ad expositionem cantici symeonis.

Nos. de auaritia phari-seoꝝ.

Symeō collan-datur.

Nunc dimittis seruum tuū do-
mine sm verbum tuū in pace. Luc. ij.

¶ Hoc cāt̄icū est q̄rtū in ordine inter
cāt̄ica euāgelica: sed ponit hic tertiū
q̄ad expositionē, ꝓpter bonū respectū. Et titulat
cāt̄icū symeōis: eo q̄ ipe cāt̄auit ipz qui xp̄s fuit
in tēplo p̄sentat⁹. Pro cui⁹ argumēto ⁊ intelligētia
est notādū q̄ q̄tuor: ingētes pfectiones ⁊ virtutes
testat ⁊ refert autoritas euāgelica de isto symeo-
ne: vt pz Luc. ij. Nā primo dicit q̄ erat hō iustus:
p qđ denotat ei⁹ rectitudo ⁊ iustitia. Nam iustitia
hois cōsistit i cōformitate ei⁹ ad diuinā voluntā
tē. Et p cōsequēs i obseruātia ꝑceptoꝝ legis diui-
ne. Sedō dicit q̄ erat timorat⁹: p qđ denotat ei⁹
autoritas. Nā nō ōz qs nō timorat⁹: inq̄tū timet
deū sed inquātū est reuerēdus ⁊ timēdus ⁊ metuē
dus apd ppl'm, ꝓpter ei⁹ ꝓtates: q: honor est erbi
bitio reuerētie in testionū ꝓtatis: vt ingt Tulli⁹.
Tertio dicit q̄ erat exp̄ectās redēptionē israel:
per qđ denotat eius fa fides ⁊ spes quā habebat
de xp̄o vēturo inter paucos fideles illius tpis: eo
q̄ multi alij erāt deprauati ⁊ decepti falso fermē
to scribarū ⁊ phariseoꝝ: q̄ nō exp̄ectabāt messiaz
nisi vt daret eis bona terrena ꝓut dictū est in cāt̄i
co ꝓcedēti. Quarto dicit q̄ spūscūs erat cū eo: p
qđ denotat excellētia ei⁹ scitatis ⁊ cōtēplatiōis
in dono ꝓphetico ⁊ diuine renelatiōis. Et lō iste
symeō nō solū cognominabat iust⁹? in illa etate:
sed etiā cognominat iust⁹? p oēs thalmudistas et
doctores hebreoꝝ: q̄ dicūt q̄ dū symeō iust⁹ mini
strabat ⁊ exercebat sacerdotale offiū in tēplo ad-
huc psenerabāt decē antiq̄ miracula: sz post obi-
tū iusti symeonis nūq̄ visa sunt miracula i scdo tē
plo. Et lō cito venit ad destructionē. ¶ Videēs er
go iste symeō iust⁹? corda hoiz deprauata. Et verā
fidē de xo messia i paucis illis? tpis ꝑmanere. Et
videēs tpa aduēt⁹? xp̄i: sm. lxx. hebdomadas Dañ.
iā eminere: hinc ē q̄ semp i suis oīonib⁹? ⁊ sacrifi
cijs iugiter orabat: vt deus mitteret saluatorē ad
redimēdū mūdū de seruitute pcti. Cū g̃ in talibus
oīonib⁹? ⁊ ieiunijs iugiter esset intētus: eraudita
est oīo sua itātū q̄ accepit rūsuz a spūscto: nō vi-
surū se mortē: nisi pri⁹ videret xp̄s dñi: put refert
Lucas. ⁊ lō. xl. die a nati. dñi cū parētes iducerēt
puerū i hierlm: vt sisterēt eū dño tūc diuina ꝓuide
tia fecit q̄ symeō vn⁹ de. xxiij. sacerdotib⁹? venit i
spū i tēplū ad ministrādū sacerdotiū sm vicē suā: q̄
cū ipi puer ibs pītaret: accepit eū i vulnas. Et vi
dēs i spū illū eē messiā i lege ꝓmissuz deū: ho iez.
Et videēs rūsuz qđ accepat a spūscto eē ꝓplet̄:
tūc elevatis oculis ad patrē agēdo gr̃as cāt̄auit
hoc cāt̄icū dicēs. Nūc dimittis ⁊c. In quo q̄dē cā-
tico duo facit. Nā ꝓmo tā q̄ finduc⁹ ⁊ ꝓcurator to
tius isrl'agit gr̃as deo: q̄ cōplenit suū desiderū ⁊
ꝓmissuz. Secō reddit cām sue leticie. scīa tbi, q:
viderūt ⁊c. Quātū aūt ad ꝓmū est aduertēdū q̄
par ⁊ q̄es ē finis ⁊ terminus cuiuscūq; negotij: q:
negociamur vt otiemur. s. Ethi. Vñ tri est boni
pacis: vt etiā ipsa sit finis belli: vt inq̄t Aug. per
totū. xix. de ciui. dei. sed q: xp̄s fuit finis ⁊ termi
nus toti⁹ legis ⁊ ꝓphetarū: q: tota lex ⁊ ꝓphe-

Diuisio cantici.

Par et q̄es finis ne-gocij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te desiderabāt rp̄m ipſi ꝓmiſſuꝫ ⁊ tendebāt i ip̄m tāq̄ ultimū⁊ terminū. Jō ſol⁹ terminauit desideriū ⁊ ꝓmiſſiones patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetarū et laborē ⁊ iugū legis. ¶ Et quo ſequit q̄ fuit par legis et patriarcharū ⁊ ꝓphetarū ⁊ oīm fideliū ve. te. q: tota lex quo ad illū actū ⁊ ministeriū ſacerdotale terminauit curſuꝫ i rp̄m in illa die i illa p̄ſentatione facta p ſymeonē. Ideo ſymeon ſe habuit ibi tāq̄ finditū⁊ ꝓcuratorē toti⁹ legis ⁊ ſacerdotij ⁊ toti⁹ iſrael. Et ideo in ꝑſona oīm illoꝝ agit gratias in hoc cāntico. Et q: videbat rp̄m tāq̄ pacē⁊ finē legis ⁊ ꝓphetarū ⁊ tāq̄ quietē ⁊ cōplemētuꝫ desiderij ⁊ laboris ⁊ ſeruitutis coꝝ. iō dicit. Nūc dimittis o dñe ſeruū tuū in pace ⁊ q̄ete ⁊ fine mei desiderij ⁊ totius iſrael ſm verbū ⁊ ꝓmiſſuꝫ tuū. Et nō ſolū ſm verbū ⁊ ꝓmiſſum: qđ mihi particulariter feciſti p ſpūſcm. ſ. nō me viſurū mortē niſi p̄ius videre dñm. Sz etiā ſm verbū ⁊ ꝓmiſſuꝫ: qđ feciſti oīb⁹ patriarchis⁊ ꝓphetis. Et iō ego in ꝑſona oīum tibi ago gr̄as. Et ideo iam nō timeo mortē ꝓſt q̄ ſcio q̄ in breui liberabis me ſimul cū oīb⁹ patriarchis ve. te. de lumbo inferni. Et ſic dimittis me i pace⁊ nōi timore nec triſticia. Et iō ago gratias: q: dimittis me in pace ⁊ quiete. Eo ipſo. q. vſq; teſtes §. rp̄s.

¶ Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum.

¶ Id eſt medicū ſalutarē ſaluticferū⁊ verū ſalutorem quem tu pater in mundum miſiſti.

de cōſe. diſtm. ij. c. rp̄s. ⁊ c. ſeq.

¶ Quod parauiſti: ante faciē oīm populoꝝ. Lumē ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue iſrael.

¶ Quod quidē ſalutare parauiſti ante faciē ⁊ notitiā: nō ſolū vnius ꝓpli ⁊ nationis ſed oīm ꝓploꝝ ⁊ linguarū ⁊ nationū tanq̄ verū lumen ad reuelationē ⁊ illuminationē oīm gentiū. ſ. totius ꝓpli gētilis: ⁊ ad gloriā ⁊ claritatē ⁊ honorē plebis tue iſrael: de qua carnē ſpecialiter aſſumpſit. Nam ſi aut oīb⁹ fuit ꝓmiſſus tā iſraelitis q̄ gētilib⁹? ⁊ neminē a petō liberū reperit: rita ꝓ oībus liberādis ⁊ illuminādis venit tāq̄ lux vera illuminās oēm hoiez venientē in hunc mundū. Sed eſt aduertēduz q̄ ly rp̄s in lege ⁊ ꝓphetis fuit ꝓmiſſus tā populo gētili q̄ iſraelitico: tñ aliter ⁊ aliter. Nā populo iſrael fuit ꝓmiſſus vētur? ad eos in carnē: puta ſumēdo ex eis carnē ⁊ eis ꝓſonaliter ꝑdicādo: ſz ꝓpō gētili ꝓmiſſus fuit vētur? tñ p lumē fidei p ꝑdicationē aplorū. Et q: erat vētur? in carnē tñ ꝓpō iſrael dicit iacob Gen. xlix. Nō auferet ſceptrū de iuda neq; dux de femore ei⁹. ſed q: erat vēturus ad gētiles p lumē fidei: ideo ſubdit Jacob. Et ipe erit expectatio gentiū. Itē q: ad ſolū iſrael erat vēturus in carne ꝓſonaliter ꝑdicando. Jō dicit ſaluator nō ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierāt dom⁹ iſrael. Mat. xv. Itez q: ad ꝓpl̄z gentilē erat tñ vēturus p lumen fidei ut Eſa. x. Ambulabūt gētes in lumine tuo ꝛc. Et ideo dicit ſymeon. Lumē ad reuelationē gentiū: p fidē ſup. Et gloriā plebis tue iſrael: venīdo in carnē: perſonaliter ꝑdicādo ⁊ miracula opando: q̄ fuit magna gloria ⁊ honor toti iſrael. Ex iſtā gr̄iam ⁊ honorē participauit poſtea popꝰ lus gentilis q̄n illuminatus p fidez xp̄i factus eſt verus iſrael. Et ſic

Aliter xp̄s fuit ꝓmiſſus ꝛc.

Nota.

venit xp̄s ad illuminādū ꝓplm gentilem p aplos ⁊ facere ip̄m verū iſrael: qui quidem verus iſrael conſtat ex cōuerſis ex ꝓplo iudaico et gentili: ſub vno lapide angulari xp̄o cōiūctis. Et per hoc ꝓz breuis expoſitio huius patuit cantici ſymeonis.

¶ Et quibus ꝓz q̄ oīa ſup̄adicta cantica euāgelicarnon ſunt niſi gratiarū actiones ꝓ beneficio incarnationis ⁊ nre redēptionis facte p aduentū xp̄i: qui fuit par ⁊ finis legis ⁊ ꝓphetarum.

Luce. ij. ⁊ de conſe. di. j. c. nocte. ⁊ ca. de hymnis. ⁊. c. hij duo.

¶ Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis.

¶ Hoc eſt quartū canticū euāgelicū: qđ ſ: cāticū ſiue hymn⁹ angeloꝝ. Eo q̄ ip̄m cāterunt angeli in hora natiuitatis xp̄i. Prio cui⁹ titulo ⁊ argumēto eſt notandū ꝓut refert Lucas euāgeliſta. c. ij. q̄ i hora natiuitatis xp̄i angelus dñi apparuit paſtorib⁹: q̄ in mōtib⁹ iuxta bethleē cuſtodiebant vigilias noctis ſup gregē ſuū. Qui dixit eis. Euāgelizo vobis gaudiū magnū qđ erit oi ꝓplo: q: natus eſt hodie vobis ſaluator: q̄ eſt xp̄s dñs in ciuitate dā: ⁊ hoc vobis ſignū. Inuenietis infantē pannis inuolutū ⁊ poſitus in p̄ſepio. Et ſubito facta eſt cū angelo multitudo militie celeſtis laudātiū ⁊ dicentiū. Gloria i altiſſimis deo. Et in terra pax hoib⁹ bone voluntatis. ⁊ ſic ꝓz q̄liter ⁊ quare iſtud cāticū intitulat canticū ſiue hymn⁹ angeloꝝ: eo q̄ angeli cantarūt ip̄m. Prio cuius q̄ dē argumenti ⁊ cātici ⁊ eius tituli intelligentia: quicq; ſunt videda. Prio quare xp̄i natiuitas ꝑus fuit annūciata⁊ euāgelizata paſtoꝝ ib⁹ q̄ ſacerdotib⁹? ⁊ ceteris ꝓditoꝝ ib⁹? iudeoꝝ. Scdo q̄re i xp̄i natiuitate angeli cātarūt nouū cāticū poſtq̄ natiuitas xp̄i nō ꝓrinebat ad eos: q: xp̄s nō aſſūpſit naturā ag̃elicā in virtute ſuppoſiti: nec venit ad redimēdum eā: ſed humanā tm̄. Tertio querit q̄ fuit illa gloria q̄ nouiter ꝓuenit deo in celo ⁊ xp̄i natiuitate cū gloria ⁊ felicitas dei nō poſſit augeri nec minui. Quarto querit q̄ fuit illa pax quā cō ſecuta eſt hūana natura p xp̄i natiuitatē: cuz videam⁹ mūq̄ bella ⁊ plia poſt xp̄i aduentū i mūdo defuiſſe. Quito querit in quo cōſiſtit bonitas voluntatis hoiꝝ: ⁊ p cōſequēs q̄ ſunt hoies bone voluntatis: q̄bus pax xp̄i fuit collata. ¶ Quātū ad p̄mū eſt dicēdum ꝓ quadruplici ratione natiuitas xp̄i fuit ꝓmulgata paſtoribus euāgelizata ꝓ ceteris. Primo q: xp̄s in lege tāq̄ paſtor fuit p moyſen: ceteros ꝓphetas⁊ opbas figurat⁹. Scdo q: tāq̄ paſtor fuit ꝓmiſſus. Tertio q: tāq̄ ver⁹ paſtor: venit in mūdū. Et offm veri paſtoris exercuit⁊ bonū paſtorē ſe nominauit. Quarto quia xp̄s nō ſuꝑbis ⁊ dormiētibus ſed hoibus ſimplicib⁹ et vigilātib⁹ erat cōmiſſur⁹ gregē ſuū: ⁊ offm paſtoratꝰ. ¶ Primū ꝓppe ꝓbat. Nā moyſes p quē fuit xp̄s figuratus: paſtor erat ouiū et paſcebat oues Jetro ſoceri ſui: cum ipſi dñs apparuit in flāma ignis in rubo: ⁊ tanq̄ paſtorē miſit ipm̄ dñs ad liberādum ⁊ educendū illū ꝓplm de egypto: ⁊ dirigendū: et cuſtodiendū ipſum p deſertū. Exo. xc. Jā quartuoꝝ fecit moyſes erga illū gregē dñi. Nā ꝓmo liberauit ⁊ ouxit ip̄z ō ſeruitute⁊ captiuitate pharaōis.

Quare xp̄i natiuitas fuit ꝓmulgata paſtoribꝰ.

Nota.

Xp̄s paſtor.

Septez ad officium paſtoris.

Scdo q̄ legē moyſi data ſanauit eū a malis moribus ⁊ ritib⁹ egyptioꝝ: q̄b⁹ erat ſauciat⁹ ⁊ vulneratus. Tertio pauit eū māna de celo miſſo. Quarto miniſtrauit ⁊ direxit ⁊ cuſtodiuit eū. rl. ānis ꝓ deſertū ꝛc. Per q̄ ſtuo: fuit figuratuz qualr xp̄s a patre miſſus tāq̄ paſtor ꝓncipalis ſup gregē ḧūanū debebat ip̄m de ſeruitute diaboli: ⁊ a peto liberare: ab oi labe pctī p eccl'iaſtica ſacramēta ſanare. Et pane euchariſtie reficere ⁊ paſcere. Et doctrina euāgelica dirigere ⁊ cuſtodire. Itē abel q̄ xp̄s fuit figurat⁹ paſtor fuit: vt ꝓz Gen. iiij. Itez dauid q̄ xp̄s fuit figurat⁹ paſtor fuit ouium: ⁊ de poſtr etātes edarit ip̄m dñs ad paſcēdū ꝓplm ſuū: ⁊ vnxit ip̄m i regē vt ꝓz. i. Regū. xv. ⁊ pſal. lxxviij. Itē xp̄us nō ſolū fuit figurat⁹ p Jacob Amos et cōplures alios paſtores de ꝓplo dei: ſz etiā fuit figuratus p Cyrū regē pſaꝝ ⁊ medoꝝ nepotē aſtiagis: q̄ pieri⁹ i memoria fuit nutrit⁹ a quodā paſtore q̄ fuit etiā paſtor ouium: ſz poſtea cōpert⁹ nepos aſtiagis fact⁹ eſt rex pſaꝝ ⁊ medoꝝ: vt inqt Herodot⁹: q̄ etiā poſtea liberauit ꝓplm dei de babyloni ca captiuitate: vt ꝓz Eſdre. ſ. Et iō hec ē cā quare voluit xp̄s ſuā natiuitatē pri⁹ paſtoribꝰ nunciari eo: q: paſtores tāq̄ verus paſtor fuerat figurat⁹ i ve. te. ¶ Scda rō eſt: q: tāq̄ verus paſtor fuit ꝓphetis ꝓmiſſus ⁊ vaticinat⁹ ⁊ tāq̄ ver⁹ paſtor ad liberādū ⁊ ſanādū ⁊ paſcēdū gregē ſuū ꝓmiſit venire: vt ipe ait p Ezech. xxxiij. Ecce ego requiraz oues meas ⁊ viſitabo eas: ſicut paſtor viſitat gregē ſuū: ⁊ liberabo eas de oībus locis in quib⁹ diſperſe fuerāt i die nubis ⁊ caliginis. Et paſcā eas i paſcuis vberrimis ⁊ i mōtib⁹ iſrael erūt paſcua eaꝝ. Et qđ perierat requirā: ⁊ qđ abiectuz fuerat reducā: ⁊ qđ cōfractū fuerat alligabo: ⁊ qđ infirmū fuerat cōſolidabo ꝛc. q̄ oīa fuerūt cōpleta p xp̄m tanq̄ verū paſtorē. Tertia aūt rō q̄re natiuitas xp̄i fuit ꝓmulgata euāgelizata paſtoribꝰ ⁊ q̄re paſtores ꝓmeruerunt audire iſtud cāticū ab angelis fuit: q: xp̄s tāq̄ ver⁹ paſtor: venit i mūdū ⁊ offm veri paſtoris exercuit. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt aduertēduz q̄ ſeptē ꝓprietates ad offm veri paſtoris. Prio oues de faucibus lupi eripe. Scdo oues p lupū vulneratas vnguēto ſanare. Tertio oues ereptas ⁊ ſanatas paſcere. Quarto eas regere ⁊ minare ⁊ dirigere. Quito ſup gregē ouiū q̄ inuigilare. Sexto p defenſiōe gregis ſi neceſſe fuerit ſe ad mortē exponere. Septimo i loco vberrimum ⁊ ſecurum ⁊tutū oues ſuas introducere. Quas quidē ſeptez cōditiones oēs habuit xp̄s tāq̄ verus ⁊ bonus paſtor. Naz primo eripuit oues ſuas de fauce lupi et draconis q̄ vltra q̄ttuor milia annoꝝ eas ſub iugo ⁊ captiuitate ⁊ ſeruitute pctī poſſederat. Scdo ſanauit ⁊ vnxit eas vnguēto ſacramēto ꝙ. Tertio pauit eas ſacramētaliter eas pauit. Quarto lege euāgelica eas direxit ⁊ rexit. Quinto ſup gregē ſuū diligenter inuigilauit ⁊ diligēter cuſtodes dimiſit ⁊ cōſtituit. Sexto p defenſione ⁊ redēptiōe eaꝝ ſe mortī ⁊ ꝓſecutionib⁹ obtulit ⁊ obiecit. Septimo ⁊ vltimo oues ſuas i vberrimo ⁊ ſecuro ouili celeſti: vbi ſempiterno euo fruenē collocauit. Et ideo ꝓpter iſtas ſeptē rōnes xp̄s Joh. x. ſe bonū paſtorē nūcupauit: vñ ait. Amē amē dico vobis q: ego ſum paſtor bon⁹: bon⁹ paſtor aīaz ſuā dat ꝓ ouib⁹ ſuis. Et ſic ꝓz tertia rō quare xp̄s voluit ꝓmi⁹ paſtoribꝰ ſuā natiuitatē nūciare. Quarta vero rō fuit quia xp̄s tāq̄ verus paſtor ꝓncipalis cui⁹ oues erāt ꝓprie. Nō ſuꝑbis ⁊ inflatis ⁊ auaris ⁊ crudelib⁹? ſz hoibus humilib⁹? ⁊ ſimplicib⁹? ⁊ impijs ⁊ diligēter vigilātibus ſup gregē ſuū: erat ꝓmiſſur⁹ offm paſtoratus eccl'ie: ꝓut poſtea fecit. Nā nō elegit ad apoſtolatū offm paſtoratꝰ ee ſcribis ⁊ phariſeis ⁊ ſacerdotib⁹ peritis: ſz ex ſimplicioribꝰ ⁊ plebeis ⁊ piſcatoribus: q̄bus totū gregē ſuum ⁊ eccl'iaz cōmiſit. Et iter ceteros tāq̄ capiti ⁊ vicario Petro qui erat de ſimplicioribus eccl'iam cōmiſit ⁊ oues ſuas paſcēdas tradidit Joh. vltī. dicens. Paſce oues meas: ⁊ paſce agnos meos ꝛc. ¶ Et ſupradictis igit quadruplici rōne ꝓz q̄re xp̄s voluit ſuam natiuitatē ꝓmo paſtoribꝰ euangelizare. Et quare paſtores meruerūt hoc cāticū angeloꝝ audire. Et hoc de ꝓmo q̄ſtō.

Angeli q̄re hoc cāticum cantauerunt.

Nota ſ. ꝓmo angeloꝝ cū draconc.

tes instrumẽtũ ad merẽdũ ⁊ ad sanãda nra vulnera pcoꝝ: ⁊ hec ẽ cã quare suscepit hoiem. s. vt hominẽ liberaret. Sed est itez aduertẽdũ q̃ filꝰ dei eternus nõ assumpsit hũanitatẽ nudam q: nõ potuisset i ea pati: nec assumpsit psonã ⁊ suppositus hũanũ: q: tũc fuissent due psone i xpo. Et sic illa psona passa: ꝛz habuisset facultatẽ patiẽdi: tñ nõ redimẽdi totũ genus hũanũ a seruitute pene: nec iustificãdi oẽs hoies: nec cõferẽdi eis gl̃iam sempiternã. Et sic deꝰ non diceret passus nec redẽptor. Et sõ filꝰ dei voluit illã hũanitatẽ assumere i atomo: sicut ait Dama. i. accepit eã cũ corpe organizato ex cõditionib⁹ materialibus ⁊ idiualib⁹: vt in ea posset pati ⁊ act⁹ hũanos exercere. Et assumpsit eã sub suo eẽ psonali ⁊ suppositali: q: verbũ eternũ p suũ esse psonale ⁊ suppositale suppositauit ⁊ psonauit eã. Et sõ q̃ Aug. dicit q̃ filius dei suscepit hoiem: nõ intelligas q̃ suscepit hoiez psonatũ ⁊ suppositatũ: sed solũ indiuiduatũ: ⁊ cõditionatũ. Et sõ sunt valde attẽdẽda verba Aug. q: nõ dicit q̃ suscepit hũanitatẽ: ne itelligam⁹ hũanitatẽ rudẽ fuisse a verbo susceptã: nec dixit q̃ vnuerit ipsi hoiem in societate: nec ingressus est in hoiem: sicut dicit nestoꝝ: ſz dicit q̃ suscepit hominẽ: q: suscipere dicit quãdã sustẽtationẽ ⁊ psonationẽ. Et sõ nõ dicit q̃ hõ suscepit deũ: ſz deꝰ hoiem: p hoc g̃ denotat q̃ filꝰ dei suscepit hoiem indiuiduatũ ⁊ cõditionatũ ipm suppositãdo ⁊ psonãdo: vt in ipo posset pati. Et ꝺr deꝰ ⁊ hõ gñis humani saluator: ⁊ redẽptor. A ¶ Scõo est notãdũ ꝓpter illud qõ dicit: q: filꝰ dei in suscipiẽdo hoiez nõ horruit virginis vterũ: q̃ aliqua res duplr pot dici horrẽda. Uno mõ: q: est immunda ⁊ feda siue res deformata. Alio mõ: q: est allatura dolorẽ mortẽ. plr est Primo mõ filꝰ dei nõ horruit virginis vterũ: nec habuit rõnẽ horrẽdi: nec cõtẽnẽdi ipm: q: nulla fuit in eo macula: nec feditas nec immũdicia spũalis: nec carnalis nec spũalis i aĩa: q: a prio instãti sui esse fuit simul cũ corpe sctificata. Et etiã i gratia cõfirmata: ⁊ habitaculũ spũscti facta: nec i illo vtero fuit feditas carnalis: q: nõ ex ope adã nec cum coitu ⁊ libidine: ſz ex ope spũsancti cõcepit filiuꝫ dei: nec fuit aliqua carnalis corruptio: q: sicut virgo cõcepit: ita virgo pepit ⁊ virgo ĩuiolata pmansit. Et sic filꝰ dei nõ horruit virginis vterũ: imo habuit cãm habitãdi i eo ꝑ nouẽ mẽses: ⁊ assumẽdi carnẽ ex eo: q̃ nulla feditas: aut corruptio spiritualis aut corpalis fuit i eo: q̃ ipemet fabricauit ⁊ formauit matrẽ suã sine aliq̃ corruptela: vt digne ex eo posset carnẽ assumere: vt inqt Aug. de fide ad petrũ ⁊ cõtra. v. hereses: ⁊ i sermone de ei⁹ natiuitate. Scõo xps nõ horruit virginis vterũ rõne corporis mortalis ⁊ passibilis: qõ ex ei⁹ vtero assumpsit: q: ꝛz assumpserit illud corpus infirmũ ⁊ passibile: vt esset aptus ad patiendũ p pcõ. Tũ non assumpsit ipm cũ culpa pcti: imo sumpsit illũ hoiez ol virtute et pfectiõe sctificatiõe ꝓditũ et munitũ et oleo leticie spũscti p̃ ꝓsortib⁹ suis punctũ: vt eẽt fõs et pncipiũ et merũ et mẽsura oĩs gr̃e et scitatis et pfectiõis et ulticie. Et sic nõ horruit virgis vterũ rõne hois ex vtero ei⁹ assumpti: nec horruit virginis vterũ iquãtũ ille hõ quẽ ex vtero assũpsit erat naturalis et passibilis: q: ꝛz

Aliqua dicuntur horrenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

passio ⁊ mors sit oib⁹ horrēda ⁊ fugiēda: ⁊ fili⁹ dei nō horruit tale corp⁹ assumere ꝓpter utilitatē tot⁹ gñis humane: ⁊ sic charitas coegit eū: imo roborauit: ⁊ mouit eū: ne tale corp⁹ passibile abhorreret: imo ꝓcauit eū vt tale corp⁹ eligeret: ⁊ sic charitas superauit ⁊ vicit oēm horrorē. Et iō dicit apl's ad Ro. viij. q ꝓpter nimiā charitatē quā dilexit nos de⁹ misit filiū suū in similitudinē carnis pcti: ⁊ de pctō dānauit pctm̄ in carne. Et sic fili⁹ dei nō assumpsit pctm̄ in illa carne: sed similitudinē pcti. s. passibilitatē ⁊ mortalitatē: ⁊ ceteras penalitates pcti primoꝝ parentum. Et hoc fecit vt dānaret: ⁊ puniret peccatū nostrū i sua carne. Et sic pz qualr trib⁹ modis filius dei nō horruit virginis vterꝝ. Dnō q nō reperit aliquē horrorē feditatis spūalis nec carnalis corruptiōis in ea: ⁊ hoc nec i viuēdo: nec i cōcipiēdo: nec i pariēdo. Scōo nō horruit virginis vterꝝ ex ea corpus aiatum assumendo: q ille hō fuit inter oēs hoīes liber ⁊ immunis ab oi pctō: ⁊ fuit oi sctitate ꝑdit⁹ ⁊ plenus gratie ⁊ veritatis. Item tertio nō horruit virginis vterꝝ corpus passibile ⁊ mortale assumēdo: q charitas ei⁹ ⁊ desideriū nostre redēptiōis: cōis vtilitas vicit ⁊ superauit horrorē mortis ⁊c. Itē etiā nō horruit virginis vterꝝ: q quē celi capere nō poterāt: q pugillo cōtinet mūdū virginis aluo clausus est. Et ille q erat de⁹ oia cōtines nō horruit claudi sub virginis vtero. ❡ Item est notādū ſm Aug. i sermōe de martyrib⁹ ꝓpter illō qō sequit. s. tu deuicto mortis aculeo ⁊c. q dei fili⁹ vt vinceret ⁊ superaret mortē vestitus est morte: ⁊ assumpsit tale corp⁹ mortale ⁊ passibile. Vñ dupliciter xp̄s vicit mortē. Uno mō inquātū destruxit eā: q mortē nostrā morīendo destruxit: ⁊ vitā resurgēdo repauit. Nā morīendo absoluit nos a debito mortis date ⁊ relicte nobis in penam ex pctō ade. Et sic ex mortali⁹ fecit nos imortales ⁊ impassibiles: quā q̄dē imortalitatē ⁊ ipassibilitatē: ⁊ nō possidemus in actu: tñ possidemus eā i habitu ⁊ in merito ex meris passionis xp̄i: sicut ait Ambro. in illo sermone martyꝝ q incipit. Dignus ⁊ cōgrauī est frēs charissimi: q ꝓ passionē ⁊ resurrectionē xp̄i quā pticipam⁹ ꝓ baptismū ⁊ ecclesiastica sacra: sumus habilitati ⁊ facti apti ad merēdū resurgere immortales i nouissimo die. Lā ait ꝗre illico post baptismū nō possideam⁹ immortalitatē ⁊ ipassibilitatē i actu. Sz relicta ē nobis passibilitas ⁊ mortalitas corpis est ne ꝑderet cozona matyꝝ ⁊ victoria iustoꝝ. Sz manerēt nobis iste infirmitates ad istrumētū pugnādi ⁊ merēdi. Itē etiā q: si illico post baptismū tolleremus iste infirmitates: hoīes manerēt immortales ⁊ ipassibiles: tūc oēs currerēt ad baptismū: nō cā merēdi vitā eternā ⁊ supnā felicitatē: sz cā euadēdi mortē corpalē: ⁊ p ꝓns tolleret oē meritū: nūq̄ tota lr fuisset angelica ruina reparata: nec ꝓpleret nūer⁹ electorū: vt dictū est ꝑsal. cū. Et dicit Aug. xij. de ci. dei. c. iiij. Restat q̄ ꝓ xp̄s iā primo mō destruxit mortē ⁊ nos a morte corpali absoluit i merito et spe. Scōo aūt deuicit aculeū ⁊ gladiū ⁊ morsuꝝ mortis: ipam quiā faciēdo. Nā pp petm̄ primoꝝ parēt̄ū data est nobis mors vt esset terminus vite corporalis ⁊ ꝓncipiū mortis eterne ipius aīe. Sz ve

Dupl'r xp̄s vicit mortē.

nit xp̄s ꝗ morīendo ⁊ resurgēdo fecit illā quiā. Nā trāseūdo p ipam descēdit ⁊ expoliauit ifernū ⁊ resurgēdo ex ipa ⁊ deuicta morte nobis eterne vite aditū repauit: vt ōr i collecta pasche. ⁊ sic moriendo xp̄s vicit mortē nostrā: ⁊ destruxit eā: ⁊ vita ꝙ destruxit infernū: q: p mortē descēdit ad ifernū: ⁊ expoliauit eū. Et fecit vt ipam cēt nobis trāsitus ⁊ aditꝰ ⁊ igressus ad regna celoꝝ. Et hoc ē qō intēdit dicere Aug. i his duob⁹ verticulis: cū dicit. Tu ad liberādū susceptur⁹ hoīem. i. cū tu susceptisti hoīem ad liberādū ipm: nō horruisti virginis vterꝝ: q: nulla feditatē: nec corruptionē i ea aia: nec i corpore reperisti: nec reliqsti: q: ita tribuisti ipi fecūditatē: qō nō abstulisti virginitatem: nec horruisti virginis vterꝝ ex ea mortale corp⁹ assumēdo: q: illud fuit libez ⁊ immune ab oi pctō: nec horruisti mortalitatē in corpe: q: iō assumptisti illā carnē mortalē vt nostrū pctm̄ dānares: ⁊ punires in illa carne: ⁊ vt deuicto mortis aculeo i illo corpe mortali aperires regna celoꝝ oib⁹ credētibus vtriusq̄ testa. ⁊ tā ꝓteritis ꝙ futuris. Et sic deuicto mortis aculeo i illo corpe mortali ex vtero virginis assumpto: apuisti regna celoꝝ fidelib⁹ vtriusq̄ testa. q. d. ꝙ ex victoria quā habuisti morīendo i illa carne ex virgine assumpta meruisti credētibus apire regna celoꝝ. Deinde cū subdit

De summa trin. c. dānamus. Job. xl. Mar. xvj. Luce xxij. Mar. xiij.

Tu ad dexterā dei sedes i gloria patris. Judex crederis esse venturus.

❡ Cōfitet ⁊ explicat aug. duo bōa q̄ adept⁹ ē xp̄s post istā peregrinationē i sua ascēsiōe ex meritis sui laboris ⁊ passiōis. Nā ꝓio inquātū hō meruit sedere a dextris ꝑris i gl'ia q: resident i portiis bonis gl'ie patris. Nā ille hō assūpt⁹ possidet portiōa bona gl'ie ⁊ bītudinis post patrē vel cū patre: qō sic est itelligēdū. Nā fili⁹ inq̄tū de⁹ equalē gl'iaz hz cū patre cū sit ipi cōsubstātialis: ⁊ sic vna ē gl'ia filij cū patre ⁊ spu sctō: cū sit vna cōis: ⁊ coeterna maiestas: sz q: ille hō est vna ꝑsona cū verbo ideo simul adorat ⁊ glificat cū filio: sed est differētia q: illa humanitas sine ille hō cōditiones personaliter assumpt⁹: nec adorat: nec glificat ꝑ se: nec rōne humane nature: sed per analogiā ad verbū cui ꝑsonaliter vnit: ⁊ sic rōne vnionis coadorat ⁊ cōglorificat cū verbo: q: i veritate verbū incarnatū est illud qō adorat ⁊ gl'ificat: ⁊ sic rōne talis honoris ⁊ dignitatis ōr xp̄s sedere a dextris gl'ie patris supra totā humanā naturā ⁊ angelicā. Itē nō solū ōr sedere a dextris ratiōe honoris ⁊ latrie: sed etiam ratione fruitionis ⁊ beatitudinis eo ꝙ aīa xp̄i fruit diuina essentia ꝑfectiōi et altiori modo supra totā naturam humanam ⁊ angelicaz: ⁊ sic residet in portiōibus bonis gl'ie ꝑfis Sed q: ista bona nō solum possidet xp̄s hō ꝓ se: sz etiā vt distribuat omnib⁹ beatis: q̄ma sicut xp̄s est distributor gratiaꝝ: ita premioꝝ ⁊ bonoꝝ gl'ie: ⁊ sicut fuit mediator in iustificando ⁊ gratificādo ita est mediator i glorificādo: ⁊ ideo ōr sedere ad dexterā in gloria patris: quia sedere denotat potestatem: ⁊ per cōsequens xp̄us sedēdo a dextris patris accepit ⁊ habet potestatem distribuēdi omnibus membris suis bona glorie: ⁊ beatas māsiones: sicut ipse dixit Luce. xxij. Vado vobis parare

Christ⁹ dat gratiā ⁊ gloriam.

locū: sicut ꝑdixit mihi ꝑ me⁹ regnū: vt edatis ⁊ bibatis mecū in mēsa mea in regno ꝑis mei. Item datis mecū in mēsa mea in regno ꝑis mei. Item stribuēdi bona gl'orie hoībus: ⁊ etiā āgelis: sz etiā accepit iudiciariā potestatē in celo ⁊ i terra super oīa creaturas. Iō sicut occulte nunc iudicat de oībus particulariter in celo: ita veniet i nouissimo die cū potestate magna ⁊ maiestate ad iustificādū vivos ⁊ mortuos vbi in terra sedēs in sede maiestatis sue ⁊c. Et hoc intendit dicere Aug. cum subdit. Tu xp̄e ad dexterā dei sedes in gloria patris. i. in portiōibus bonis gl'orie patris supra totā naturā humanā ⁊ angelicā. Fruēdo ⁊ bona gl'orie patris ceteris distribuēdo ⁊ cōicādo ⁊ se. ad dex. patris cū potestate iudiciaria: nūc occulte iudicādo: sz tu crederis esse iu. vē. in nouiss. die cū potestate magna ⁊ maiestate ad publice ⁊ generaliter iudicādū sicut p̄dixisti Mar. xxiij. ⁊. xxv. ⁊ Luc. xxi. Et sic pdictis pz qualr aug. in hac parte ꝑfitet septē catholicas veritates de xp̄o. Prima est ꝙ filius dei suscepit hominē ad liberandū ipsum. Scōa ꝙ nō horruit virginis vterū: q: nunq̄ fuit alicui culpe obnoxia. Tertia ꝙ nō horruit virginis vterū et ea abs q̄ peccato mortali corp⁹ suscipiēdo. Quarta ꝙ in nostra carne deuicit mortē. Quinta ꝙ vincendo mortē aperuit credēnib⁹ regna celoꝝ. Sexta ꝙ sedet ad dexterā ꝑris i portiōib⁹ bonis fruēdo. Septima ꝙ sedet i sede iudiciaria patris. Iō credit iudex venturus. ❡ Te ergo quesumus famulis tuis subue. q. viij. c. tales. §. xp̄s. xj. q. iij. ad nutum sanctum. Quattuor necessaria ad vitā cōsequendam.

Augu. hic cōfitet. vij. veritates de xp̄o.

Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos pretioso sanguine redemisti.

Extra. de bap. c. maiores.

❡ Id est ꝗsumus ⁊ rogam⁹ ⁊ petim⁹ vt subuenias nobis famulis tuis: quos ꝓcio tui sanguinis redemisti: vt subuenias nobis cū meritis tue passiōis peccata nostra remittendo.

Ibidē.

Eterna fac cū sctis tuis i gl'ia numerari.

❡ Et fac nos nūerari cū sctis i celesti gl'ia vitam eternā largiēdo: q: sicut tu es redēptor: ita ⁊ glifi

Dubiū.

cator. Ita etiā meruisti p tuā mortē ⁊ passionē: eo ꝙ cū in forma dei esses equalis ꝑri ⁊ eterno⁹ ⁊ immortalis fili⁹: tetigisti exinaniisti formā serui accipiēs ⁊ habitu inuēt⁹ vt hō: humiliasti tetigisti obediens ꝓ: usq̄ ad mortē crucis. Sz q: nō solū opz nos petere a deo finē: sz etiā ea q̄ sunt ad finē: q: deus nō dat nobis gr̄am: nisi disponamur ad illā recipiēdā: ⁊ nos nō possum⁹ disponi nisi p gr̄az sacramētoꝝ: quā nō possum⁹ ꝓsequi nisi p xp̄m. Et ideo opz nos petere a xp̄o oia illa q̄ disponūt nos ⁊ pducūt nos vsq̄ ad finē q̄ est vita eterna: ideo videns aug. ꝙ bīus Amb. petit in gñali nobis subueniri p sanguinē xp̄i quo sum⁹ redempti: ⁊ nos annumerari cum sctis in gl'ia celesti: sz nō specifica nit viam ⁊ modū quo passio xp̄i debet nobis subuenire ⁊ proficere: ideo explicat hoc Aug. in sequenti petitione cum dauid ꝑsal. xxvij. dicens.

Salvum fac populū tuum domine: ⁊ benedic hereditati tue.

Et rege eos ⁊ extolle illos vsq̄z in eternū.

❡ Inquib⁹ verbis quattuor petit aug. q̄ p ordinē sunt necessaria ad vitā eternā ꝓsequēda: q nō ꝑt dari nisi p xp̄m. Nā primo opz vt vnusquisq̄ saluādus p gr̄am xp̄i ꝓuenienter vocet vt pueniat ad fidem. Scōo opz vt benedicat ⁊ iustificet p baptismū ⁊ ecclīastica sacramēta: per que xp̄o ꝓfigurāmur ⁊ incorporamur: ⁊ ei⁹ membra efficiamur ⁊ gratificamur. Tertio opz vt in gr̄a recepta conseruemur ⁊ ꝓseuerem⁹: ⁊ in nris opib⁹ p gr̄am dirigamur. Quarto opz vt oblitis rebus mūdanis p firmam spem supnoꝝ ab istis mūdanis ad celestia bona subleuemur ⁊ extollamur. Sz hoc hz agere solus xp̄s: vt ait apl's. Nā quos p̄ab eterno ꝑdestinauit hos xp̄s p gr̄az vocauit ⁊ hos iustificauit ⁊ hos finaliter magnificauit. vbi dicit aug. ꝙ deus xp̄s ꝓio p gratiā ꝓuenienter ad fidē vocauit. Secundo p baptismū ⁊ ecclīastica sacra sctificauit. Tertio p gratiā, pficienter nos dirigit ⁊ dat pficere ⁊ pseuerare: sz p gratiā pficiente ad gloriā recipiendā nos magnificat: ⁊ hoc est qō petit aug. simul cū dauid in hac pte. vii ait. O dñe iesu xp̄e postq̄ tu es iesus ⁊ saluator: ergo exerce tuū officium ⁊ saluū fac pp̄l'm tuū ꝑfecte: p io vocādo oēs ad fidē p gratiā ꝓuenientē. Scōo būdicit hereditati tue p ecclīastica sacra p quoꝝ būdictionē recipiendo fidē ⁊ charitatez absolnimur ab oi maledicto. Tertio rege eos p gr̄am pficientē ⁊ pseuerantē: vt valeāt pseuerare in oībus opationibus suis. Et extolle eos ⁊ sublena eos p firmā spem et per gr̄am pficientē vsq̄quo in eternū. i. vsq̄ eternam gloriā ꝓsequant: vñ nota ꝙ xp̄s est de⁹ ⁊ hō et fili⁹ dei patris. Et per ꝓns est heres patris: ⁊ tota hereditas ⁊ regnū mundi p̄net ad eum. Et est verus ⁊ summ⁹ sacerdos. Et ideo iure xp̄s potest suaz hereditatē tanq̄ heres saluare: ⁊ hereditati sue tanq̄ summ⁹ sacerdos p ecclīastica sacra bīdicere ⁊ sctificare: ⁊ tāq̄ ver⁹ rex suū regnū ⁊ hereditatē regere. Et tanq̄ bon⁹ iudex bonos ⁊ iustos extollere ⁊ magnificare ⁊ in celesti gl'ia collocare ⁊ bītificare. Et hec etiā itēdit petere Aug. cū ait. Saluū fac pp̄l'm tuū dñe: ⁊ bīdic ⁊c. ❡ Sed hic videt insurgere dubiū nō apud gītos: sz apud

simplices xp̃ianos. Namvidet ꝙ Ambro. supra fuerat: vt xp̃s subueniat nobis per sanguinem suę passionis. ¶ Augustinus supra fuerat ꝙ iesus salnet pp̃lm suum: q: xp̃s iam subuenit nobis p suaz passionē: ¶ iam redemit ¶ saluū fecit pp̃lm suuz in cruce p̃o pctis tunc patiendo ¶ sanctificādo ¶ de potestate diaboli liberādo ¶c. P̃ro hmōi autē respondeo nota sponsiōe est valde aduertendū: put dictū est in expositione psal. cxv. ¶ psal. cxl. ꝙ adā peccādo venū dedit ¶ obligauit totā suā naturā ¶ gnationē ¶ posteritatē ad penā sui reatus: ¶ sic oēs posteri dicū tur peccasse in adā. i. fuisse venundati ¶ obnoxij ¶ obligati in eo quo ad naturā ¶ gnationē. Sz multus participat psonaliter illaz culpā ¶ indignationem ¶ penā nisi psonaliter participet eā p libidinosam gnationē: vt inqt Augu. ad Valerū. et in prima parte de fide ad Petrū. Q: tūc vnusquisq; personaliter ¶ in actu ¶ pticulariter trahit illā culpam siue penā ¶ indignationē dei p̃ra seipm. Et sic ō: natura fili? ire: vt ait apl's ad Ephe. ij. q: tūc in psona actualiter obligat ad penā: ad quā potentialiter ¶ in natura fuerat obligat? in adam: añ ꝙ esset nec ꝙ piperet ¶ nasceret in actu: put fuit declaratū sup psal. cxl. ¶ cxl. Ita ergo pari rōne xp̃s oēs p̃destinatos redemit potētialiter ¶ habitualiter in cruce p suā mortē ¶ passionē ¶ oēs in merito potētialiter resuscitauit p suā resurrectiōez: q: oēs in xp̃o ibi fuim? crucifixi ¶ sepulti ¶ baptizati: ¶ surrexim? cū xp̃o vt inqt apl's ad Ro. vi. Nō nō est intelligēdū psonal'r ¶ in actu: sz solū potentialiter ¶ in merito xp̃i: q: nondū eram? ¶ iō sicut ad hoc ꝙ vnusquisq; trahat ¶ pticulariter psonaliter pctm ade opz ꝙ generet per naturalē ¶ libidinosam gnationē: ita ad hoc ꝙ nos psonal'r ¶ actualiter pticipem? redēptionē ¶ merita passionis xp̃i: opz ꝙ psonaliter ¶ pticulariter ico: poremur ¶ cōfiguremur ¶ efficiamur membra xp̃i: ¶ regeneremur p baptismū: ¶ sicut p carnalē gnationē trāstuit ad nos psonal'r pctm nature ¶ pena pcti ipsi? adā: ita p spūalē regnationē trāseat ad nos merita ¶ virt? ¶ effect? passiōis xp̃i: ¶ ideo nō sufficit ꝙ xp̃s fuerit passus ¶ mort? semel gnaliter p oibus nobis. Sed opz vt psonal'r vnusq; sic participet illā passionē p baptismū ¶ eccl'iastica sacra: ¶ sic in digem? multiplici gra ad hoc ꝙ pueniam? ad vltimum effectū passiōis xp̃i ¶ ad pfectā salutationē. Nā p̃ro opz ꝙ vocemur a xp̃o p gram pueniētē ¶ vinam? ¶ nō moriamur in vtero iustis nūc in nascendo: nec anteꝙ pueniam? ad baptismū: ¶ sic opz ꝙ deus cōseruet nos vsq; ad illud instās. Et iō dicit Augu. saluū fac pp̃lm tuū dñe. Sēdo opz ꝙ actualiter ¶ psonaliter vnusquisq; recipiat ¶ participet passionē xp̃i ¶ mco: pe? in eccl'ia p bñdictionē sacramētalē. Et iō subdit. Et bñdic hereditati tue. Tertio opz ꝙ dirigat in suis operationib? tota ecclesia: ¶ iō subdit. Et rege eos. Quarto vt ertollat a mūdo ¶ pueniat ad terminū. i. vitam eternā. Et ideo subdit. Et ertolle illos in eternū. Et sic p̃z qualiter nulla istarū petitionū est superflua. Petit ergo p̃o vt saluet nos a malo liberādo. Sēdo vt bñdicat nos bñdictiōe sacramētali: siue p eccl'iastica sacramēta. Tertio vt regat ¶ dirigat nos p legē cāgelicā. Quarto vt ertollat nos a terrenis ad celestia. ¶ Sed adhuc est dicendū ꝙ sicut in oratione ōnica post petitionē bonoꝝ spualium ¶ regni celestis petimus necessaria vite cū dicim?: panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Ita pariter aug. in hac particula petit etiā bona tpalia necessaria ipsi ecclesie dñ peregrinaf in hac vita inter infideles vsq; quo pueniat ad terminū. Vñ fideliū ¶ hereticoꝝ vt secura peregrinef ¶ trāseat in hac vita: ¶ hoc cū dicit. Saluū fac pp̃lm tuum. dñe. f. a psecutiōe infidelitū liberādo. Sēdo petit ecclesiā ¶ religionē xp̃ianā pfpari ¶ augeri: p totū orbē dilatari ¶ multipliari ¶ filios: ¶ abūdare i bonis tpalib? ad sufficiētiā vite necessarijs: ¶ b cū dicit. Et bñdic hereditati tue. i. multiplica ¶ psp̃a ecclesiā: q̃ est hereditas tua: ¶ b i abūdātia filioꝝ ¶ bonoꝝ tpaliuz: q: benedictio in sacra scriptura frequēter sumit ꝙ abundātia filioꝝ ¶ bonoꝝ tpaliū. Tertio petit vt religio xp̃iana dirigat ¶ vinat in hac vita fm legē dei. Et hoc cuz subdit. Et rege eos. f. in lege tua: vt fm euangeliū viuāt. Quarto petit vt xp̃iana religio sic transeat p bona tpalia vt nō amittat eterna: sz vsq; ad terminū hui? vite q̃ est vita eterna secura pueniat: ¶ hoc cū subdit: et ertolle illos vsq; in eternū. Et has eaſdē quatuor petitiones cōtinue facit eccl'ia: vt p̃z in oblis oſonibus: ¶ maxime in die veneris sancta q̃s orat ꝙ oibus statib? ecclesie ¶ gradibus fidelitū ¶ p cōuersiōe infideliū. ¶ Vides ergo beatus ambro. oia q̃ dicta sunt i hoc cātico de xp̃o. f. qualiter xp̃s est rex gl'ie ¶ eternus dei filius p̃fis: ¶ p ꝓs est de? verus: ¶ quō incarnatus ¶ fact? homo non horruit virginis vterū: ¶ quō deuicto mortis aculeo aperuit credētibus regna celoꝝ: que ꝓpter peccatū ade fuerāt nobis clausa. Et quō saluat: bñdicit suā hereditatē ¶ populū p ecclesiastica sacramēta ¶ dirigit p gratiā: ¶ etiam quomodo saluat ¶ defendit suū populum ab incursu ¶ psecutione infidelium ¶ hereticoꝝ ¶ dirigit eū inter has humanas varietates: vsq; quo pueniat ad terminū vite eterne in hac peregrinatione optatū ¶ in tentū. Tunc cognouit ꝙ xp̃o debetur vera latria tanꝙ saluatori redemptori ¶ glorificatori: ¶ obligamur per singulos dies ¶ horas ¶ momenta laudare cum ¶ benedicere. Nec ergo oia cōsiderans Ambrosius i persona tot? ecclesie p̃orupit i laudem: cum Dauid Psalmo. cxliij. dicens.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum: et in seculum seculi.

¶ D xp̃e p tātis beneficijs gr̃as agēdo ¶ verā latriam cū adoratiōe ¶ oblatione exhibēdo laudamus nomē tuū qđ est iesus ¶ saluator: eo ꝙ saluasti ¶ redemisti nos ¶ glorificasti nos. Et hāc exhibemus tibi in seculum: id est per totuz seculum huius vite: ¶ in seculum seculi patrie superne regni celestis. ¶ Ad cuius intellectū est notādū ꝙ deus aliter benedicit nos: ¶ nos aliter bñdicimus deū. Nam deus benedicit nos sanctificando ¶ gratificando per ecclesiastica sacramenta. Et prosperando et multiplicando ecclesiam et dirigendo eam. ¶ finaliter glorificādo ¶ vniuersaliter de na

tcū. di. c. j. xvi. q. j. c. rem. nimini. rcp. di. c. cc ce.

Deus a nos benedicit.

Nos deum bñdicimus

temporalia: ¶ spūalia largiēdo: sicut dictuz est in p̃cedēti petitiōe: ¶ sic dauid petebat benedici psal. lxv. cū dicit. deus misereat nostri ¶c. ¶ i fine cōcludit. bñdicat nos ¶c. Et isto mō etiā bñdixit oibus creaturis bona naturalia i earꝝ creatione largiēdo: vt p̃z Gen̄. j. ¶. ij. qñ bñdixit dicēs. crescite ¶ multiplicamini. Nos aūt bñdicimus deū ¶ ei? excellentiā: oipotentiā: sapiētiā: ¶ miam: ¶ iusticiā cōmēdando ¶ p̃dicando: ¶ beneficia nobis collata memorādo ¶ p eis ipsi gr̃as agendo: ¶ verā latriā ipsi exhibēdo: que cōsistit i oratione ¶ oblatiōe. Et isto mō p bñficijs gratias agēdo psal. cij. dicit. Bñdic aia mea dño ¶c. Itē psal. cliij. Benedic aia mea dño. Et enumerat ¶ explicat oia bona q̃ recepimus a deo p creationē ¶ gubernationē. Et sic p̃z differētia i benedicēdo. Nā de? benedicit nobis bona tpalia ¶ spūalia largiēdo. Et sic dixit Aug. superi?. Bal' uū fac pp̃lz tuū dñe: ¶ benedic hereditati tue. nos aūt benedicimus deū ei? maiestatē cōmēdando ¶ p beneficijs gratias agēdo ¶ verā latriā exhibēdo: ¶ sic dicit hic Ambrosius. Per singulos dies benedicimus te. ¶ Sed est vlteri? aduertēduz ꝙ quatuor principalia beneficia recepim? ¶ cōtinue recipim? a xp̃o redēpto: e nos: ꝓpter q̃ nō solū p singulos dies sz etiā p singulas horas ¶ momēta ¶ p singula loca ¶ vbiq; sine intermissiōe tenemur ¶ obligamur ipm laudare ¶ benedicere ¶ gratias agere: i qua benedictiōe includit pater ¶ spiritus sanct? q̃ indimisse cōcurrūt ad nr̃a beneficia. Nā p̃rio recepimus a xp̃o beneficiū creatiōis inquantū pater p xp̃m verbū fecit oia: spū aboꝝ incubante sup aq̃s: ¶ specialr nos fecit ad imaginē suā p quā diuinū esse pticipam? ¶ summus cspaces eterne felicitatis. Sēdo recepim? bñficiū redēptiōis ¶ creatiōis: p qō sum? ab oi maledicto absoluti ¶ deo gratificati ¶ recōciliati: q: nil, pfuisset ꝙ creasset: nisi mirabilib? modis recrearet: vt inqt Aug. ¶ Gregō. Tertio recepim? beneficiū expectatiōnis ad pniam: q: sic patientia ¶ benignitas ¶ mia dei nō expectasset ¶ expectaret ad pniam nil p̃o fuisset nobis xp̃i redemptio. Nā q̃d esset de nobis miseris si xp̃s anteꝙ veniremus ad pniam i peccato nos pmitteret iterire ¶ mori. Quartū est beneficiū gl'ificatiōis q̃ō bri possidēt i patria i actu ¶ iusti possidēt i via i merito: q: oēs iusti expectāt gl'ificari inter angelos: ¶ habēt mānsiones paratas i celo. P̃ro supradictis ergo beneficijs teneimur p singulos dies ¶ horas ¶ momēta ¶ loca ¶ semper ¶ vbiq; deū laudare ¶ benedicere: ¶ nūq̃ a laudib? vacare: nec ꝓpter hec valeamus deo satisfacere nec equales vices reddere. Q̃ō aūt sine intermissione xp̃is ¶ intervallo loci teneamur deū laudare: ¶ gr̃as agere ꝓbat. Nā sicut de? nō cessat nobis sp ¶ vbiq; supradicta beneficia cōferre. Ita nos tenemur sp ¶ vbiq; ipsi gratias agere: ¶ latrie cultū exhibere: vnde ly de? nos semel creauerit tamē cessat nos regere ¶ gubernare ¶ de necessarijs ꝓuidere ¶ i esse cōservare. Itē ly semel nos p̃ mortē ¶ passionē redemerit tamē nō cessat p gratiā illustrare: ¶ p eccl'iastica sacrāmēta recreare ¶ gratificare: ¶ peccatores ad pniam expectare ¶ iustos gl'ificare: ¶ bris suā gl'iam cōicare. D ¶ Et iō p̃o-

Quatuor beneficia a xp̃o.

Nota.

pter istos q̃tuor: respect? ¶ beneficia recepta ordinauit eccl'ia i officio matutinali q̃tuor: vigilias nocturnas: quaz q̃libet vigilia siue nocturn? cōtinet tres psal. ¶ tres lectiones cū suis respōsis: vñ sicut pastores diuidūt totā nocte p quattuor: tres ¶ vigilias ad custodiēdū gregē, ꝓpter lupos: quaz quelibet vigilia cōtinet tres horas: ¶ sic vnus pastor: vigilat i p̃ia vigilia vsq; ad tertiā horā noctis inclusiue: ¶ ali? p alias tres horas vsq; ad mediā noctē: ¶ alius a media nocte vsq; ad tertiā horā: ¶ alius p alias tres horas vsq; ad auroꝝ. Et istum modū etiā obseruāt armigeri ¶ milites in castris ¶ i oppidis custodiēdis: ¶ naute i nauigatione. Ita ergo pariter hunc modū seruabat eccl'ia primitiua i principio i egypto: vt inqt Pbus ¶ Eusebi? ¶ Hieron. ¶ hūc modū seruabāt postea monachi i egypto ¶ syria: vt inqt Cassianus. Nā p̃ia pars eoꝝ orabat in p̃ia vigilia noctis: ¶ alia in scōa: ¶ alia in tertia vigilia: ¶ alia in quarta. Intantū ꝙ nulla pars noctis cessabat a dei laudib? ¶ psalmodia: ¶ sic dū vna pars dormiebat altera vigilabat: ¶ eodē mō faciebāt i officio diurno: nā p̃ia pars orabat a p̃ia vsq; ad tertiā: ¶ extinde alia vsq; ad meridiē p alias tres horas: ¶ alia a meridie vsq; ad nonaz p alias tres horas: ¶ alia vsq; ad vesperas. Et sic noctu dieq; p nullū momētū cessabat a dei laudib? cū psalmodia. Et ideo ad instar illoꝝ ordinauit latina eccl'ia tpe Ambrosii ¶ Augustini in officio matutinali q̃tuor: nocturnos iurta quatuor vigilias noctis: i quoꝝ p̃rio cātat eccl'ia tres psal. iurta numez horaz p̃me vigilie noctis: et in scō noc. simp'r iurta numerū horaz scōe vigilie. Et similiter facit i tertio noc. ꝓ quarta aūt vigilia q̃ est vsq; ad auroꝝ cātat p̃rio hoc canticum. f. Te deū laudamus: postea ꝓcedit in laudib? cuz quiq; psalmis exp̃imētibus diuinas laudes: ¶ cātat hymnū nouum cū cantico zacharie quasi agendo gr̃as: q: nob? ve. le. p̃cessit: dies autem gratie appropinquauit: vt induamur arma lucis. Et hūc eundē ordinē seruat eccl'ia in officio diurno diuidēdo ipm i quattuor: tres iurta quattuor vigilias diei. Et ideo i p̃ma dicit tres psal. iurta tres horas p̃ie vigilie diei: ¶ ad tertiam dicit alios tres iurta horas scōe vigilie: ¶ ad sextā: nonā silr vsq; ad nocte. Est verū ꝙ postea eccl'ia ordinauit officium vesperoꝝ quod iā hz respectū ad diē sequentem. Et sic etiā ordinauit cōpletoriū. Ex supradictis p̃z ꝙ eccl'ia p singulos dies ¶ horas ¶ momēta nunꝙ cessat laudare deū ¶ agere gratias ꝓ suꝑadictis quattuor: beneficijs a deo receptis. Et hoc fit semp ¶ vbiq;. Nam cū in nr̃o hemisphario est dies: in alio est nox: ¶ ecōuerso: ¶ sic cum hic ō: officium diurnum ibi nocturnum ¶ ecōuerso. Itez cum in vna regione est hora p̃ima: in alia est tertia: ¶ i alia sexta. Et sic q̃ nos dicim? primā: apud persas ō: tertia: ¶ apud indos ō: sexta: ¶ apud regionem synaz dicitur vesperi. Et quo p̃z ꝙ nūq̃ ¶ nullibi cessatur a dei laudib? semp ¶ vbiq; laudat deus ¶ nomen xp̃i: ¶ etiam inter fideles vbi habitat xp̃s iam. Item si aliq̃i homines tacēt i terra: tū angeli in celo non cessant dicere sanctus ¶c. Et hoc intendit dicere beatus Ambrosius in hac parte cuz ait. p singulos dies benedicimus te ¶c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quia ergo Ambro. dixit q̄ per singulos dies et horas ⁊ momēta obligamur ⁊ tenemur benedicere ⁊ cōfiteri ⁊ laudare xp̄m deū ⁊ hoiem ⁊ ipsi semp ⁊ vbiq; gr̄as .p. supradictis beneficijs receptis agere. Jō dicit Aug. q̄ ita pari rōne .p. salute vsq; de necessitate cogimur p singulos dies ⁊ horas et momenta suā miam implorare ⁊ exorare: vt eruat nos a malis p̄sentib⁹ ⁊ piculis futuris: puta vt cōferat nobis gr̄iā p̄uenientē: ne ampli⁹ īcidam⁹ in petiū q̄ sine gr̄atia viuare nō possum⁹: ⁊ vt ex itēmur ⁊ roborem⁹ ad bonū agēdū ⁊ liberem⁹ a pcō i quo sumus. Causa aūt hui⁹ necessarie petitiōis est: q: taliter sum⁹ vulnerati ⁊ debilitati i adā q̄ si fuerimus derelicti in nostra natura corrupta: nec possum⁹ ex viribꝰ nr̄is vitare petiā: nec aliq̄d boni agere: nisi adiuuemur gr̄atia xp̄i: put .p. bat Aug. .p. lōgas disputatiōes cōtra pelagianos: ⁊ put dictū est i expositiōe psal. xiij. ⁊. xviij. ⁊ etl. ⁊ alioꝝ psal. ergo est dep̄recāda nobis diuina mia. Unde post q̄ sum⁹ liberati ab originali per gr̄atiā baptismalē ⁊ collata est nobis gratia gratifica: de pcanda est nobis semp diuina mia vt in illa cōseruemur ne cadamus in petiū: ⁊ si sumus in pccato aliquo est nobis dep̄recāda eadē diuina mia: vt det nobis gr̄atiā disponētem: vt surgamus a pctō: ⁊ det nobis gr̄atiā p̄uenientē ⁊ roborātē ne incidamus i aliud petiū addēdo mala malis: ne efficiamur difficiliores ad surgēdū. Item dep̄recāda est diuina mia: vt det nobis gratiā in tali statu vt ipellamur ad opa mie faciēda .p. ter q̄ bona de⁹ moueat ad miserēdū nobis: ⁊ ad cōferēdā supradictā gr̄az p̄uenientē: vt p eā surgam⁹ a pctō i quo sum⁹ ⁊ vitem⁹ alia pcā. Hāc ḡ q̄drupli cē gratiā ⁊ miaz petit ⁊ explicat Aug. .p. tres vltimus sequētes in pl̄ona ecclie. Nā i pl̄ona Custoꝝ dicit

xxj. q. j. c. vos autē.

Dignare domie die isto: sine peccato nos custodire.

¶ Idest vt i gr̄a p̄seruemur ⁊ ne i aliq̄d petiū īcidam⁹. Sz i pl̄ona pctōꝝ dicit cū dauid psal. cxiij.

De p̄sec. dist. j. c. quādo. ⁊ distin. iij. nūc.

Miserere nostri domine.

Scilicet vt a peccato resurgamus: et

miserere nostri.

¶ Ut in aliud petiū nō incidam⁹: sed oīa alia pcā vitemus ne te ad maiorē iram irritem⁹ ⁊ .p. uocemus. Item cum eodem dauid psal. xxxij. petit

xciij. dist. c. diaconi.

gratiam ad bene operandum: cum subdit

Fiat misericordia tua domie super nos quēadmodum sperammus in te.

¶ Hoc autem dicit ad differētiam infidelium obstinatoꝝ: qui a peccato non desiderant nec intēdunt exire. Et quibus patet q̄ sicut ex debito tenemur .p. beneficijs receptis p singulos dies deo gratias agere ⁊ deum laudare. Ita p̄o beneficijs futuris scilicet ad vitāda peccata futura ⁊ ad bona facienda de necessitate cogimur quotidie ⁊ semper diuinam misericordiam implorare: ⁊ exorare quod est cōtra temeritatem pelagianorum: vt videbitur. Sed ne quis desperet de diuina misericordia: quia deus nulli cum p̄esenerantia ⁊ se disponenti negat talem misericordiam. Ideo subdit Augu. cōcludendo totum canticum dicens.

In te domine speraui non confundar in eternum.

Ro. viij. De p̄ni. dī. ij. talibus. ⁊ dī. iiij. si ex dono.

¶ Quasi dicat: o dñe scio q̄ nō odisti naturam hominis quā ad tuā imaginē fecisti: ⁊ scio q̄ nō vis mortē peccatoris: sed vt cōuertatur ⁊ viuat: ⁊ scio q̄ nō deseris clamātes ad te: ⁊ scio q̄ oēs qui sperant ⁊ expectant te non confundentur nec frustra erit eoꝝ spes ⁊ fiducia ⁊ petitio: ideo quia in te speraui ⁊ pono spem meam: ideo nō cōfundar in eternum nec frustrabor in mea petitione: sed tu ipleb⁹ petitionem meam: quasi dicat Aug. quia ego posui spem⁹ meam in meritis tue passionis: ideo nō me a te repulisti: imo ad gratiā baptismi me p uenire fecisti per quā omnia peccata mihi sunt remissa: ⁊ sic nō cōfundar in eternum cum infidelibus ⁊ obstinatis: sed i celesti fruitione satiabor: cū apparuerit gl̄ia tua. Item quia scio ⁊ spero q̄ ficut penitētibus nūq̄ negasti veniam ⁊ miaz. Ita iustis nō negabis gl̄iam: q: superbis resistis: ⁊ humilibus das gr̄am. Et ideo elegi habitare in domo ecclesia dei mei magis q̄ habitare i taberna culis peccatoꝝ hereticoꝝ ⁊ gentiū. Et scio q̄ nō priuabis bonis gl̄ie eos qui ambulāt in innocentia p fidē ⁊ charitatē. Et sic beatus hō qui sperat in te. psal. lxxxiij. ⁊ ideo hec est causa quare i te domine speraui: q: scio q̄ nō cōfundar in eternuꝫ. Et suprādictis p̄z respōsio ad argumētū qō faciebat pelagius ⁊ iulianus cōtra Augu. dicētes. Si impossibile est q̄ aliquis possit resistere malo ⁊ facere bonū nec implere diuina p̄cepta sine gr̄a xp̄i: ergo sequit q̄ nos obligaremur ad nobis ipossibile ⁊ p̄ ꝯs iniuste dānarent pctōres ⁊ trāsgressores p̄ceptoꝝ: q: ad ipossibile nemo obligatur. Ad hoc rñdet Aug. q̄ nō est inconueniēs q̄ aliqs obligēt ad ipsi ipossibile qñ ipe vel parētes fuerūt cā sui reat⁹: vt⁹ homicida obligat ad reddēdū hoiem mortuū: ⁊ tū hoc est ipsi impossibile. Et filij p̄ditoris obligant ad seruiēdū dño .p. parētibus. Ita ergo ipsis primis parētibus i principio data fuit iusticia originalis p quā libere ⁊ sine difficultate poterāt opari ⁊ diuina p̄cepta adiplere: sed q: adā peccādo p̄didit illā originalē iusticiā: ⁊ p ꝯs possibilitatē libere operādi ⁊ adimplēdi diuina p̄cepta .put dicēt. Et ideo deus iuste pōt exigere ab adā ⁊ filijs suis illā originalē iusticiā seu obseruātiā p̄ceptoꝝ sm illā iusticiā. Et sic vnusquisq; obligat ad seruāduꝫ diuina p̄cepta: lz sit ipsi impossibile sm naturam corruptam ⁊ infirmā: cuius infirmitatis adā fuit cā. Et ideo nullus p̄z ius querele cōtra deū. Sz ad illud qō dicebat Julianus q̄ iniuste dānarent pctōres postq̄ ipsi est impossibile vitare malum ⁊ facere bonū sine auxilio supiori. Rñdet q̄ lz sit ipossibile aliquē ex .p. priis viribꝰ bene opari ⁊ saluari. Tū hoc est possibile si mia ⁊ gr̄a xp̄i adiuuet. Et sic lz sit ipsi ipossibile p se bn opari: tū nō ē ipsi ipossibile gr̄az xp̄i petere: eius miam implorare ⁊ se ad gr̄am inquātum pōt p̄parare: q̄ qua gr̄a pōt malū vitare ⁊ bene operari. Et ꝛō obstinat⁹ nō solū dānat⁹ q: peccauit: sed q: nō recurrit ad medicum gratiā petēdo ⁊ misericordiam implorando ⁊ se ad gr̄az quā nulli peret̄ ⁊ pseruti ⁊ p̄parāti xp̄s vnq̄ negauit p̄eparādo. Nā ille q̄ dicit nemo venit ad patrem nisi p me ⁊ sine me nihil potestis facere. Jo. xvi. ille idē dixit. Si q̄d petieritis patrē in nōie meo dabit vobis. Itē petite ⁊ accipietis: q̄rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ apiet vobis: q: q̄ petit accipit: ⁊ q̄ querit inuenit: ⁊ pulsanti aperiet. Itē qñ xp̄s dixit Matth. xix. Facilius est camelum intrare etc. nirabātur discipuli dicētes quis ergo poterit saluus fieri: quib⁹ respōdit xp̄s. Apud hoies impossibile est hoc: apud deū oīa possibilia sunt. Et quibusverbis xp̄i p̄z q̄ lz ipossibile sit aliquē saluari ex .p. priis viribꝰ: tū pōt saluari adiut⁹ gr̄a dei: q̄ nulli peret̄ cū p̄seuerātia ⁊ se p̄parāti negat. ⁊ sic nullus dānat: nisi culpa sui. Nā sicut scit q̄ nō pōt ex .p. priis viribꝰ bene operari sine gr̄a xp̄i: ita scit ⁊ certus est q̄ xp̄s nō negabit ipsi gratiā per quā poterit bene opari ⁊ saluari si illā gratiā petit cū p̄seuerantia: se ad illā quantū ipsi possibile fuit p̄parādo: ⁊ sic p̄z respōsio ad argumētū Juliani ⁊ oim pelagianoꝝ. Et hoc p̄firmat Aug. in cōclusione ⁊ fine hui⁹ cāpi: dicēs. In te domine speraui nō confundar i eternū. ¶ Et isto ergo cānico pūt recolligi. xviij. veritates catholice fidei ad cōsequēdā salutē cuiuslibet fidelis. Quaꝝ prima est q̄ vn⁹ solus de⁹ est laudādus ⁊ colendus.

Epilogando hui⁹ cā tici.

Scōa q̄ iste solus de⁹ est colēdus tā q̄ dominus ⁊ rector ⁊ gubernator: vt⁹. Tertia q̄ sicut est pater ⁊ creator vniuersi: ita est colēdus ⁊ veneranda⁹ p totū orbē terrarū. Quarta q̄ tota natura āgelica in cessabili voce .p. clamat sctūs ⁊c. mysteriū trinitatis explicādo. Quinta q̄ nō solū āgeli: sz etiā oēs chori beatoꝝ hoim laudāt deū i celo. Sexta q̄ nō solū ecclesia celestis: sz etiā ista militās p totū orbē terrarū cōfitet ⁊ colit deū in trinitate pfecta. s. patrē ⁊ filiū ⁊ spūs sctūs. Et sic ista ecclesia vnitur cū superna p latriā. Nā q̄ illa cātat p beatā visionem: ista cāt̄ ⁊ cōfitet p fidē. Septima q̄ licz xp̄s sit homo: tū est rex glorie. Octaua q̄ xp̄s ē filius naturalis ⁊ etern⁹ dei p̄is ⁊ .p. sequēs ē de⁹ ⁊ heres p̄is cui debet regnū ⁊ imperiū mūdi ⁊ vera latria. Nona q̄ filius dei etern⁹ et tpe suscepit hoiem i atomo vt in illa carne posset pati ad liberādū genus humanū a morte eterna. Decima q̄ tripliciter xp̄s nō horruit virginis uterū: quando et ea carnē assumpsit. Primo q: cū esset de⁹ etern⁹ nō horruit fieri hō mortalis. Secōo q: ml̄hoīem dū in virgine reperit: q: sicut eā purā ⁊ virginē reperit in cōceptiōe: ita virginē ⁊ purā ⁊ sanctā relīqt in sua natiuitate. Tertio nō horruit: q: lz assūpserit ex ea carnē cū penalitatib⁹ peti: tamē non cū culpa peti. Undecima q̄ xp̄s in ea carne quaz assumpsit et virgine deuicit aculeū ⁊ gladiū mortis: q: mortē nostrā mortiēdo destruxit ⁊c. Duodecima q̄ tripliciter xp̄s mortiēdo deuicit mortem. Primo q: vltra mortē q̄ erat terminus vite corpalis resurgēdo vitā eternā reperit: ⁊ sic fecit mortē peruiā: q: vltra ipsam trānsiuit. Secōo deuicit mortē: q: p resurrectionez immortales nos fecit. Tertio deuicit mortē peti que i seruitute oēs tenebat. Tredecima q̄ sicut xp̄s p suaꝫ mortē deuicit mortis aculeū: ita p ascēsionē aperuit credētibus regna celoꝝ. Decimaquarta q̄ xp̄s vt homo sedet in potiori⁹ bonis glorie patris. Decimaquinta q̄ christus etiā vt homo non solū sedet in potiori⁹ bonis glorie patris quo ad fruitionē ⁊ honorē latrie: sz etiā sedet in sede ptātis ad iudicādū super oēs creaturas in celo ⁊ in terra et in inferno. Et sic non solum sedet in sede glorie: sed etiam iudicij. Et ideo est iudex vētur⁹ vniuersalis: in nouissimo die cum potestate magna et maiestate. Decimasexta q̄ ad xp̄m pertinet in hac eccl̄ia dispēsare merita sue passiōis. Decimaseptim⁹ q̄ ad xp̄m pertinet cōplere numerū electoꝝ ⁊ eos annūtiare ⁊ cum sanctis angelis in gl̄ia sociare. Decimaoctaua q̄ ad xp̄m ptinet saluare pp̄m per gratiā et bñdicere per ecclie sacramenta ⁊ regere per legem euangelicā ⁊ extollere per gloriam. Decima nona q̄ ad xp̄m non solū pertinet saluare populū suum spūaliter a pctō: sed etiā tpaliter ab oi periculo corporali: ⁊ bñdicere copiā bonoꝝ tēporaliū conferēdo ⁊ dirigere eos in via: ⁊ finaliter gloriā conferēdo. Vigesima q̄ per singulos dies et horas ⁊ momenta obligamur deo latriā exhibere ⁊ laudare ⁊ gr̄as agere p̄o bñficijs creatiōis: redēptionis: ⁊ ad p̄miaz expectatiōis: ⁊ glorificatiōis. Vigesimaprima: q̄ sicut ex debito obligamur deū per singulos dies laudare p̄o bñficijs receptis: ita de necessitate cogimur diuinā miam implorare p̄o futuris: vt⁹ iusti tenentur .pter tria petere gr̄am: primo vt surgāt a pctō: scōo vt non incidāt in alia pcā addēdo mala malis: tertio vt semp faciant aliqua bona opera mie vt de⁹ ducat eos ad p̄miam. Vigesimasecūda q̄ hūana natura taliter fuit corrupta ab adā morbo cōcupiscētie: q̄ iustus per se in puris naturalib⁹ nec pōt vitare pcā nec aliquid bonū agere: misi fuerit adiutus gratia xp̄i p̄seruāte ⁊ roborāte. Vigesimatertia q̄ peccator non pōt surgere per se a pctō: nec vitare illud peccatū: nec facere aliq̄d bonū sine gr̄a xp̄i: ⁊ ideo non debet cessare miam dei implorare. Vigesimaquarta q̄ sicut sum⁹ certi q̄ sine gratia xp̄i nō possumus ex .p. priis viribus pcā vitare: quaz gratiam semp tenemur implorare. Jta ex promissione euāgelica sumus certi q̄ si ad gratiā in nobis est nos disponimus ⁊ cum humilitate eam perseuerāter petim⁹ q̄ nunq̄ nobis xp̄s eam negabit. Et quo p̄z q̄ nullus dānatur nisi culpa sua. Et sic per has vigintiquattuor veritates catholicas patet tota intelligētia huius cantici Ambro sij ⁊ Augustini. ¶ Sed nunc restat querendū quare cum tanta autoritate ⁊ deuotiōe vniuersalis ecclesia suscepit hoc canticū: ⁊ facit ipsuꝫ publice cantari in ecclesia in oibus festiuitatib⁹ in officio canonico cum tanta solēnitate et celebritate: cum hoc canticū non sit p̄propheticū in canone veteris testamēti sicut cāntica Moysi ⁊ Esaie ⁊ Habacuc: nec sit euāgelicū sicut canticū virginis Marie ⁊ zacharie ⁊ Symeonis q̄ cantantur in officio canonico. ¶ Ad qō respondet q̄ istud canticū est euangelicū duplici rōne. Primo: q: Ambro⁹ sius ⁊ Augustinus nō locuti sunt spū humano: sed p̄out spūsanctus dabat eloqui illis: sicut dicit Dati⁹ et Possidonius. Secōo est euangelicū: eo q̄ oēs veritates p̄fesse ⁊ memorate in hoc cāntico sunt euāgelice ⁊ ex euāgelio sumpte: vt dictū ē: ⁊ etiā q: oīe qō a spū sancto dictū est euāgelū ⁊ veritas euan-

Nō. obiectionē ⁊ sī obligemur ad ipossibile.

Nota.

Questio

Rūsio.

Istud cāticuꝫ est euangelicum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelica est marine qñ annūciat de xpo qō iam cōplerū est. Et ideo dicit xps. dabo vobis os ad loquēdū ⁊c. nō em vos estis q̄ loquimini ⁊c. Itē istud canticū est ꝓpheticū: q̄ in illo baptismo p̄euidit Ambro. qualis ⁊ quātus erat Aug. futur⁹ in eccle sia: vt inquit Dati⁹. ⁊ quo debebat oēs hereses expugnare ⁊ ab ecclia eliminare: qō in veritate post ea completū est: put infra patebit. Et sic ptz qualiter hoc canticū est prophēticū ⁊ euangelicū. Et ideo cū autoritate recepit ipsum eccl'ia. Sz causa quare cum tanta veneratiōe ⁊ frequētatione p̄cepit ipsum ecclesia publice cantari in officio matutinali ⁊ etiā in oibus gratijs agendis fuit: ⁊ est ꝓpter octo fruct⁹ ⁊ vtilitates quas istud canticū attulit ⁊ affert toti ecclesie ⁊ cuilz̄ fideli ipsum cū

Septez fruct⁹ affert istō canticū.

deuotione ⁊ veneratiōe recitanti ⁊ dicēti. Vñ septem fructus affert istud canticū. Nam primo instruit oēs fideles. Scdo iustificat oēs xp̄ianos. Tertio cōstruit ecclesiā. Quarto destruit oēm hereticam p̄auitatē. Quinto placat deū. Sexto impetrat miam. Septimo armat ⁊ ꝓbet arma quotidiana contra diabolū. Octauo ⁊ vltimo: q̄ nos conciues sanctor⁹ ⁊ domesticos dei efficit: ⁊ istam ecclesiā cum celesti consociat q̄ simul cum angelis ⁊ beatis cātat sanctus, sanctus, sanctus ⁊c. Et

Primꝰ fructꝰ.

hoc ptz per singula. Primū ergo ptz. Nā hoc canticum docet ⁊ cōfitetur supradictas. xviij. veritates catholicas in quarū cōfessione cōsistit tota doctrina ⁊ fides xp̄iani: p quas veritates oīs xp̄ianus sufficiēter instruit in fide. Et differt a quocūq̄ infideli ⁊ nō xp̄iano. Vñ tota fides xp̄iani consistit in credēdo deū trinū ⁊ vnum creatorē ⁊ dīm et gubernatorē totius vniuersi: ⁊ glorificatorē hominū iustorū ⁊ angelor⁹. Et credere xp̄m esse verbum incarnatū ⁊ deum ⁊ hoiem: cōceptū de spū sancto: natū ex virgine: mortuū ⁊ passum ⁊ resurrexisse ⁊ regna celorū nobis aperuisse. Et per ꝑs esse redēptorē generis hūani: ⁊ de diabolo triumphatorē. Et q̄ sedet a dextris in gl'ia dei p'is tā q̄ iudex vniuersal's: ⁊ credere xp̄m eē caput ⁊ rectorem ecclie a quo tota eccl'ia recipit oēm gratiā et virtutē ⁊ oīa dona spūalia: cui debeō cultus latrie et credere neminē posse pctā vitare: nec bene opari: nisi gratia xp̄i fuerit adiutus. Que oīa sufficiēter docet ⁊ instruit canticū istud. Ex quibus ptz q̄ instruit oēs fideles in omni veritate fidei catholice. B ¶ Scda vtilitas ⁊ fruct⁹ huius cātici est:

Secūd⁹ fructus.

quia cōstruit totam ecclesiā p supradictā trinā cōfessionē. s. per cōfessionē fidei cōfitendo supradictas. xviij. veritates catholicas ꝗbus tota eccl'ia defendit ⁊ tuetur ab oī incursu inimicoꝝ infidelium ⁊ hereticor⁹: ⁊ p cōfessionē latrie qua deo satisfacit: ⁊ per cōfessionē pctor⁹ qua diabolū exterminat. Et in hoc cantico cōtinent oīa que ptinēt ad nostrā salutē. Vñ primo in eo continet totum symbolū fidei cōfitendo supradictas. xviij. veritates catholicas. Scdo cōtinet tota ofo dīica cū

In ꝟ cāt̄ico cōtinet ofo dīica.

suis petitionib⁹. Nā sicut ibi dr: Pater noster q̄ es in celis sctificet nomē tuū. ita hic dicit scrīs ⁊c. et p singulos dies laudam⁹ nomen tuū in scl'm ⁊c. Item sicut ibi dicit. Adueniat regnū tuū. ita hic dicitur. eterna fac cū sctis tuis in gl'ia numerari. Itē sicut ibi dr. dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos ⁊c. ita hic dr: dignare domine die isto ⁊c. miserere nostri ⁊c. Et sic ꝑs qualiter istud canticū cōtinet totū symbolū ecclesie ⁊ orationez dīcam et vniuersaliter in virtute ⁊ implicite cōtinet totaz sacrā scripturā ve. testa. ⁊ p cōsequēs est dicendū q̄ sufficiēter cōstruit totā ecclesiā ⁊ turrim fortitudinis eius: q̄ quidem turris triplici muro circūdatur ⁊ sepit. Nam primus ⁊ exterior⁹ murus est cōfessio fidei supradictarū. xviij. veritatū: q̄ muro se tuet ecclesia ab incursu oīm infideliū hereticoꝝ. Secūdus murus ⁊ interior est cōfessio penitētialis ⁊ gratia sacramētorum quo se tuet ecclesia ab omni incursu demonū. Tertꝰ murus ⁊ intimꝰ est cōfessio vere latrie: ⁊ iste est ita altus q̄ attingit vsq̄ ad celū. Et isto triplici muro istud cāticū cōstruit ⁊ circūdat ⁊ roborat dei ecclīaz: ⁊ nō sicut hoc canticū cōfitetur oēm veritatē catholicā: ita petit oīa que pertinēt ad nostram salutē: agit gratias ꝓ beneficijs receptis. Et sic instruit: cōstruit ⁊ iustificat: qui sunt tres mirabiles ⁊ vtiles ⁊ salubres fruct⁹ huius cātici. L ¶ Tertia vtilitas ⁊ fructus huius cātici est: q̄ sicut sufficiēter ꝑstruit ecclesiā ꝓ supradictā trinā cōfessionē: ita sufficiēter destruit oēs errores infidelium ⁊ hereticoꝝ. vnde istud canticum in principio sui destruit errorē gētiliū q̄ colebāt plures deos ⁊ dicebāt mūdū esse eternū: ⁊ ponebāt felicitatē suā in hac vita: ⁊ in secunda parte in qua dr: te ꝓbe terrarꝝ ⁊c. destruit simul obstinationē indeoꝝ qui negāt mysterium trinitatis: ⁊ pfidiam arrianoꝝ q̄ separabāt in ꝑsonis substātiā: ꝓ hoc aūt q̄ ait tu rex glorie xp̄e: destruit falsam doctrinā manicheoꝝ q̄ negabat xp̄m esse hoiem verum ⁊ mortuū ⁊ passum: p illud aūt qō dr: dignare dīne die isto: destruit hereticā dogmata pelagianoꝝ q̄ dicebāt vnūquēq̄ ex ꝓpriis viribꝰ absq̄ alio auxilio posse p̄cepta dei adimplere: ⁊ p cōsequēs oīa peccata vitare et oīa opa charitatis adimplere. Et p ꝑsequēs dicebant supfluum esse deuz orare: post q̄ vnusquisq̄ oīa supradicta bona libertate liberi arbitrij ꝑ se poterat facere. Et sic patet qualiter istud canticum destruit oēs errores infideliū ⁊ hereticoꝝ. D ¶ Sed est aduertendū ꝫm possidoniū q̄ vnitatem fidei quā Aug. confitet in hoc cantico in suo baptismo: postea defendit publice i suis scriptis ⁊ predicatiōibus ad destructionē hereticoꝝ. Vñ Ambro. nō solum icepit. Te deū laudamus: eo q̄ dederat Aug. ad baptismū: ſz q̄ p̄euidit i ſpiritu qualis ⁊ quātus erat futurus Aug. in ecclesia vt inquit Datius. Et q̄ ꝓuidit qualiter oēs errores hereticoꝝ debebat ab ecclesia eliminare: vt inquit Possidonius, put postea factū est. ¶ Ad cui⁹ euidentiā est notandum q̄ inter ceteras quattuor hereses affligebāt ecclesiam tpe. Aug. Quarum prima fuit superstitio gentiliū. Nā ꝫ multi reges ⁊ ppli gentiliū fuissent ad fidem conuersi post cōuersionē magni Constātini ⁊ maxime tpe theodosij: tū quando alaricus rex gothorum cū suis gentilibus ingressus est italiam: et magna culpa ⁊ occasione Romanoꝝ incendisset ⁊ destruxit romaz cum tota italia. Tūc romani repidi in fide hoc imputabant xpo dicentes q̄ dum roma colebat plures deos semper fuit ꝓspera ⁊ domina mundi: sed

Tertius fructus.

Destruit errores

Quartus ex hereses tpe aug.

postq̄ fuerat sub fide xp̄i: semp fuerat diminuta et conteptā ⁊ tandē per illum barbarū regem gothorū destructa: ⁊ sic blasphemabāt romani ⁊ ceteri italici cōtra xp̄m ⁊ legem euangelicā decernentes repetere idolatriā. Tunc autē Marcellinus scripsit ad augu. dicēs: vt excitaret gratiaz a deo ipsi collatā. Et scriberet contra istos blasphemos nois xp̄i: q: Roma cum tota italia erat in magno periculo apostatādi a fide xp̄i ⁊ repetēdi antiquā superstitionē idolaticā: nisi ipse apponeret remedium. Tūc autē Aug. virtute ⁊ lumine spūssancti armatus ⁊ illustrat⁹ scripsit. xviij. libros ꝓ defensione ciuitatis dei ⁊ xp̄iane religiōis: in ꝗbus nō solum defendit ecclesiā ⁊ totam sacram scripturā vtriusq̄ test. Sz etiā destruit totā idolaticā superstitionē. Nā in ꝓmis. x. libris destruit oēs detestabiles ⁊ fedos ritus illius superstitiōis detegēdo falsum cultū falsoꝝ deoꝝ. Et detegēdo ⁊ cōfutando falsam doctrinā ⁊ deceptionē eoꝝ. Ab. xi. aūt libro vsq̄ ad. xviij. inclusiue mēorat diuersos fines vtriusq̄ ciuitatis. s. dīnationē ꝓpetuā impiorū et glorīā fideliū ⁊ iustoꝝ. In ꝗbus. xvij. libris ondit vnum deū ⁊ trinū et vnū esse creatorē ⁊ gubernatorē oīm iustorū: sicut cōfessus fuerat in p'ia parte hui⁹ cātici. Et sic Marcellinus publicauit illū librū Rome ⁊ p totā italiā: quo libro viso tota italia cessauit a blasphemia ⁊ apostasia ⁊ malo ꝓposito repetēdi idolaticā superstitionē: ⁊ sic quietauit totā eccl'iaz Augu. p illos libros de ciuitate dei: ⁊ destruit errorē gentiliū. C Itē codex tpe surrexit quidā maximinus ep's arrianoꝝ: qui vehemēter incepit resuscitare ⁊ roborare illam sectā ⁊ inuehere cōtra fidē trinitatis ꝑsonaꝝ diuinarū in vna ⁊ eadē substātia quā cōfitetur eccl'ia. Tunc augu. scripsit librū cōtra illū maximinū: in quo destruit ⁊ cōfutat eius argumēta. Et roborat fidē ecclesie fundamētis ⁊ autoritatibus sacre scripture. Et postea scripsit xv. libros de trinitate vbi lucidi⁹ ⁊ diffusi⁹ ꝓbat et declarat ꝓpositū supradictū. Hoc idez fecit Aug. in multis alijs libris ⁊ tractatib⁹ destruēdo ꝑfidiā arrianoꝝ ⁊ aliorū infideliū circa mysteriū trinitatis. C Itē codex tpe surrexerūt multi magni viri fedo ⁊ detestabili dogmate manicheoꝝ maculati qui illam sectā vehemēter inceperūt resuscitare ⁊ grādi conatu restaurare: cōtra quos Aug. scripsit eorum dicta ⁊ scripta ꝓfundo ⁊ repellēdo. Et primo cōtra faustum manicheū per. xl. respōsiones. Scdo cōtra fortunatū. Tertio cōtra cerscomiū ⁊ cōtra felicianū: ⁊ cōtra epistolā fundamēti: ⁊ contra aduersariū legis ⁊ ꝓpheraꝝ: ⁊ contra multos alios eiusdē secte: qui inter cetera negabant xp̄m esse hoiem verū: ⁊ per ꝑs esse passum. Et sic destruebāt totū mysteriū nr̄e redēptionis et virtutē sacramētoꝝ ecclie a passiōe xp̄i ꝓ nostra salute et iustificatiōe manentē: quos oēs Aug. scripsit et publicis disputationib⁹ ⁊ predicatiōibus superauit: et ab eccl'ia eliminauit ⁊ fugauit. put cōfessus fuerat in hoc cātico: qñ dicit: tu ad liberandū suscepturꝰ hoiem non horruisti virginis vterū ⁊c. Item codex tēpore fuit orta ⁊ per totū orbē subito diffusa temeraria secta ⁊ doctrina falsa pelagianorum: qui negabāt pctm̄ primoꝝ parentū cum

suis penalitatib⁹ transisse ad posteros. ⁊ per ꝑs negabant pctm̄ originale in paruulis ⁊ baptismū ad mūdationē peccati eis ꝓdesse. Et sic attribuebant tantā libertatē hūane volūtati ad operandū etiaz post lapsum primoꝝ parentū q̄ vnusquisq̄ ex ꝓpriis viribus naturalib⁹ cuz sola ptāte liberi arbitrij absq̄ quouis auxilio ⁊ gratia dei poterat diuina p̄cepta adimplere: ⁊ per ꝑs oīa peccata vitare: ⁊ oīa bona opera facere. Et sic dicebāt q̄ superfluū erat ꝓ defunctis orare: ⁊ futurū auxilium petere post q̄ vnusquisq̄ ex ꝓpriis viribus poterat bene operari ⁊ saluari. qō sentiēs beat⁹ yponensis eps illico cōgreguit oēs epos ꝓuincie numidie. Et ꝓbato grandi examinatiōe hanc doctrinā esse hereticā. Tunc aug. de cōsensu oīm illorum epoꝝ scripsit epistolā ad Innocentiū papam tunc ecclesie romane p̄sidentē vt vigilaret supra gregē suū: q: ista falsa ⁊ pestifera doctrina destruebat ecclesiā ⁊ fundamentū totⁱ sacre scripture ⁊ nostre redēptiōis ⁊ salutis: ⁊ annihilabat oēs petitiones ⁊ oīa suffragia ecclesie ⁊ am vīuoꝝ q̄ defunctoꝝ: q: frustra in oratione dīca petere mus ⁊ dicerem⁹: dimitte nobis debita nostra: ⁊ ne nos ꝫducas in tēptationē. Et sic de ceteris oſonibus: quas cōtinue facit ecclesia. Tunc autē Innocentius papa cōgreguit Rome cōciliū epoꝝ in quo dānauit pelagiū ⁊ celestinū hereticos cum secta eoꝝ. Et dedit autoritatē p̄imati cartha ginēsi: vt cōuocet simul cum augu. conciliū oīm epoꝝ africe contra illam sectā in quo cōcilio interfuit augu. q̄ fuit scriptor symboli ⁊ decreti illius cōcilij africani: in quo per singula fuit cōdēnata illa pestifera secta cum suo autore ⁊ sequacib⁹ fuit: vt ptz de cōse. dist. iij. c. placuit. et ꝓ multa sequētia. Et ꝓut ꝓsper narrat in chronica sua in quo tēpore Augu. scripsit librū yponosticon: ⁊ de pfectione iusticie hois: ⁊ de natura: ⁊ de gratia: et de spiritu: ⁊ de litera: ⁊ de baptismo parulorū: ⁊ de nuptijs: ⁊ cōcupiscentia: et contra Julianū ⁊ alios eiusdē secte: inter alia q̄ oēs illos hereticos expulit ab africa in asiam. Sed cum beatus Diero. q̄ tunc in bethleē iam senio laboraret sensisset illaz detestabilē ⁊ pestiferā doctrinā incepit per modū dialogi scribere cōtra eaz: sed cum puenissent ad eum libri Augu. de baptismo paruloꝝ quos contra illam heresim cōfecerat tūc cessauit a scriptura sui libri: vñ ait in fine huius libri. Peruenerūt ad manꝰ meas libri de baptismo parulorū quos scripsit Aug. cōtra heresim ⁊ sectā vestrā: ꝗbus visis huic operi finē imponendū decreui ne mihi dicatur illud Horatij in siluam ne ligna feras. ⁊ sic ptz qualiter Augu. destruxit illam heresim pelagianoꝝ prout cōfessus fuerat orādo in fine istius cantici: cum dicit. Dignare dīne die isto ⁊c. Et sic patet etiā p supradicta qualiter destruxit omnes alias hereses: prout ꝑ ꝑfectius fuerat in hoc cātico.

Quartus fructus.

L ¶ Quarta vtilitas ⁊ fructꝰ huius cantici est: q̄ sufficiēter iustificat oēs fideles per triplicē confessionem. Ad cuius intellectū est notandū q̄ tota iusticia christiani consistit in triplici confessione: scz in cōfessione vere fidei: vere latrie ⁊ penitentialis: siue in cōfessione peccatoꝝ. Vñ cōfessio consistit in corde ⁊ ore publice confitēdo: asserendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

doz̄ q predicādo oēs supadictas. xxiiij. veritates que continētur sub articulis fidei. Confessio autē latrie consistit in tribus: scz in laudādo deū q oēs perfectiones eius beneficia eius memorādo: q pro eis gratias agendo. Secdo in adoratione. Tertio in oblatiōe q sacrificio. Cōfessio autē pcōz cōsistit in ꝓfitēdo nos esse fragiles q miseros q pcō res q in adam obligatos q corruptos: taliter q sine auxilio gratie nec possum? pcā vitare: nec pcepta dei adimplere: nec aliquid boni agere: nec a peccatis in q̄bus sumus liberari. In hac ergo triplici cōfessione consistit tota iusticia hoīs q fides et spes q charitas eius. Sed tota triplex ista confessio cōtinetur in hoc cāt̄ico. Nā tota ista prima pars a principio vsq; ad illū locū. Te ergo q̄s: nil aliud est nisi cōfessio fidei simul cū gratiarū actione q laude: q exinde vsq; ad illum locū scz dignare dñe: nil aliud est nisi oīo que pertinet ad cultū latrie: q in illa parte qsi dicit: dignare dñe die isto: nil aliud est nisi confessio pcōz: q sic ꝓz qualiter istud canticū sufficiēter iustificat hoīem per triplicem cōfessionē. D ¶ Quinta vtilitas huj⁹ cāt̄ici est: in q tum placat deū q delectat q debitū per latriam solvit q reddit ipsum benignū p cultū latrie eo q magnificus et magnanim? delectat: cū ipsi memorātur bñficia que ipse fecit maxime cū gratiarū actiōe: vt ꝓz. iiij. ethicoz. Et ideo istud canticum p latriā est satisfactoriū q deo solutoriū: q deo nō possum? satisfacere nisi per vere latrie seruitutē q cultum q̄ maxime cōtinet in hoc cāt̄ico: prout dictū est: q ad quā latriā maxime nos exhortatur q incitat istud cāt̄icū: q hic est quint? fructus et vtilitas ei?: imo ex hoc cāt̄ico sumit ecclia modum reddēdi latriā dicētes sctūs &c. Quinti fructus.

Sextus fructus. A ¶ Ex ista autē quinta sequit̄ sexta vtilitas q fructꝰ huj⁹ cantici: q est gratie q mie q postulatoz impetrativū: q sicut deū placat q delectat cōmemorādo ei⁹ perfectiones q bñficia cū gratiarū actiōe q latrie exhibitione. Ita inclinat ipsum ad maiora bñficia conferēda: scz miam q gratiā in presenti: q gloriā in futuro ꝓout petitur in hoc cāt̄ico: vn maxime nos deo humiliam?. Naz sicut cōfitemur deū esse omnipotentē: creatorē: sanctū: iustum: misericordem: q redēptorē. Ita ꝓfitemur nos esse fragiles peccatores q miseros non sufficiētes ex nobis aliquid boni agere: nec posse pcā vitare: nisi fuerimus adiuti gratia xp̄i q ei? mia sublevati: et ideo dicimus: dignare dñe die isto &c. Et ideo hoc canticum est dei ad miam inclinativū: q est mie impetrativum: q deus sup̄bis resistit hūlib? autē dat gratiā q veniā. B ¶ Septima autē vtilitas q fructus huj⁹ cantici est: q⁹ prebuit q p̄bet nobis arma quotidiana cōtra diabolū q mundū q carnē: nō solum defensiua: scz etiā offensiua q fugativa cum dicit: dignare dñe die isto &c. ¶ Ad cuius intellectū est notandū sm̄ ꝓsperū defensorē doctrine Aug. contra pelagianos: q q̄ fuit orta pestifera q venenosa doctrina pelagianoz̄ in britania simul cum ea fuit exorta medela q antidotū contra illud venenū in italia per conversionē Augu. Nam quādo pelagius monachus incipiebat seminare suum venenū in britania. Tunc Augu. extirpator illius veneni baptizabatur Mediolani: q spiritualiter nascebatur tanq̄ tyfaca q antidotū ad resistendū q extinguendū venenum q morbū pestiferum pelagiani. Quodquidez venenum ita subito et in breui tempore infecit totam ecclesiā: tam in africa q in asia: q̄ in italia q̄s fuit mirabile dictu. Cuius causa fuit triplex. Primo q⁹ seminatores huius veneni scz pelagius q celestius q Julianus ostendebant se esse catholicos in fide articuli trinitatis contra arrianos q in articulo incarnationis contra manicheos: contra quos ecclesia diuina ante pugnauerat. Item quia isti erant viri eloquentissimi vt patet in stilo epistole pelagianoz̄ et in altercatione iuliani q cum hoc fuerunt astuti q calidissimi. Nam vt in breui possent orbem totum interficere: fuerūt diuisi per tres partes mūdi scz pelagius in europa: q iulianus in africa: q celestius in asya: q sic in breui tēpore fuit seminatū illud venenū. Tertia causa fuit quia illud venenū et fermentū erat valde palliatū q coloratum quasi latens sub melle veritatis nature voluntatis et liberi arbitrij. Et ideo multi facilius fuerunt in illa doctrina pestifera decepti hac triplici causa. Unde dicebant q⁹ deus bonam naturā q liberam creauerat in homine: q posuerat ipsum in voluntate arbitrij q consilij sui: ergo diabolus qui erat deo inferior non poterat humanaz naturam corrumpere nec voluntatis libertatē tollere nec impedire. Et ideo Julian? vocabat Augu. traductionarium q manicheū. Item dicebant q⁹ si humana natura et caro nostra intantū fuerat corrupta in adam: q⁹ nec poterat de se vitare malū: nec facere bonum: nisi aduta per gr̄am rp̄i: ergo sequeretur q⁹ vel nullus in peccando dānaretur: vel q⁹ deus esset iniustus in dānando hoīes: q⁹ ad impossibile nemo obligatur de iure: q sic asserebant q⁹ postq̄ deus bonam naturā creauerat in hoīe ad imaginem q similitudinē suam: q creauerat in eo liberā voluntatē q reliquerat eum in manu cōsilij sui q⁹ tunc ex ꝓpriis q naturalibus viribus cum arbitrio voluntatis absq; alio auxilio poterat diuina precepta adimplere: q per ꝓpria oia pcā vitare: q ois bonū opari q̄cunq; vellet. Et ex hoc inferebāt q⁹ superfluū erat deum orare ꝓ vitādis pcis futuris: q⁹ vnusquisq; de se poterat pcā vitare: q superfluum erat etiā ꝓ pcis exorare: q⁹ si sine peccato decesserūt ilico euolarūt ad celū tanq̄ bone nature secutores: si autē cum pcis mortui fuerant: tunc ilico descendebant in infernū. Et sic tollebāt oēs orationes ecclesie q oīa suffragia viuoz̄ q mortuoz̄. Quodquidē venenū ita in breui multos infecit: q⁹ tota ecclesia per oēs partes mūdi fuit turbata: eo q⁹ oēs illo pestifero veneno infecti cessabāt ab oratione q suffragio viuoz̄ q defunctorum cōfidentes de suis viribus q libera volūtate conteuendo gratiā xp̄i. Hoc autē p̄sentiens augu. zelo ecclesie permotus cōgregato cōcilio ep̄orum africanoz̄ incepit illis hereticis resistere. Et scripsit Innocētio pape romano vt supra gregez suum sautgilaret: q caute de isto occulto q periculo veneno inquireret vt dictum est. Et ideo condemnata ista pestifera heresi in cōcilio romano et africano. Tunc Augustin? incepit ordinare plura officia in sua ecclesia ꝓponendo contra intentū

Nota. de libe. arbi. libertate.

illius secte. Inter que primo ordinauit officiū de sanctoz̄ diuisum p tres nocturnos cū suis laudibus: q⁹ quidē offm ilico suscepit tota ecclia affricana: q exinde venit in ecclesiā italicam et gallicanā: q hispanicā q germanicā. Et etiam ordinauit missam p defunctis: in quo officio peruenf suffragia p defunctis ꝓ tra pfidiā pelagianoz̄. Itē aug. tūc ordinauit multa alia officia festiua inter q confecit officiū nativitatis ꝑ ginis marie: q etiā ordinauit multa alia ecclīastica officia quoz̄ autoz ignorat: eo q⁹ fuit multū aptus q facilis i orationibus ordinādis: vt patet in suis soliloquijs: q contēplationibus q supputationib⁹. Tunc etiam tota ecclia romana ꝓpter perfidiā pelagianoz̄ ordinauit preces que fiunt in ꝓma hora diei in officio: puta q⁹ ilico post ℣iculū dicaf oīo dñica cū symbolo: q postea. Et ego ad te dñe clamaui. cum quinq; sequētibus versiculis sumptis de psal. l. q postea fiat gñalis cōfessio. Et post cōfessionez dicatur vltima pars huius cāt̄ici. s. dignare dñe die isto sine peccato nos custodire. Et postea dicatur illa salubris q electissima oratio. s. dñe deus oēs qui ad principiū huius diei nos peruenire fecisti &c. In quibus precibus manifeste petimus gr̄am et auxiliū diuinū ne incidamus in aliquod pcm̄: sed semper faciam? bonū q ipleamus diuina precepta iusta voluntatē dei q liberemur a pcis preteritis: ostendendo et cōfitendo nos nullū bonum ex propriis viribus posse facere: nec pcm̄ vitare sine auxilio q gr̄a dei: q hoc idem ordinauit ecclesia fieri in cōpletorio: q⁹ ante orationē dicit vltimam partē huj⁹ cantici scz dignare dñe nocte ista sine pcō nos custodire. miserere nr̄i dñe. Et quibus ꝓz q⁹ ex hoc cantico accepit ecclia arma quotidiana matutina et vespertina ad pugnandum ꝑ diabolum. Que quidē arma tria faciūt. Nā primo inclinant deū ad miam q gr̄am cōferēdam: postq̄ nos humiliamus cōfitentes nos esse fragiles q insufficientes ad malū vitandū et bonū agendum: et cōfitemur nos esse filios prevaricatoz̄. Secdo fugam? diabolū a nobis q vires ei? cōp̄imimus. Tertio eliminamus et extinguim? venenū et pestiferā doctrinā pelagianoz̄ q totum ꝛium suadebat q totā religionē xp̄ianā interfecerat q turbauerat: vbi etiā ecclīa ꝓpter eandē causam ordinauit alias preces post primā. s. Preciosa i cōspectu dñi &c. vsq; ad capl̄m. s. dñs autē dirigat corda et corpora nr̄a. que ꝛba si bene cōsiderenf et cōtemplentur oia petunt diuinā miam q gratiā q auxilium diuinū: vt valeamus implere diuina p̄cepta q vitare pcā q facere bona opa cōfitētes nos nihil boni ex nr̄is viribus posse facere: q sic etiam ecclia semp ꝓcessit ordinādo nova officia q nouas oīones in q̄bus petimus diuinū auxiliū: vnde ō: q⁹ sicut primus q ordinauit antiphonas ad cantandū cū psal. in ecclia fuit Ambrosi⁹: q ordinauit hymnos feriales: q diuisit offm matutinale i duas partes. s. psalmodiā q laudes. Ita ꝓm⁹ q fecit respōsa que cātantur post psal. in quolibet nocf. fuit Aug. Gelasi⁹ autē papa paulo post Aug. ordinauit vt cāt̄icū Aug. scz Te deū laudam?. cāt̄aretur post tres nocturnos ad laudes. Fit verū q⁹ b⁹ Ambro. iam ordinauerat q⁹ illud cāt̄icū cā-

Nota.

Ecclesia ex hoc cantico accepit arma.

Gelasi⁹ ordinauit cāt̄a re istum canticū.

retur in ecclia Mediolanēsi: sed Gelasi⁹ postea precepit vt cantaretur per vniuersam ecclesiam. Postea iste Gelasius ordinauit multa alia particularia officia ecclīastica et ordinauit vt ante canonē misse cantaretur alia particula huius cāt̄ici. s. sctūs. sanctus. san. &c. Et ad hoc ordinauit q confecit illā prefationē cōem que quotidie cantatur in missa. s. vere dignū q iustum est &c. q⁹ quidem prefatio nil aliud facit nisi q⁹ recitat q declarat q⁹. Augu. dixit in hoc cantico. s. tibi oēs angeli et cherubin q seraphin incessabili voce pclamāt sanctus &c. Postea aut̄ venit Gregorius qui composuit aliquas prefationes festiuitatibus solēnibus appropriatas. Et ecliā confecit multa alia officia sanctoz̄ tam ꝓpria q̄ cōmunia q̄ hodie cantat ecclia. Ex q̄bus ꝓz qualiter vniuersalis ecclesia latina ex isto cantico sumpsit modum laudādi deū in missa: q⁹ simul cū ecclesia triumphanti ista ecclia cantat sanctus san. &c. Et sic ex isto cāt̄ico accepit q assumpsit arma quotidiana cōtra diabolum fugandum q modum inclinandi deum ad miam q gratiā impetrandā: q⁹ dicit. dignare domine die isto que est septima vtilitas huius cantici. A ¶ Octava vtilitas q fructus huius cantici est: q⁹ nos concives sanctoz̄ et domesticos dei efficit: q istam militantem ecclesiam cum superna et triumphanti confociat. Unde quia dictū fuit per Augustinū in prima parte huius cantici. tibi omnes angeli &c. vbi ostendit q⁹ oēs angeli incessabili voce ꝓclamant &c. Et hoc idem cantat chorus apostolorum et prophetarū et martyrum in societate eoz̄: prout subdit Ambro. cum dicit. Te gloriosus apostolorum chorus. Et hoc cantat tota ecclesia per totum orbem terrarum: prout Augu. subdit. te per orbem terrarum sancta cōfitetur ecclesia &c. Ex quib? concluditur q⁹ sicut chorus apostolorū ꝓphetarū martyrum q omniū beatoz̄ sociat cum angelis in gloria ad cōfitendū mysterium trinitatis cantando sanctus &c. Ita pariter ista ecclesia toto orbe diffusa sub eadem ꝓfessione ꝓsociat cōcelesti cantando sanctus &c. Et sic quantū ad ꝓfessionē trinitatis eadem est latria huius ecclesie et illius celestis: sicut ibi dictum fuit. et ideo Gelasius papa ampliatoz̄ diuinoz̄um officioz̄ qui fuit valde devotus huic cantico ordinauit vt in omnibus festiuitatibus cantaretur in officio matutinali finito tertio nocturno: vt ista ecclia consocia retur cū superna cantando sanctus san. &c. Item vt per istud canticū ostenderet q⁹ tota ecclesia est eadē cum illa ratione finis et termini inquantuz ista est via in illā: q⁹ laudat vnum solum deum in trinitate cū illa. Et ideo ex isto cāt̄ico accepit prefationē quam cantamus ante canonem misse. vnde ls Ambro. q Augu. ordinassent in suis ecclīs alias longas prefationes: vt ꝓz in ecclesia Mediolanensi: tamen Gelasius papa ordinauit vnā brevem q cōmunem prefationem quam quotidie cantat ecclesia in missa: in qua nil aliud dicit: nisi q⁹ explicat totā illā partē huius cāt̄ici. s. tibi oēs angeli. vsq; ad illā ecclusiue. tu rex glorie christe. Unde ait. Sursum corda. i. relictis rebus mundanis eleuate corda vra q simul cū angelis q beatis

Octaus fructus cāt̄icum istō nos ciues sanctoz̄ efficit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agamus gras deo nro. Quia vere dignū est semp
& hic & ubiq; tā in terra q̄ i celo cuz angelis gras
agere. Ideo cōuersa eccl'ia ad deū patrem dicit.
O dñe sc̄e pater oīpotēs eterne de⁹ nos oēs p̄camur
te per xp̄m filiū tuum & dñm nr̄m per quez maie-
statē tuā laudāt āgeli: adorāt dñationes & tremūt
p̄tates candē maiestatē tuā: celi celoruq; virtutes
ac btā seraphin sub quadā socia & cōcordi exulta-
tione cōcelebrant & colūt et venerant eandē ma-
iestatē tuā cū ihū⁹ et nr̄as voces vt admittas sup-
plices precamur. i. supplices te p̄camur: vt tu ad
mittas & velis audire & suscipe nr̄as voces simul
cū illis. i. cū vocib⁹ illoz. s. angelor. q. d. sicut i ce
lo suscipis et admittis voces illoz dicētiū. sanct⁹
sanct⁹ &c. ita dep̄camur vt simul cū eis socia exul
tatione admittas nostras voces simul cum eis di
cētes: scrūs &c. Vñ aduertāt sacerdotes & religio
si q̄ cōstructio huius prefatiōis et valde intrica-
ta, ꝓpter longā serie & dependentiā: q; tota ei⁹ cō-
structio dep̄deret ab illo ꝙdo dep̄camur et ipedi-
ret cōclusionis parte, ꝓpter illud relatiuū. s. cū quib⁹.
Et iō hec magis declarauit postea btūs Greg. i
suis particularib⁹ solēnibus festis: in fine q̄rū cōi
ter dicit. Et iō cū angelis & archāgelis cū thronis
et dñationib⁹ cuiq; oi militia celestis exercit⁹ hym-
nū gl'ie tue canim⁹ sine fine dicentes. scrūs &c. Et
ideo ꝓz q̄ tam Gelasi⁹ q̄ Greg. simul cū tota ec-
clesia ex isto cāt'ico sumpserūt hāc p̄fationē quaz
cātam⁹ quotidie in missa simul cū hac cōfessiōe tri
nitatis dicēdo sanct⁹ &c. Itē ostēdit eccl'ia ista q̄
nō separata sed simul sociata cū illa eccl'ia beato-
rū socia exultatiōe intēdit cantare sanctus scrūs &c.
sub eadē cōfessiōe mysteriū trinitatis: & sic inten-
dit cōfiteri et cātare p fidem & cōfitet eccl'ia & cā
tat per gloriā & clarā visionē: & ostendit etiam ista
ecclesia q̄ non cantat hoc cant'icuz tanq̄ terrena
sed sursum a terrenis cū illis eleuata tanq̄ cele-
stis. Et quibus ꝓz q̄ istud cant'icū nos facit cives
sanctor. et dei domesticos: & facit istā eccl'iam cū
illa celesti cōsociaz. Et hoc etiā ostenditur p quā
dam reuelationē & visionē factā cuidā sanctimo-
niali i saxonia. Vñ legit in eccl'iastica hystoria
germanor. q̄ i saxonia erat et adhuc erat quod
dam magnū monasteriū in quo laudabat deum &
viuebat in vita sanctissima & honestissima magna
multitudo sororū inter quas erat quedā deuotissi
ma inuenis q̄ & ex iugi abstinētia vigil quotidie sur
gebat ad horas matutinas: & continue sequeba-
tur horas nocturnas in choro. Et ideo et multis
laboribus erat multis infirmitatib⁹ afflicta. Et tū
ꝓpter hoc nō cessabat interesse oībus horis tā no
cturnis q̄ diurnis. Intantū q̄ quadā nocte cum
esset in matutinis: & iam chorus esset i fine tertij
nocturni quasi in nona lectiōe: tūc illa monialis
incepit deficere p̄e debilitate: et venire quasi in
syncopim. Nō videns abbatissa p̄cepit ipsi vt iret
ad cellam suam & quiesceret. Ipsa autē monialis
rogabat vehemēter abbatissaz vt permitteret eā
stare in choro vsq; quo diceret hoc cāticū: scz Te
deuz laudamus. Abbatissa ꝙo noluit annuere ei⁹
p̄cibus: sed p̄cepit ipsi in meritū sancte obedi-
tie vt iret ad cellā suam. Tūc illa velut obediens
egressa est ecclesiam: sed mansit in claustro iuxta
portā eccl'ie: vt audiret Te deū laudam⁹: ne per-
deret illā consolationē. Sed cū chorus inciperet
cantare te deū laudam⁹: ipsa eleuauit oculos ad
celū vt simul ageret grās et laudaret deum cum
alijs monialib⁹: tunc autē eleuata & rapta in spū:
vidit q̄liter incipiēdo hoc cant'icū. s. te deū lauda
mus: illico apertū fuit celū. Et q̄ chor⁹ cantabat
tibi oēs angeli: tibi celi &c. vidit q̄liter oēs angeli
et throni & dñationes & cherubin & seraphin: & oēs
ordines angelor. prostrati & inclinati adorabant
añ throni trinitatis: & laudabāt deū trinū & vnū
& aguū sedētē a dextris p̄ris oēs dicentes. scrūs
sanctus. &c. Itē q̄ chorus incepit cātare. Te glo
riosus apl'or. chorus. vidit qual'r chorus apl'oruz
p̄cidentes in facies suas añ thronum cātabāt idē
cant'icū dicentes scrūs &c. Itē q̄ chor⁹ incepit di
cere. Te ꝓphetarū laudabilis nūer⁹. vidit q̄liter
oēs patriarche & ꝓphete ve. te. p̄cidētes i facies
suas cātabāt idē cāticū ante thronuz maiestatis.
Itē quādo chor⁹ icepit dicere. Te martyz cādida
tus laudat exercit⁹. tūc vidit turbā magnā mar-
tyr. & p̄fessor. & virginū & oīum iustor.: qui oēs pro
strati in facies suas añ thronū dicebant sanct⁹ &c.
Tandē aūt q̄ chorus incepit dicere. Te p orbem
terraz scta ꝓfitet eccl'ie patrē &c. tunc vidit q̄liter to
tus ille chorus monialiū ascēdit in celū: & oēs ille
sorores mitte simul cū angelis & apl'is & martyri
bus & oīb⁹ beatis socia exultatiōe cātabāt sanct⁹
san. &c. & sic finierūt cāticū vsq; ad illū versiculuz:
scz In te dñe speraui &c. quo cāt'ico finito celū clau
sum est & nil aliō vidit: tūc illa putās q̄ abbatissa
simul cū toto choro monialiū mānisset i celo clau
so reuersa est velociter ad chorum: scz videns q̄ cho-
rus incipiebat dicere. De⁹ in adiutoriū. p laudi-
bus dicēdis vehemēti admiratiōe obriguit et in-
cepit dicere & interrogare quō ita velociter desce-
disset de celo. Sed cū abbatissa cū ceteris monia
lib⁹ hec reputarēt deliramentū. Ipsa magis asse-
rebat vidisse supradictam visionē: postea aūt nō
post multos dies cū scrimonialis illa venisset ad ar
ticulū mortis dixit abbatisse oīb⁹ scrimonialib⁹
vt essent: starēt astāte cū deuotide i choro cū hoc
cant'icū cātak in choro tā in missa q̄ in matutinis
q; voces fideliū ascēdūt i celū: & sil' cū vocib⁹ āge
lor. et oīs beator. socia exultatiōe laudāt deū: q;
qū cātak hoc cāticū ꝙsociat istā eccl'iaz cū supna.
Ex supradictis ergo ꝓz q̄liter octo fruct⁹ attulit
nobis cant'icū istud ꝓpter q̄ tota eccl'ia suscepit
ipm cātari in matutinali officio. Primo q; instruit
fideles in oi catholica virtute. Secō q; instruit ec
clesiā in his q̄ ad fidē sunt necessaria. Tertio de-
struit oēm hereticā prauitatē. Quarto sufficiēter
hoiez iustificat p trinā ꝓfessionē. Quinto deū dele
ctat & satisfacit p latriā seruitutē & gr̄az actiōes.
Sexto impetrat nobis. Septio ꝙfert arma quo
tidiana ad pugnādū cū diabolū. Octauo cōsociat
istā eccl'iaz cū supna, put p singula est declaratū.
Decāda q̄ est nobis diuina clemētia: vt sicut hoc
cāticū in hac ecclesia cātamus per fidē: ita simul cū
beatis mereamur cātare ipm in patria per clarā
visionem & fruitionem & gloriā. Ad quā nos per-
ducat rex glorie xp̄s qui cum patre & spū sc̄o vi-
uit & regnat deus: in secula seculoz. Amen.

Exemplū notandū.

¶ Habes itaq; lector bone opus lectu
cum iocundū tum salutare expositionis
luculentissimaz. Reuerendi in christo do
mino patris domini Jacobi Perez de
Valētia christopolitani episcopi digniſ-
simi. In centū et quinquaginta psalmos
Dauidicos. In cantica que in officijs ec
clesiasticis decantantur. In cantica euā-
gelica: et in canticum sanctorum Augu
stini et Ambrosij.

¶ Reliquum est volumen questionum sa
ne q̄ argutum in iudeos: quod licet seor-
sum imprimendum duxerim: huic tamen
operi non impertinenter adnexeris.

¶ Extant preterea eiusdem patris do
ctissimi excellentissime explanatiōes in
cantica canticorum: quas altero seorsuz
volumine nobis imprimendas concredi
dit cum primis honorādus pater ac ma
gister noster Magister Johannes Fo
caudus Abbas Clarevallis.

¶ Incipit tractatus contra iudeos edi
tus per reuerendissimum dñm Dominū
Jacobum de Valentia episcopum chri-
stopolitanum.

QOstq̄ expleuerā cōmenta
rios in libros psalmor. relatum
est mihi quosdā iudeos egre tu
lisse et murmurasse ꝓpter ea
q̄ dicta sunt in expositione psal.
xxxix. & xliv. & l. et in plerisq; lo
cis scilz qualiter lex moysi fue-
rat mortua & impleuerat cursuz
et officium suum in aduentu xp̄i: eo q̄ non fuit da
ta gratia sui: sed in signū xp̄i futuri & legis euāge
lice. Et dictum fuit qualiter oīa ꝓmissa in lege et
ꝓphetis erant spūaliter intelligēda: que oīa fue
runt cōplera in xp̄o vero messia in lege promisso.
Et dictū fuit qualiter cessante lege moysi quo ad
officiū & figurā succesit lex euāgelica tanq̄ veri-
tas illi⁹ eo q̄ tota scriptura legis & ꝓphetar. fuit
verificata per xp̄m & legē eius euangelicā. Quod
audictes iudei quidā moderni ingenti fremitu et
conatu inceperunt instare & conari ꝓbare totum
oppositū per autoritates sacre scripture. Quam-
obrem cōpulsus sum ab amicis meis cōpresbyte-
ris iudeorū ineptijs et friuolis argumentis brevi
tractatu respōdere. ¶ Vnde est aduertēdū q̄ ser
sunt que detinent iudeos modernos in sua perfi
dia & obstinatione. Primo q; putant legem moy-
si fuisse datam gratia sui non ꝓpter alium finē.
Secundo q; putāt ipsam inceternū daturā. Tertio
quia putāt illam terraz chanaā & hierlm cū oībus
fructibus suis esse eis promissam & datā in premiū
precisum pro obseruantia legis. Quarto q; putāt
q̄ messias in lege promissus debebat eos liberare
ab oī captiuitate tēporali & reducere eos in illaz
terram chanaā. Et ideo non credunt iesum xp̄m
fuisseverum messiā: sed expectāt alium q̄ debebat
eos liberare. Sexto putāt legem euangelicā esse
imperfectā & oīno cōtrariā legi moysi: & esse sacri
legam & falsam: ideo eam nolunt sequi nec recipe
re. Et ideo in p̄senti tractatu mouebūtur quinq;
questiones cum argumentis iudeorū quibus absol-
utis videbit manifesta deceptio & cecitas eorum
et soluētur oēs obiectiones & rationes eorum ad
ducte contra veritatē nostram. Quarum erit

Prima questio. Prima vtrū oīa legalia debuerūt cessare tanq̄ mortua per aduentū christi.

Secūda. Secunda vtrum sabbatū legale debuerit cessare & celebrari dies dñica.

Tertia. Tertia vtrum terra chanaam materialis cum suis fructibus fuit precise promissa filijs israel in premiuz precisum propter obseruantiam legis.

Quarta. Quarta vtrū iesus xp̄s quem nos recepi mus fuerit verus messias in lege et pro-
phetis promissus et expectatus.

Quinta. Quinta vtrū cessante lege moysi debue-
rit succedere lex euangelica quam chri-
stus tulit et predicauit.

¶ In quibus quidē questiōibus primo adducētur rationes & autoritates quas iudei adducūt in con trarium. Secō in decisione questionis declarabi tur veritas & verus sensus autoritatū in dictarum confirmando fidem & veritatez nostrā & ea que di cta sunt in expositione psalmor. Tertio autē re-
spondebitur ad argumenta eorum.

An lex moysi debuerit cessare per aduentum christi.

QVantum ergo ad primā que
stionem in qua queritur. vtrū lex
moysi fuerit mortua et debuerit
cessare per aduentū xp̄i. Arguunt
iudei moderni q̄ nullo modo de-
buit cessare: & arguunt primo sic.
Illa lex nunq̄ debuit cessare que sufficiēter fuit a
deo instituta ad iustificandū hoiem & tollendum
omne pcm̄. Lex autē moysi est hmōi: igitur nūq̄
debuit cessare. Maior est nota de se. Minor pro
batur per discursum legis. Nā circūcisio data est
in remediū & ad tollēdū originale. Gen. xvij. vbi
dicitur q̄ caro que circūcisa nō fuerit: peribit alia
illius de pplo suo &c. Et ideo q̄ sacerdos sine ra
bino circūcidit puerum dicit hec verba. s. Būdi-
ctus dñs deus israel q̄ per istam circūcisionē libe
rauit istum puerum de inferno. Et sic ꝓz q̄ deus
iam dedit circūcisionē abrae ad tollendū peccatū
originale. Itē deus in lege p̄cepit offerri holo-
causta et sacrificia pro petō sacerdotis & pro pec-
cato populi. Leui. ix. immo ordinauit sacrificia &
oblationes iuxta differentiā & cōditionē peccato-
rum: vt ꝓz per totum discursum levitici. Ex q̄bus
ꝓz q̄ legalia sufficiēter tollebant pcm̄: ergo nūq̄
debuerūt cessare. Secō arguunt q̄ lex moysi fuit

Ser de tinēt iudeos in sua perfidia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa legalia nunq̄ fuerunt mortua cum xp̄o. Nam illa que sunt eterna ⁊ data sub fedre eterno sunt immortalia: sed oia legalia sunt data sub fedre sempiterno: ideo sunt immortalia: ⁊ per ꝯs nūq̄ fuerunt mortua. Maior: ptz. Mino: ꝓbatur per singula. Naz primo circūcisio data fuit abrae sub federe sempiterno. Geñ. xvij. Item esus agni paschalis fuit preceptus cum esu azimorū in cultum eternū. Exo. xij. Item immolatio agni matutini et vespertini fuit mādata sub oblatiōe sempiterna. Exo. xxix. Item preceptū sabbati in signū paternitatis sempiternā. Exo. xxxi. Itē celebritas paschę ⁊ pentecostes ⁊ ceterorū festorū in legitimū sempiternū. Leuit. xxij. ⁊ xxiij. Tertio arguit sic: illa lex non debet cessare q̄ fuit promissa sub iure iurando ⁊ pacto sanguinis effusi. Lex autē moysi erit huiusmodi: igitur non pōt cessare. Maior: probatur. Nam aliter deus esset causa trāsgressiōis iurisiurādi. Mino: ptz exo. xxiiij. vbi totus pplus cōgregatus dixit. Oia que locutus est dñs faciemus ⁊ erimus obedientes. vsi Moyses occidit. xij. vitulos iuxta numerū tribuū filiorum israel: ⁊ dimidiam partē sanguinis asperfit super altare: et alteram partē asperfit super pplm dicens. hic est sanguis federis quo pepigit dñs vobiscū sup cunctis sermonibus his ⁊c. Et ꝯbus ptz q̄ sicut populus sub federe sanguinis promisit seruare legē in eternū: ita deus sub eodez federe promisit nunq̄ mutare legem. Quarto arguitur sic. Illa lex non potest cessare nec mutari cui nihil potest addi nec diminui. Lex autē moysi est huiusmodi: igitur ⁊c. Maior: ptz. Mino: ptz Deut. iiij. vbi dñs dicit. Non adderis ad verbū quod loquar vobis nec auferetis ex eo ⁊c. ¶ In oppositū est in Iere. xxxi. In diebus illis feriam domui Jacob fedus nouū. Non fm pactum q̄ pepigi cum patribus eorum quādo eduxi eos de terra egypti. Sed dabo legē meam in cordibus ꝯrum ⁊ in visceribus eorū scribam eam ⁊c. Et ꝯbus ptz q̄ illa lex data post erit tum egypti debebat cessare ⁊ alia nova succedere quiaq̄ senescit necesse est ad interitū tendere. ad Debi. viij. Respondeo. In hac questione erunt tres articuli. Nam in primo videbitur an opera legis poterūt per se tollere peccatū ⁊ iustificare hominem simpliciter. In secūdo videbitur an oīa legalia ⁊ cerimonialia fuerunt simul mortua cum christo. In tertio videbitur per quem modū legalia data fuerunt sub federe sempiterno. ¶ Quantum ergo ad primū articulū est preadvertendū q̄ ad hoc q̄ aliqua lex vere iustificet hoiem simpliciter oportet primo q̄ tollat peccatum ⁊ liberet hoīnē a seruitute peccati ⁊ a debito. Secōo q̄ reddat ipsum charum ⁊ acceptum et dignū vita eterna: ⁊ tunc homo dicitur vere iustificatus: q: digne meretur vitam eternā: quia ergo homo propter peccatū originale erat priuatus vita eterna: ⁊ propter actuale erat obligatus ad penā sensus eternam in inferno: et per conseq̄ens propter vtrūq̄ peccatum erat in odio ⁊ ira dei. Ideo oportebat primo absolui ipsum et purgari ab vtroq̄ peccato. Secūdo reduci in gratiā dei ⁊ gratificari advitam eternā consequendā. ¶ His habitis ponitur prima conclusio. q̄ circumcisio non poterat hoiem de se absoluere a peccato originali ⁊ seruitute: et reducere ipsum in gratiā dei: et facere ipsum meritorium ⁊ dignum vita eterna. Licet autē ista cōclusio sit probata psalmo. xxxix. tamen hic specialiter probatur primo sic. Nullū minima et vilior pars hois potest esse sufficiens precium ad absoluēdum totum hominē a seruitute ⁊ condemnatione peccati: ad quod totus homo quo ad corpus ⁊ animam obligabat: ꝛ illa pellicula que scindebatur et ille modicus sanguis qui effundebatur in circūcisione erat minima pars corporis ⁊ vilissima respectu anime: ergo non erat sufficiens precium pro toto hoīe maxime quo ad aiam: ⁊ per cōsequens non poterat eaz redimere: nec liberare a debito. Secundo sic. Totus ille homo erat obligatus ad seruitutē peccati ⁊ erat in ira dei quo ad corpus ⁊ animā: ergo illa particula ⁊ pellicula et ille modicus sanguis ita erat obligatus peccato et erat in ira dei sicut totus homo: ergo non poterat satisfacere pro peccato totius: nec reducere in gratiam dei: nec mitigare iram dei. Oportebat ergo q̄ illud precium esset sufficiens ⁊ deo gratum et acceptum. Et sic ptz q̄ illa circūcisio non poterat de se satisfacere nec liberare hominē a peccato. ¶ Secunda conclusio. q̄ nec animalia in lege immolata ⁊ sacrificata nec cetera sacramenta legis veteris poterāt pro peccato satisfacere nec hominez a peccato mortali liberare. probatur. Nam illa sacrificia ⁊ sacramēta non continebant in se tantū precium vt possent soluere pro pctōre cum essent aialia bruta: ⁊ per ꝯs non poterāt deum placare ⁊ peccatorē deo reconciliare. Nam precium satisfactiuū ⁊ placatiuū debet esse de p se deo gratū ⁊ debet tenere mediū inter deū ⁊ hoīem peccatorem: ⁊ per ꝯs debet esse melius quocunq̄ hoīe et minus deo: ⁊ de per se tam bonum et purum q̄ sit deo ira charū ⁊ acceptū q̄ ei? medio ⁊ intercessione deus moueatur ad miserendū ⁊ remittendū debitum peccatoribus et toti populo. Sed oia animalia in lege occisa erant minora ⁊ inferiora hominibus in precio ⁊ dignitate. Et sic nullum conueniens ⁊ sufficiens preciū in se cōtinebant: ergo non poterant hoīem iustificare in propria virtute. Hanc autez conclusionē probat apostolus ad Ro. ⁊ ad Galathas ⁊ ad Hebreos per totū dicēs. q̄ non ex operibus legis saluabitur oīs caro ⁊c. ¶ Tertia cōclusio. q̄ sole passio xp̄i fuit sufficiēs precium ad satisfaciendū pro peccato ⁊ ad iustificandum oēm hoīem ad merendū vitam eternam. Probatur. Nam solum illud sacrificiū erat sufficiens ad redimendū totum genus humanū q̄ in se cōtinebat precium infinitū ⁊ erat de se liberū ⁊ immune ⁊ nulli petō obnoxiū ⁊ de p se deo charū et acceptū tenens mediū in dignitate inter deū et hoīem. Xp̄s autē est hmōi: ergo hoc sacrificiū ei? passio fuit sufficiēs ad redimendū oēm hoīem ab omni peccato. Maior ptz per ea que dicta sunt. Minor ꝓbatur. Nam xp̄s erat primo deus et homo: ergo licet in xp̄o deus esset equalis patri: tñ in xp̄o homo erat minor patre ⁊ melior omni hoīe in dignitate ⁊ virtute: ⁊ sic erat sufficiens mediator ⁊ precium eius erat infinitū in valore ratione diuinitatis. Et in xp̄o homo erat liber ab omni

peccato in natura et in persona. Et sic erat cōueniens oblatio propter puritatē et innocentiam: ⁊ erat deo charū ⁊ acceptū sacrificiū propter immēsam charitatē ⁊ obedientiam: vt dictum est psal. xxxix. ergo sequitur q̄ eius passio fuit deo chara et accepta ⁊ sufficiens ad placandam iram dei et reconciliandum genus humanum cum deo et satisfaciendum pro pctō. ¶ Quarta cōclusio. q̄ sola sacramēta noue legis de se possunt tollere pctm ⁊ conferre gratiam ⁊ iustificare hoiem. probatur. Nam solā sacramenta noue legis sunt instituta a deo ad tollendū peccata ⁊ ad conferendū gratiam ⁊ iustificandū hoīem: ergo ⁊c. Hoc probat. Naz causa quare sacrificia ⁊ sacramēta vete. le. de p se non poterant hoīem iustificare nec per se tollere pctā erat: quia non cōtinebant realiter xp̄m: nec precium passionis eius: sed sacra noue legis: aut cōtinēt realiter xp̄m sicut eucharistia: aut mīnēt preciū et virtutē passionis eius: sicut baptismus et cōfirmatio et penitētia: ⁊ cetera sacramēta: et ō ilico efficiunt et conferunt gr̄az inuisibilē quā visibiliter significant. Et ilico soluunt pro pctōre q: xp̄s operatur per ecclesiastica sacramēta tāq̄ manuale instrm continens virtualiter precium et thesaurū passionis eius. Nō est autem sic dicēdū de sacrificijs ⁊ sacramentis vete. leg. in quib? nō erat xp̄s realiter nec eius passio: sed solum tanq̄ in signo inquantum illa erant figura xp̄i in cruce immolandi. Ideo nec de p̄senti efficiēbāt gratiaz quā significabant: nec soluebant precium redemptionis q̄ figurabāt per xp̄m in cruce soluēduz. Nō est sic de sacramētis noue leg. q: ilico efficiūt q̄ significant eo q̄ realiter cōtinēt preciū passionis xp̄i. Nā sacrm eucharistie in quo xp̄s realiter continetur ilico per se confert gratiam recipienti dispositō: ⁊ reconciliat ipsum deo: ⁊ oēs p quib? offertur reconciliat deo mīi habeant obicem. Et baptismus ilico soluit preciū passionis xp̄i pro baptizato et pnia pro pctōre penitente ⁊c. Et sic illa sacra ilico efficiunt hoīem dignum vita eterna et iustificant illum: ideo decedens homo ilico euolat ad celum in virtute passionis xp̄i quaz recepit per sacramenta. Et sic i cōfirmatione ilico dantur dona gr̄arum spūssancti. Causa ergo q̄re sacramēta noue le. ilico efficiunt q̄ significāt cuz conferuntur est: q: continent realiter ipsum christum aut virtutē ⁊ precū passionis eius: eo q̄ iuxerūt a passione xp̄i. Et causa q̄re sacra et sacrificia vete. le. hoc nō faciebāt erat q: non cōtinebāt realiter preciū ⁊ virtutē passiōis xp̄i: quia nō fluebant ab causa significabāt passionē xp̄i futurā. ¶ Quinta cōclusio. q̄ per solā fidē de xp̄o futuro oēs fideles ⁊ pīes vete. te. fuerunt iustificati et a peccatis absoluti. hāc cōclusionē ꝓbat ap̄s ad heb. xj. Vbi enumerat oēs p̄ncipales partes ve. te. ici-piēs ab Abel. ꝓbando q̄ oēs illi p fidē xp̄i futuri passi sunt p̄secutiones: ⁊ opati sunt iustitiā: ꝛ nō potuerunt consequi repromissiones nisi per xp̄m. Vbi oēs illi p. fidē xp̄i futuri facti sūt mēbra xp̄i. Nam ꝛ xp̄s nondū venisset tñ iam erat eis creditus et tā expectabāt redimi ab eo. Et ideo tanq̄ mēbra xp̄i iam meruerūt participare passionem xp̄i: q: sub tali fide absoluti sunt a pctō. hanc etiā cōclusionē ꝓbat ap̄s ad Rom. iij. ⁊ ad Gala. iij. Na abraā antecq̄ reciperet circūcisionē iam fuerat iustificatus dū erat i preputio p fidē: eo q̄ credidit deo q̄ ad p̄ceptū dei exijt de terra sua et venit in terrā chanaā: et q̄ suspiciens in celū credidit semen suū spūale multiplicādū per xp̄m sicut stellas celi. Et ideo q: credidit reputatuz est ei ad iusticiā: vt patet Geñ. xv. Et quo ptz q̄ per solam fidem christi futuri saluati sunt pīes veteris testi.

Sacra noue le. possunt tollere pctm.

Sacramēta ve. legis non poterant p peccato satisfacere.

Passio xp̄i sola fuit sufficiens ad iustificandum.

Fides d xp̄o futuro patres iustificabat.

¶ Serta cōclusio. q̄ ꝛs in circūcisiōe tollebat peccatū originale in ve. te. tamen nō in virtute circūcisionis sed in virtute fidei xp̄i futuri. Ista conclusio ꝛs tres partes. Prima pars est credita tota ecclesie. s. q̄ originale tollebatur in circūcisione: vt ptz per Augu. ⁊ Bedam ⁊ magistrum. iij. sententiarū di. j. Secda pars est ꝓbata per primā ⁊ scām conclusionē: q: illa circūcisio non continebat sufficiens precium pro pctō: nec ad placandū deū nec iustificādū hoīem: ergo sequitur q̄ pctm in illa circūcisione tollebat in virtute fidei xp̄i futuri et i virtute future passionis xp̄i sub cuius fide ⁊ protestatione dabat ⁊ fiebat talis circūcisio: ⁊ sic est dicēdum de sacrificijs ve. le. q: ꝛs in oblatione illoruz sacrificioz q̄ offerebanf tollerenf pctā actualia illis p q̄bus offerebantur: tñ nō in virtute illorum sacrificioz et aialiū brutoz: q: non in virtute illoz sacrificioz ⁊ animaliū brutoz: q: non continebāt tale precium vt satisfacerent pro pctō ⁊ reconciliarent pplm deo pro se: sed talis iustificatio fiebat in virtute fidei quā habebāt offerentes de passione xp̄i futuri: que quidē passio xp̄i figurabat per illa sacrificia. Ista etiā cōclusio ꝓbatur. Nā abraā non fuit iustificatus p circūcisionē quā accepit: ꝛs p fidē quā habuit in preputio. hoc idem ꝓbatur. nā: vt ait Josephus libro antiquitatū. Sarraceni descēdētes ex ismaele qui se sarracenos falso appellant oēs circūcidebāt: prout didicerūt a patrib? suis: tñ nō est dicēdū q̄ illa circūcisio cōferret eis gratiā: eo q̄ nec erat in eis signaculū fidei nec habebāt eis sub fide xp̄i futuri. Et sic ꝛs q̄ circūcisio nō tollebat pctm in antiqs: ꝛs fides cui? illa circūcisio erat signū vt patebit. Et ideo circūcisio antiquoz de se nullius valoris erat ad tollendum peccatum nisi ratione fidei conferētis. Ideo erat necessaria fides conferentis. cuius ratio erat: q: illa circumcisio non ꝓtinebat realiter merita passionis christi. Sed secus est de baptismo qui realiter continet virtutem et merita passionis christi. Et ideo in casu necessitatis absq̄ fide ministri potest conferri. Unde si nullus fidelis reperitur tunc in tali casu hereticus vel scismaticus vel iudeus potest baptizare ꝛs Jsido. Et patet de cōse. di. iij. c. romanus pōtifex. Itē ca. sequenti. a quodam iudeo. Item hoc idē patet de athanasio. de quo legit in. x. lib ecclesia. hystorie. q̄ cum alexander episcopus alexandrin? rediret de ecclesia ad domum cum clero suo vidit ludum puerorum filiorum paganorum et gētilium: qui in illo ludo volentes christianos imitari constituerunt inter se athanasium puerū decem annoz in episcopū: qui quidem athanasius non baptizatus baptizauit omnes illos pueros in forma ecclesie. Videns

In circūcisiōe tollebatur originale: ꝛs i virtute fidei.

Exēplū.

In oppositum

Rñsio.

Lex vt iustificet hec requiruntur.

Circūcisio non

Universidad de Deusto
Biblioteca

aūt epūs cum clero illū ludū vocauit ad se omnes illos pueros perens q̄ sibi vellet ille ludus: pueri autē narrauerūt epo totum casum gestū. s. qualiter athanasius fictus ⁊ simulatus epūs eos oēs baptizauerat sub tali forma: tunc epūs informat? diligēter de mysterio determinauit simul cū clero qualiter oēs illi pueri erāt veri christiani ⁊ nō erāt iterū baptizādi post q̄ in forma ecclie erant baptizati ⁊ a puero nō baptizato. Et tunc epūs cepit athanasiū ⁊ baptizauit eū: eo q̄ nō erat baptizatus: ⁊ alios pueros baptizauerat: ⁊ sic epūs mutauit athanasiū in fide ⁊ scia ⁊ doctrina catholica q̄ postea fuit eximius doctor ⁊ epūs alexandrinus successor: sui magistri. Et quo ptz q̄ nō baptizatus ⁊ infidelis pōt baptizare. ⁊ ratio est ista. q̄ merita passionis xp̄i ptinent realiter ī baptismo ⁊ ceteris sacramētis non q̄ sacra creent gratias: nec sint causa effectiua eiusdē: sed sunt q̄si quedā vasa medicinalia ſz hugonē: in quibus cōtinētur virtutes et merita passionis xp̄i. Et ideo sacerdos nō cōcurrit ad sacramēta nisi tanq̄ minister. Et sicut dūs precipit seruo vt sumat cipū ⁊ hauriat vinum de vegete sua ⁊ det potum ceteris: sita sacerdos ⁊ minister ex dei precepto cū vase siue cipho sacramentali haurit merita passionis xp̄i: ex celario ecclesie ⁊ propinat potū gratie et scrificationis fidelibus xp̄i. Unde p baptismū tanq̄ per cyphum siue tanq̄ cū cypho propinat medicinam ꝺ originale et per penitentiā ꝓtra actuale: q̄ quidem medela simul purgat ⁊ sanctificat ⁊ gratificat: secus autē erat de circūcisione: q: nō erat sic instīm gr̄e: q: non cōtinebat realiter virtutē passionis xp̄i: sed tm̄ in signo inquātū significabat illā. ¶ Septima cōclu. q̄ circūcisio non dabatur in preciū pro peccato: sed in signū precij ⁊ pacti siue in signū federis. Prima pars ptz per supradictā q: nō cōtinebat precium passionis xp̄i: nec erat manuale instīm sanctificandi: nec cōferendi gratias nec p̄cedebat: nec fluebat a passione xp̄i: sed figurabat tantū ipsam vt dictū est. Secūda aūt pars ꝓbatur Gen. xvij. vbi dicit dūs abrae. Ponā pactum meū inter me et te ⁊c. Circūcidetis carnem preputij vr̄i vt sit signū federis inter me: vos ⁊c. ꝓpter q̄ ꝙa dicit aplus ad Romanos. iiij. ⁊ ad Gal. iij. q̄ abrāā non accepit circūcisionē ad iustificationē ⁊ gratiam: q: iam ante in preputio p fidem fuerat iustificatus: sed accepit eā in signaculum fidei ⁊ in signum federis futuri. ¶ Ad cuius intellectū est valde notandū q̄ illa circūcisio sortiebatur quintuplex signū. Primo signum distinctiuū inquantū distinguebat illum populum a ceteris nationib? per tale signū carnalis circūcisionis: quia solus ille popul? gerebat circūcisionem in carne. Secundo erat eis signum figurativum: q: figurabat passiōem xp̄i futurā p effusionem illius modici sanguinis: ⁊ figurabat ⁊ significabat abscisionē ꝓputij cordis: put ꝺr Deute. x. Circūcidite preputiū cordis vr̄i. Et sic figurabat abscisio petri per abscisiones illi? pellicule. Tertio significabat quoddā censuale tributum. Quarto significabat fidem cōferentis ⁊ recipientis quaz habebat de ep̄o futuro. Quinto significabat precium per christum in cruce soluendum: et sic erat signum federis et pacti ⁊ signum precij futuri.

Non baptizat? pōt baptizare.

Circūcisio dabatur in signum.

Quintuplex signū circūcisionis.

¶ Ad cuius intellectū est vlterius valde notādū q̄ illud signū federis ⁊ pacti erat simile federi et pacto bellator̄ ⁊ negociator̄ quod obseruāt inter eos. Exempli grā. Naz quādoq; accidit q̄ vn? miles capit alū in bello qui quidem captus de iure belli est seruus alteri? ⁊ sic est pecunia redimēdus. Sed quādoq; accidit tale pactū ⁊ fed? inter eos q̄ ille qui est redimēdus ꝓmittit victori sub fide ⁊ pacto dare pecniā ⁊ precij redēptiōis in tali tempore futuro: sed de presenti dat ipsi annulum aut chyrographū manu sua scriptū in signuz federis ⁊ precij futuri soluendi: ⁊ sic victor ꝓmittit ipsum liberatū abire: tunc manifestū est q̄ ille annulus traditus siue illud chyrographū non fuit solidū precij redēptionis: sed signū federis: ⁊ futuri precij soluēdi ⁊ promissi. Item q̄q; accidit q̄ vnus mercator emit ab altero equum vel nauē plenā mercib?. Et ilico de presenti tradit ipsi vnū ducatū aut florenū in signum precij vt venditio sit firma ⁊ rata: ⁊ ilico recipit merces ꝓmittēs infra mensem vel annū soluere totum precium. Tūc manifestū est q̄ nec empt̄or dedit nec vēditor accepit illum ducatū in solidum precij: sed in signum federis ⁊ in signum precij soluēdi in tēpore statuto sub federe ⁊ pacto inter eos cōpōsito: que dicitur quedam arra. Ita ergo pariter in ꝓposito est dicēdū q̄ cū totus hō quo ad corpus ⁊ alaz ꝓpter peccatū esset ad mortē ⁊ seruitutē eternaz cōdemnatus ⁊ in potestate diaboli detētus: oportebat ipsum iusto ⁊ sufficienti precio redimi: quod quidē precium q: totū genꝰ humanū debebat redimere oportebat vt excederet in valore et dignitate totum genus humanū simul ⁊ esset purū ⁊ naturaliter liberū ab oi petō ⁊ deo gratum de per se et acceptū: sed tale non poterat esse nisi passio xp̄i: vt dictuz est: ergo nullū aliud precium erat sufficiēs. Sed quia misericors deꝰ ab initio statuerat redimere hoiem per xp̄m ⁊ ei? passionē: ideo fecit pactum ⁊ fedus cū abrāā ⁊ semine eius: vt in signum federis ⁊ precij futuri per xp̄m in cruce soluendi circūcideret se ⁊ oēs posteriores: ⁊ de presenti daret deo ⁊ offerret illā circūcisionē in signum p̄cij futuri per xp̄z soluēdi in cruce. Unde sicut miles non remittit seruū in virtute chyrographi nec vēdito: tradit merces ipsi emptori in virtute illius florenj dati in signū: sed in virtute fidei qua promittit soluere in tēpore statuto: ita deꝰ nō remittebat peccm̄ in virtute circūcisionis: sed in virtute fidei sub qua dabat illa circuncisio. Et ideo dicit apostolus q̄ illa circūcisio non erat nisi signaculum illius fidei ⁊ federis: quia per talem obediētiam ostendebant fidem quam habebant antiqui de christo ⁊ eius passione: ⁊ sic sub tali federe et pacto ilico filij abrae liberabātur ⁊ absoluebātur a peccato. Et quibus pateꝫ q̄ deus non receptabat illam pelliculam que abscindebatur: nec illuz modicum sanguinē qui effundebatur in solidum ⁊ sufficiens precium ꝓ redēptione illorum: sed in solū signū p̄cij futuri soluēdi per xp̄m. Et sic etiaz patres ⁊ fideles ve. te. nō dabāt illā pelliculam ⁊ sanguinē circūcisionis in solidū precius pro peto suo: sed in signū futuri p̄cij in q̄tū promittebāt et protestabantur soluere capite in xp̄o capite suo ⁊ redēptore vniuersali: ⁊ sub tali pacto ⁊ federe absoluebātur ⁊ remittebātur de presenti: sed semper manebāt debitores in xp̄o: ⁊ hoc fuit pactū ⁊ fed? sub quo abrahā accepit circūcisionez pro semine suo: ⁊ hoc intēdebat dicere deus: ⁊ hoc sonāt verba eius cum dicit. hoc est pactum meū quod obseruabitis inter vos ⁊ semen tuū post te circūciderur et vobis oē masculū ⁊ circūcidetis carnē preputij vr̄i vestrī: sit signū federis inter me ⁊ vos: ⁊ ista masculus cui? caro circūcisa nō fuerit peribit aīa illa de pp̄lo suo: q: pactum meum irritum fecit. quod declarans Aug. de ciuitate: dicit q̄ intelligit: q: irritum fecit pactum dei quādo peccauit in adam. quasi dicat. aīa cuiuscūq; hois peccauit in adam: q: irritum fecit pactum meum de fructu ꝓhibito nō vescendo. Unde omnis hō māserit seru? peccati ideo pono tecū pactū ⁊ fedus vt circūcidatur ois masculus in signū federis: ⁊ ego acciptā illaz circūcisionē nō in precium: sed in signū precij ⁊ in signum federis: vt vnusquisq; circūcisus promittat soluere preciū solidus ⁊ validum per xp̄m. Et sub federe absoluam illum a debito seruitutis in cuius virtute remittebatur peccatū. Aliter autez peribit aīa illa: q: semp maneret obnoxia a petō primoz parētum. Et sic ꝓz q̄ talis circumcisio non dabat nec fiebat nisi in fide cōferētis ⁊ recipientis. ¶ Octaua cōclusio. q̄ sicut illa circūcisio non dabat in preciū p petō originali: sed ī signū federis ⁊ precij futuri: ita pariter sacrificia ⁊ oblationes nō ī se realr̄ ꝓtinebāt precium: sed solū fiebāt in signū ⁊ figurā. Et ideo data sunt in quintuplex signū sicut circūcisio. s. in signū distinctiuū ⁊ ī signum figurativū futuri sacrificij ⁊ future redēptionis ⁊ in signū cēsualis tributi ⁊ feudi: q: erat quoddā tributū ⁊ cēsus quē solue bāt. Quarto in signuz fidei quā de xp̄o futuro habebāt. Quinto in signū pacti ⁊ federis ⁊ prestationis ⁊ precij soluendi per christum sicut dictum est.

Sacrificia et oblationes vet. le. erant signū federis ⁊c.

Not. de oblationib? patrum.

Ad primū ergo cum dicūt q̄ illa lex fuit instituta ad tollendū petiū ⁊ iustificandū hoiem ⁊c. Respōdetur q̄ iam p̄batū est in primo articulo quo illa lex de se nec poterat tollere petiū nec iustificare hominē simpliciter ad vitā eternā cōsequēdā per opa legalia: sed solū fuit instituta ⁊ data in signū figuratiuū ⁊ in signū federis ⁊ futuri p̄cij p xp̃m soluēdi in cruce ⁊ in figurā sacramētorū ecclesiasticoꝝ in quoꝝ ministerio ⁊ collatiōe ilico soluitur p̄cium. Et ideo soluto p̄cio federis per xp̃m ilico cessauit signū federis ⁊ cessarūt oia signa figuratiua: cuiusmodi fuerūt oia sacrificia ⁊ oblationes ⁊ cetera legalia: q̄ nunc continuātur ⁊ verificātur per sua vera significata. Et ideo quotiēscunq; hodie illa legalia obseruant per indeos falsificant legē ⁊ pphetas postq̄ iam fuerūt verificata ⁊ impleta p xp̃m ⁊ iam impleuerūt officiū ⁊ cursum suū: put dictū est. Et ideo indei sunt blasphemi talia falsa ⁊ inania signa exercētes ⁊ aspectantes: ⁊ non solū sunt blasphemi sz ⁊ fatui. Nam talia legalia non solū data sunt in signū figurariū ⁊ in signū federis ⁊ p̄cij futuri: sz in signū cēsualis tributi. Et sic tota lex nil aliud erat nisi cyrographum ⁊ cōtract⁹ debitoris ⁊ cēsualis. ad Col locēses. ij. sz iam ille cōtract⁹ fuit rasus ⁊ ruptus per mortē creditoris vsq; ad quē terminū obligat eos lex soluere tributū cēsuale: ergo sequit̄ q̄ per mortē xp̃i creditoris ⁊ ꝓcuratoris dei patris tot⁹ ille pp̃l⁹ fuit absolutus ab illo contractu debitorio. Et quo ptz q̄ fatui sunt cēsendi soluēdo tributum ad quod soluēdum non obligātur: immo p̄o hoc̄tur: vt dictū est. Tria ergo mala ꝓpetrant in dei volēdo cerimonialia obseruare. Primo cñi occidunt aiam suam contēnendo salutē ⁊ beneficiū redēptionis. Sc̄o falsificāt legē dando falsa signa ⁊ expectādo messiam q̄ iam venit. Tertio p̄e iudicant ⁊ iniuriantur sibipsis soluēdo tributū ad quod iam non obligantur. Sed quariū est peius oibus q: manent ceci ⁊ in eadē p̄fidia obstinati.

Ad secūdum.

¶ Ad sc̄m est dicendū q̄ circūcisio ⁊ sabbatum ⁊ cetera legalia fuerūt data sub federe sempiterno quo ad suam veritatē ⁊ ad sua significata et quo ad suum finē: ⁊ sic dicunt eterna ratione suoꝝ significatoꝝ in cp̃tum continuātur ⁊ verificātur ⁊ eternificantur per sua significata: nam sicut illa circumcisio fiebat tunc carnaliter in signū circumcisionis spiritualis: ita fit hodie spiritualiter per baptismum: ⁊ sic est dicēdum de agno paschali ⁊ de agno matutino ⁊ vespertino qui quotidie offertur quo ad suum verum significatū in sacramento eucharistie. Et sic est dicēdum de ceteris legalibus carnalibus q̄ hodie spiritualiter obseruant. Fuerunt etiā data illa legalia in fedus eternū cp̃tum ad finē vltimatū: qr oēs patriarche ⁊ pphete ⁊ fideles qui obseruauerunt illa legalia sub pacto fidei xp̃i venturi eternaliter fruūtur cum xp̃o bonis celestibus ⁊ eternis quam rep̃tomissione acceperunt in christo. ad Hebreos. xi.

Ad tertium.

¶ Ad tertiū respōdetur q̄ illud argumentū ⁊ illud mysteriū scriptū Exo. xxiij. de cōfirmatione federis per aspersio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem sanguinis super altare ⁊ sup populū: est gladius penetrās perfidiam iudeorū: nam per illud mysteriū ostenditur manifeste iudeos esse periuros ⁊ violatores pacti et federis compositi inter deum ⁊ populū isrl. Nam moyses accepit librū legis ⁊ legit ipsum coram toto ppło cōgregato explicans ois a pcepta dei: cui totus populus respondit dicēs. Omnia q̄ locutus est deus faciem⁹ ⁊ erimus obedientes. Et tunc moyses ad cōfirmationē pacti occidit .xij. vitulos iuxta numerū .xij. tribuū ⁊ vnam partē sanguinis aspsit sup altare ⁊ alteram sup ppłm dicens. Hic est sanguis federis qđ pepigit dns vobiscū sup cunctis sermonib⁹ his. p quod mysteriū voluit deus ostēdere q̄ illa lex ⁊ illud fedus non erat solvēdum nisi p effusionē sanguinis christi: ⁊ sic illa lex debebat durare vsq̄ ad christū qui p mortē ⁊ passionē debebat verificare oia legalia in lege pcepta. Vñ per hoc q̄ occidit .xij. vitulos significabat q̄ rps erat electurus .xij. apostolos p quos debebat multiplicare oēs fideles per regnationē baptismalē quoꝝ sanguine ecclesia p rpm plantata erat ꝓfirmāda ⁊ irrigāda. Et figurabat etiā q̄ per fidem .xij. articuloꝝ oēs erant salvādi: ⁊ per hoc q̄ vnam partē sanguinis effudit sup altare figurabat q̄ rps deus ⁊ homo erat immolandus ⁊ sanguine aspergēdus in ara crucis. Ex p hoc q̄ alterā partē aspersit sup populum figuratū fuit quō rps ꝓpter ppłm suum ⁊ totum genus humanū erat effusurus sanguinē: vt ipsum a morte ⁊ captiuitate ⁊ seruitute peccati liberaret. Et sic voluit deus p̄figurare ⁊ significare q̄ cum rps effunderet sanguinē suū in ara crucis q̄ tunc sicut totū genus humanū esset absolutum a seruitute pcti p talē aspersionē sanguinis: ita pariter ille ppłs esset liber ⁊ absolutus a iugo legis ⁊ liberatus ab obseruātia cerimoniarū. Et tunc illud fedus ⁊ pactū esset finitum ⁊ vinculū legis dissolutum. Et ideo dixit moyses. Hic est sanguis federis quod pepigit vobiscū dns super cunctis sermonibus his. i. hic sanguis effundit in signum ⁊ figurā illius sanguinis quē effusurus est christus in cruce pro omni populo: per quē sanguinem rpi absolueē genus humanū a iugo ⁊ seruitute diaboli: ⁊ populus israel absolvetur a iugo et vinculo legis mosayce q̄ dicitur lex seruitutis. Et quo ptz q̄ illud pactū ⁊ fedus obseruātie legis veteris non debebat durare nisi vsq̄ ad passionē rpi per cui⁹ effusionē illud pactū erat finiendū ⁊ absoluendū: quicquid ē sanguis rpi fuit figura ꝓ illū sanguinē quē moyses aspersit sup populū ⁊ altare: vnde sicut moyses dixit. Hic est sanguis federis qđ pepigit dns vobiscū ⁊c. Ita pariter rps dixit. Hic est calix noui ⁊ eterni testamēti mysterium fidei qui pro vobis effundet in remissionē pcꝰ. Matth. xxvi. i. Hic est sanguis meus noui testamēti figuratus p illū sanguinē federis quē moyses effudit sup altare ⁊ super populū in vete. testa. in signum federis ⁊ fidei mee passionis. Et quibus ptz q̄ sicut moyses effudit illū sanguinē in signum federis et in figuram passionis rpi futuri. Ita christus effudit sanguinē in cruce ad verificādum illud signū ⁊ figuraꝫ et ad complendū ⁊ finiēdum pactum. Et per ꝓs tunc finivit illa lex officium et cursum: ⁊ per ꝓs tunc cessauit ab officio suo: quia tunc fuit pactum vere confirmatū ⁊ finitum p rpm. Et sic ptz q̄ argumentū quod faciunt iudei ⁊ illa autoritas quā adducunt cōtra nos: est manifeste cōtra eos: ⁊ destruit eorum ꝓpositum et ostendit eos esse cecos. ¶ Ad quartū antē cum dicit q̄ illi legi nil pōt addi nec auferri et dei precepto Deut. .iij. Respondet q̄ lex euāgelica nihil addit nec aufert a lege cērum ad essentialia. Vñ dictum est in ꝓlogo q̄ duo sunt cōsiderāda in lege veteri. nam quedā sunt essentialia sicut erat fides futuroꝝ mysterioꝝ christi ecclesie q̄ in lege erant figurata. Et q̄dam erant accidētalia sicut erat modus colēdi deum p illa legalia q̄ erant figura ⁊ figura future veritatis. Vñ future veritates q̄ per rpm cōplete sunt erant de essentia illoꝝ signoꝝ ⁊ figurarū. Et ideo lex euāgelica seruat veritatē significataꝫ p illa legalia: q̄ lex per moysen data: sed gratia ⁊ veritas p rpm facta est. Joh. .i. ergo lex euāgelica auferēdo legales cerimonias a lege moysi nihil essentiale aufert post/q̄ retinet ⁊ obseruat veritatē significatā per illa signa que erant quedam accidētalia ipsi legi: quibus cessantibus non destruitur: sed cōstruitur lex postq̄ sunt verificata per rpm: q̄ accidens potest adesse vel abesse ꝓter subiecti corruptionez. Et sic ptz q̄ nullum essentiale auferur a lege: et isto modo intellexit deus qū dixit. Nō addetis ad verbum qō loquar vobis nec auferetis ab eo. i. nō addetis nec auferetis aliqđ essentiale qō sit de essentia legis: tunc manifestū est q̄ veritas euangelica est de essentia legis sine qua nulla ꝑs scripture vere. test. pōt vere intelligi: eo q̄ est eius verum significatum: nam significatū est de essentia signi vt dictum est in ꝓlogo tractatu .iij. regula quinta. q̄ signū nō est gratia sui: sz gr̄a signati ad qō essentialiter ordinat. Et quibus ptz q̄ iudei moderni sunt corruptores ⁊ truncatores legis ⁊ latrones ⁊ sacrilegi. Et totaliter faciunt contra autoritatez quam cōtra nos adducunt: nam intelligēdo legez moysi precise ad litterā ⁊ negādo ⁊ auferendo significatum spirituale ⁊ ꝓpheticū de rpo futuro ⁊ de ecclesia manifeste auferunt illud qō est essentiale ⁊ principale in lege q̄ tota fuit data in figuram futuroꝝ ⁊ in signū fidei et federis de christo futuro ⁊ in signum mysterioꝝ euangelicoꝝ: vt dictum est: ergo auferēdo veritatē euangelicā a lege auferunt ꝓprium significatū ⁊ veritatem legis: quia mysteria euāgelica nil aliud sunt nisi veritates legis: quia lex euangelica est veritas legis veteris. Nam per mysteria christi lex moysi fuit completa ⁊ verificata: ergo iudei negando christū et euangelium negant veritatē legis. Et per consequens corrūpunt ⁊ lanfant et truncant ⁊ mutilant legem auferendo principalē ⁊ essentialez partem eius: auferendo ⁊ negando veritatem et retinendo mendaciū. Nam postq̄ legalia fuerunt semel mortua cum christo ⁊ non surrexerunt cum eo: et impleverunt officiū ⁊ cursum suum: iam non sunt vera: sed falsa signa: eo q̄ data sunt tantum in signum de futuro: que omnia sunt completa. Sed contra hoc arguūt iudei. vnde quia dicerunt q̄ post aduentum ⁊ passionē christi signa legis manent falsa: tūc arguunt iudei dicētes. Si lex moysi manet falsa: quare ergo vos rpiani legitis legē moysi in ecclesijs vestris. Et quare rps vester allegauit moysen Joh. .v. dicens. Moyses de me scripsit ⁊c. Ad hoc respōdetur q̄ nos non dicim⁹ legem moysi esse falsam: immo cōfitemur ipsam esse veram et verificatam per rpm: sed dicimus q̄ post passionē: resurrectionē rpi obseruātia eius est falsa ⁊ mortifera quoad cerimonialia. Vñ lex moysi pōt tripliciter ꝓsiderari. Uno modo quātū ad scripturam in se: ⁊ quantū ad intentionem dei qui dedit illā. Sc̄do quantum ad intellectū legis. Tertio quantū ad obseruātiam eius. Primo modo lex moysi est vera et iam verificata p rpm: nā deus dedit illam legē in signū ꝓcipiens vt illa legalia obseruarentur vsq̄ quo essent impleta per rpm: sed q̄ hoc iam est cōpletū: ideo intentio dei et legis ⁊ fides patriarcharū et prophetarū manet vera: ⁊ spes eoꝝ completa. Sc̄ndo mō lex manente vera intellectus legis potest esse verus aut falsus. Nam qū iudei legunt scripturā legis ⁊ prophetarū non intelligendo oia illa esse impleta in rpo: tunc intellectus eoꝝ est falsus: quia est contra veritatem: q̄ in rei veritate iam illa completa sunt: sed intellect⁹ catholicus est verus q̄ credit oia illa esse iaz completa. Et ideo dicit Augustinus lib. de vnico baptismo. q̄ i cadē lege iudei fiunt mali male intelligendo: ⁊ rpiani fiunt boni bene ⁊ spiritualiter intelligēdo: nam iudei intelligunt legem ad litterā tm̄ absq̄ sensu spūali: sed rpiani ꝓter sensuꝫ litteralē intelligūt et credūt illā litterā quoad sensum spūalē de rpo et eccl̄ia ⁊ credunt ⁊ affirmāt oia illa signa esse iam completa per rpm. Et ideo in diuinis officijs primo legimus moysen ⁊ prophetas ad denotandum q̄ oia illa figurabant ⁊ prenunciabant rpm venturum sed postea legimus euangelium ad denotandum q̄ omnis scriptura legis ⁊ prophetaruꝫ fuit iam complera: ⁊ verificata per rpm in euangelio: ⁊ sic primo legimus signum ⁊ postea legimus signatum ⁊ veritatem illius signi. Et sic ptz q̄ iudei falsificant scripturam legis ⁊ ꝓpheratū negādo eius veritatem: sed nos verificamus legē ⁊ prophetas spiritualiter intelligendo. Et ideo lz scriptura legis ⁊ ꝓpheratū sit de se vera ⁊ iam verificata: tñ est falsa ad intellectū quo iudei intelligunt illam. Iteꝝ non solū falsificāt legē dictis: sed etiā falsis factis in obseruādo legalia: nā lz obseruantia legaliū esset vera ante aduētū rpi eo q̄ figurabat aduentū rpi: tñ modo talis obseruātia est falsa eo q̄ significat ⁊ designat futurū qō iam ē preteritū ⁊ completus per rpm. Et sic illa obseruantia legis que ante erat vera modo est falsa: ⁊ tunc erat illis salubris ante aduētum rpi: ⁊ modo est mortifera. Unde ponit exemplū Augu. ō faustū. nam si detur medela purgativa vni infirmo est ipsi salubris: q̄ purgat cū: sed si eadē medela det ipsi post sanitatē est ipsi nociua et euz interficit. Ita pariter circūcisio et cetera legaliū obseruātia erant vera ⁊ salubria ante aduentū christi: sed modo sunt falsa ⁊ nocina. Et sic patet q̄ scripturā legis ⁊ prophetarum est bona ⁊ vera nobis: sed obseruantia et intellectus iudeorum est falsus.

Nota.

Obiectio.

Ad ārgum.

Nota.

Nō. de sanguīe federis.

Quid erant opa legalīū.

¶ Unde nota q̄ opa legaliū erant quedam ꝓtestationes ⁊ pfessiones rpi futuri et future redēptionis: ⁊ ideo ante rpi aduentū erant vere tales opa legalia, ꝓtestationes et talis pfessio: sed modo talis ꝓfessio ⁊ protestatio est falsa: q: rpus iam venit et redemptio iam est facta. Et ideo talis obseruantia modo ōi falsa. Item sicut tūc opa legis ꝓfitebantur rpm venturū: ita nūc opa euangelica ꝓfitentur rpm venisse: ideo opa euāgelica sunt vera: q: eoꝝ pfessio est vera. Ita ergo pariter opera legis modo sunt falsa: q: eoꝝ professio est falsa: q: profitentur venturū et futurū qđ iam venit. Et sic talia opera falsificant legē ⁊ ꝓphetas: que quidem scriptura de se est vera.

Rūsio.

Rūsio. In hac questione erūt tres articuli. Inq̄ rek est in ꝓcio an ꝓceptū de sabbato sit mere morale. In .ij. videbit quō debuit cessare p aduētum rpi. In .iij. videbit quō sola rpiana religio celebrat verū sabbatū ⁊ rite ⁊ debito mō obseruat illud cū ceteris festiuitatib⁹. ¶ Quātū aūt ad ꝓmū ꝓcio sunt ḡrende cause ⁊ cōditiones ꝓpter quas sub quibus de⁹ ꝓcepit sabbm celebrari. Et q̄b⁹ ꝓbabit q̄ sabbati ꝓceptū magis est cerimoniale q̄ morale. Unde octo sunt querēda de sabbato. Primo q̄d est sabbatū. Sc̄do ad q̄d fuit ꝓceptū. Tertio ꝓpter q̄d. Quarto q̄n. Quinto quomō fuit ꝓceptus observari. Sexto quotiēs. Septimo sub q̄ pena. Octauo vsq̄quo erat sabbatū ꝓceptū observari.

Sc̄da questio.

Ueritur sc̄ūdo specialiter de sabbato legali vtrū debuerit cessare per aduētum rpi. Et arguūt obstinati iudei moderni q̄ non. Et primo arguūt sic. Nam ꝓcepta moralia nunq̄ debent cessare eo q̄ sunt de ipa natura: ⁊ ꝓceptū de sabbo celebrādo ponit iter ꝓcepta moralia scripta i tabulis lapideis digito dei. vt ptz Exod. xx. ⁊ Deut. v. igit ē ꝓceptum morale: ⁊ per ꝓs nunq̄ debuit cessare. Sc̄do hoc ꝓceptū iter cetera fuit magis repetitū et iteratū ⁊ replicatū a deo ⁊ sub pena ⁊ cōminatione mortis ⁊ sub federe sempiterno ꝓceptus: vt ptz p oīscursum legis ⁊ ꝓphetaꝝ: ⁊ maxie Exod. xxi. ⁊ xxxv. q̄ fuit de intentiōe dei q̄ nūq̄ cessaret sed q̄ firmiter ⁊ inuariabiliter celebraret. Iteꝝ tertio sub codē federe sempiterno ꝓcepit celebrari pascha ⁊ pēthecosten ⁊ festū tabernaculoꝝ ⁊ alia festa legalia. Exod. xxij. ⁊ numeri. xxix. ergo nec etiā illa debent cessare. Iteꝝ quarto de⁹ ꝓcepit Deute. iij. dicēs. Nō addetis aliqđ ad vbū qō loquar vobis nec auferetis ab eo: ergo nullo mō est sabbatum auferendū nec dies vnica est addēda. In oppositū est illō Esa. lvi. nō erūt in memoria pora. Et erit mēsis ex mēse: ⁊ sabbatū ex sabbo ⁊c. Rūsio. In hac questione erūt tres articuli. Inq̄ rek est in ꝓcio an ꝓceptū de sabbato sit mere morale. In .ij. videbit quō debuit cessare p aduētum rpi. In .iij. videbit quō sola rpiana religio celebrat verū sabbatū ⁊ rite ⁊ debito mō obseruat illud cū ceteris festiuitatib⁹. ¶ Quātū aūt ad ꝓmū ꝓcio sunt ḡrende cause ⁊ cōditiones ꝓpter quas sub quibus de⁹ ꝓcepit sabbm celebrari. Et q̄b⁹ ꝓbabit q̄ sabbati ꝓceptū magis est cerimoniale q̄ morale. Unde octo sunt querēda de sabbato. Primo q̄d est sabbatū. Sc̄do ad q̄d fuit ꝓceptū. Tertio ꝓpter q̄d. Quarto q̄n. Quinto quomō fuit ꝓceptus observari. Sexto quotiēs. Septimo sub q̄ pena. Octauo vsq̄quo erat sabbatū ꝓceptū observari.

Quid ē sabbm.

¶ Quantū ad primū est dicēdū q̄ sabbatū idē est qō dies q̄rtus. Sabbat enī hebraice idē est qō requies latine. Et sic nō dicit dies i septimana determinata: q: q̄libet dies septimane ad requiē festivitatē dedicata dicebat sabbm in lege. hoc ꝓbat Exod. xxiij. vbi dicit dns. Sex septē ꝓxima die mēsis erit vobis sabbatū memoriale clāgētib⁹ tubis: ⁊ vocabit scīm: oē op⁹ seruile nō facietis i eo ⁊c. Item decimo die huius mēsis septimi dies expiationis erit celeberrimus et vocabitur sanct⁹ ⁊

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil ergo operis facietis in eo: legitimū sempiternū erit vobis: q; sabbatū requietionis est. Die nono mēsis septimi a vespera vsq; ad vesperā celebrabitis sabbata vestra. Itē a die quindecimo mēsis hui⁹ septimi erūt ferie tabernaculoꝝ: ⁊ ita die primo ⁊ octauo erit sabbatū. i. requies ⁊c. Et quibus verbis patet ꝙ sabbatū nihil aliud est nisi requies. Secundo ꝙ quodliber illoꝝ festoꝝ dicit sabbatum. Tertio sequitur ꝙ sabbatum nō dicit aliquā diem determinatā in septimana: q; quilibet dies festus dicebatur sabbatū: ⁊ in quolibet die septimane poterat sabbatum celebrari: fm ꝙ prima dies mensis vel decima vel quintadecima poterat cadere in die lune vel martis ⁊c. fm ꝙ variantur menses ⁊ tempora: prout accidit: nam si hoc anno prima dies mensis est feria quinta: in alio anno erit feria tertia: ⁊ sic de singulis. Quarto sequitur ꝙ non est vnicū sabbatum: sed plura sabbata: q; quelibet illarū festiuitatū dicebat sabbatuz: post ꝙ erat dies quietis. Et ideo multiplex erat sabbatū vsuale qđ celebratur in septimo die cuiuslibet hebdomade: cetera autem dicebantur sabbata menstrualia aut annualia: vt patebit.

Sabbatum ad duo obseruabatur.

¶ Quantū ad scōm in quo querit ad quid preceptum est sabbatū obseruari. est dicendū ꝙ ad duo scz ad requiē hois et ad sanctificationē. Vñ duo precipiebat deus. Primo vt homo cessaret ab oi opere seruili. Scōo vt sanctificaret sabbatum. i. opera sancta in eo faceret. s. vt in illa die soli latrie deo exhibēde intēderet ab oi opere alio cessando. vt pz Exo. xx. ⁊. xxi. Et hoc sequit ꝙ sabbatum duo importat. s. cessationē ⁊ sanctificationē. Ideo sabbatizare idē est qđ cessare ⁊ sanctificare i. cessare ab opere seruili ⁊ sancta opa facere: sed q; nemo pōt opera facere nec diem sanctificare peccando et male agendo: ideo necesse est prius a peccatis abstinere ⁊ ab oi malo declinare. Et sic ꝺa sanctificatio sabbati ⁊ verum sabbatizare nil aliud est nisi declinare ab omni malo ⁊ facere bonum. s. opari iusticiā erga deū verā latriā exhibēdo ⁊ sup oia diligēdo: et erga ꝓximū iuste cōuersando ⁊ mutuum auxilium impendendo. Et in hoc consistit vera sanctificatio sabbati. Et quibus pz ꝙ quilibet dies ⁊ quodliber tēpus ad diuinū cultum et opera mie dedicatū ꝺ: verum sabbatuz: et per ꝓns totum tēpus gratie et legis euāgelice est verum sabbatū: vt patebit.

Quare deꝰ pcepit sabbatū celebrari.

¶ Quantū ad tertiuz dicendū est ꝙ deus propter duo precepit sabbatū celebrari in die septimo. s. ꝓpter duplicem memoriam. s. propter memoriaz creationis: q; in septio die cessauit deus ⁊ quieuit ab omni ope qđ patrarat: vt pz in locis preallegatis. ⁊ in memoriā eritus israel de egypto. vñ dicit dñs Deut. v. Obserua diē sabbati ⁊c. Et memēto ꝙ seruieris in egypto. Et dñs deꝰ tuꝰ eduxit te inde in manu forti ⁊ brachio extēto. Idcirco ꝓcepit tibi dñs vt observes diē sabbati. Et quibus verbis arguit ꝙ in die sabbati de sero exijt israel de egypto. Ideo precepit deus sabbatū obseruari in die septimo: nam si milia verba dixit deus Exoꝺ. xx. vnde dicit. Sex diebus fecit celū et terrā: ⁊ in septio die quieuit. Idcirco precepit tibi vt septimo die obserues sabbatum. Et sic pz ꝙ propter illā duplicem memoriā fuit preceptuz obseruari. Scōo fuit preceptū ꝓpter signum ⁊ in signum. Unde ōr Exodi. xxxi. Videte vt sabbatū meū custodiatis: q; signuz est inter me ⁊ vos in generationib⁹ vestris. Et ita enumerationibus suis: pactum est sempiternū inter me ⁊ filios israel: signūq; ꝓpetuū ⁊c. Itē Eze. xx. Dedi eis sabbata mea vt essent eis in signum ⁊c. Et ꝗbus patet ꝙ sabbatū non fuit preceptū simpliciter ꝓpter se: sed in signū ⁊ pactū. Et sic datuz fuit in quadruplex signū: vt dictum est de circūcisione in questione ꝓcedenti. Nam ꝓmo datū fuit preceptū sabbati in signū distinctiuū: vt per talē religionē ille populus distingueret a populo gentili ⁊ a quolibet alio infideli. Scōo in signuz figurativū alicuius future quietis inquātum tali die rps debebat facere in sepulchro per totam diez. Tertio in signū seruitutis et tributi. Quarto i figuz federis ⁊ fidei rpi futuri: vt magis patebit. Et sic pz ꝙ deus precepit sabbatū observari ꝓpter supradictā duplicem memoriā s. creatiōis et exit⁹ israel de egypto: ⁊ ꝓpter quadruplex signuz supradictū.

Qñ fuit sabbatū ꝓceptū.

¶ Quantū ad quartū est dicendum et valde notandū ꝙ non solū sabbatum vsuale: sed etiā omnia alia sabbata annualia de⁹ precepit celebrari in fine semp alicuius septenarij. Nam sabbatū vsuale precepit celebrari in septimo die cuiuslibet hebdomade: vt pz Exo. xx. ⁊. xxxi. sz festū nouarū frugū. i. penthecostes ꝓcepit celebrari in fine septie hebdomade post pascha: vt pz Leui. xxiii. ⁊ Numeri. xxix. Et festū tubarū et expiationis ⁊ tabernaculoꝝ precepit celebrari in septimo mense vt pz ibidem: ⁊ sabbatū terre precepit celebrari in septimo anno: vt pz Leuit. xxv. ⁊ iubileum ꝓcepit celebrari in fine septime septimane annoꝝ qui dicit annus quinquagesimus et sabbatū generalis remissiōis: vt patet ibidē. Et ꝗb⁹ pz ꝙ oia sabbata legalia precepit celebrari in fine alicuius septenarij qđ non factum est fine maximo mysterio. Naz dictū est ꝙ oia sabbata dedit deus in signū figurativū ⁊ in signū fidei ⁊ federis: ergo figurabāt aliquā requiē i aliquo septenario futuro: sz septenariū futurū quod ille ppl's expectabat erat totū tps messie: ergo sequit ꝙ oia illa sabbata significabāt aliquā requiē in tpe rpi messie in lege ꝓmissi. Maior pz. Nā post ꝙ sabbatū nil aliud est nisi reqes ⁊ data ad sanctificationez ⁊ nō ꝓpter se data: sed ꝓpter aliqđ signū figurativū: ⁊ semp fuit ꝓceptū i aliquo septenario: ergo sequit ꝙ figurabat aliquā requiē futurā i aliquo futuro septenario. Minor aūt ꝓbat. Nā fm oēs hebreos tot⁹ discursus mūdi diuidit i. vij. dies siue stat⁹ ⁊ etates. vñ prima dies siue etas fuit ab Adā vsq; ad diluuiū qđ vocāt diē ꝓmi mūdi. Secūda dies fuit a diluuio vsq; ab abraā: qđ vocāt diē 2di mūdi in quo hō ambulabat i lege nature cū aliqb⁹ sacrificijs: ⁊ marie cū oblatiōe panis et vini: in q̄ etate fuit melchisedech sacerdos dei et celsi: qui obtulit panē ⁊ vinū ꝓ abraā. Geñ. xiiij. Et sic creditur ꝙ ille fuit ritus latrie in ea etate. Tertia dies fuit ab abraā vsq; ad exitū israel de egypto qđ vocant diē circūcisionis: eo ꝙ homo ambulabat per circūcisionem cum lege nature.

Mūdi discursus secundum ebreos.

Quarta dies fuit ab exitu egypti vsq; ad salomonem q̄ edificauit primū templū quē vocāt diem tabernaculi: eo ꝙ per totā illā etatē ille ppl's seruiebat ⁊ exhibebat deo latriā in tabernaculo: vt pz per totū discursum libri iudicū ⁊ primi ⁊ scōi libri Regū. Quinta dies fuit a cōstructiōe primi tēpli vsq; ad scōm edificatū per zorobabel: qđ diez iudei appellāt diem ⁊ tps primi tēpli. Sexta tandē dies fuit totū tps a relatratiōe captiuitatis babylonie vsq; ad destructionē scōi tēpli factā per Tytum qđ appellāt tps ⁊ diem scōi tēpli. Septimā diem mūdi appellāt totū tps post destructionē secundi tēpli vsq; ad finē mūdi quē appellāt diem ⁊ tēpus messie. Vñ ꝙ qlibet eoꝝ septenarius signuz figuraret septimā etatē mūdi ⁊ tps rpi i quo erat futura ḡnalis remissio pcī: ⁊ ḡnalis quies: vt ostendit b⁹ Amb. in hymno pēthecostes dicēs. Solēnis vr̄gebat dies: quo mystico septēplici: o: bis volut⁹ septies: signat beata tpa ⁊c. Itē infra. Patrata sunt hec mystice: pasche pacta tpe: sacro die rum nūero: quo lege fit remissio ⁊c. Et ꝗbus pz ꝙ septenari⁹ hebdomadaꝝ dierum a pascha vsq; ad penthe. ⁊ septenari⁹ hebdomadaꝝ annoꝝ q̄ dicebatur iubile⁹: fignificabat tps rpi in septima etate mūdi. Et per oīa sic erit dicendū de ceteris septenarijs supradictis. Et sic pz ꝙ totū tps messie vsq; ad finē scōi tēpli ꝺ: septima etas ⁊ septimus dies mundi. Et quo sequit ꝙ sabatū vsuale quod deus precepit celebrari in septimo die: figurabat requiē futurā in septimo die mūdi scz qualiter homo debebat cessare ab opibus et iugo legis ⁊ ab omni opere seruili peccati per totū tempus messie quod est sabbatū mundi figuratū per sabbatū legale: de quo tempore locuti sunt prophete: in quo tempore erant declaranda oīa secreta ⁊ enigmata legis: vt ait Rabi salo. super zachariā. quorum cerimonialiū intelligentia non poterat declarari nisi per regem messiam vt dicunt hebrei. Unde dicunt ꝙ nullus debet ꝓsumere talia secreta velle detegere: q; hoc pertinet ad solam messiaz in suo aduentu. Quequidē secreta cerimoniarū vocant tycu. i. silentiū relinquēdum declarandū pro rege messia. Et quo pz ꝙ oia illa sabbata figurabant et significabant futurā requiē in septimo die mūdi: qđ est tps messie. Sz sabbatū vsuale vltra hoc figurabat futurā requiē rpi in sepulchro i die sabbati: in quo christus iacuit per totā diem sabbati. Et sic pz quare deus precepit sabbatū vsuale celebrari in die septimo: et quare oia alia sabbata nualia precepit celebrari semper in fine alicuius septenarij: q; omnia significabāt futurā requiem in septima etate mundi: scz in tēpore regis messie in quo oia legalia debebant cessare: vt magis patebit.

Sabbatuz figurabat futuraz requiem.

Sabbatuz sic celebrādū.

¶ Quantū ad quintū cum querit qđo precepit deus sabbatū celebrandū et sanctificandū. Respōdetur ꝙ deus primo precepit ꝙ homo nullum opus seruile faceret in eo: et ꝙ nullus accenderet ignem in suis habitaculis per totam diem a vespera vsq; ad vesperam. Exoꝺ. xxxv. Per quod figurabatur ꝙ christus sol iusticie ⁊ lumen mundi debebat facere in sepulchro mortu⁹ ⁊ extinctus sibi clausus ⁊ sigillatus. Et ideo est quedā secta iudeorum q̄ dicunt charraim in grecia ⁊ in partib⁹ orientalib⁹ qui per totā diez sabbati a vespera vsq; ad vesperā nullū lumē accēdūt: nec habēt in tota domo sua: sz per totū illud tps manēt in tenebris in vno angulo domus. Vñ dicūt ꝙ isti iudei q̄ habitant inter nos apud latinos sunt puaricatores legis: eo ꝙ cōtra preceptū dñi habent lumē in domibus suis in die sabbati. Et quo pz ꝙ illi magis ꝓprie seruant sabbatū quo ad figurā ⁊ ad literam ꝙ isti. vt magis inferi⁹ patebit. Scōo deus precipiebat sanctificari diē sabbati offerēdo specialiter certa sacrificia: vt pz per totū Leuiticū. que oia significabāt vnū solum sacrificiū mediatoris qđ in cruce immolatū est: vt inquit Aug. cōtra aduersariū legis ⁊ ꝓpheraꝝ. ¶ Ad tertū aūt cum ḡritur: quare deus toties iteravit ⁊ repetiuit et replicauit hoc preceptū: magis ꝙ alia per totū discursum legis? Respōdet ꝙ qz sabbatū preceptum fuit vno mō in memoriā creatiōis: vbi memoratur fides vnius dei creatoris per quā fidē ille ppl's dicebat specialiter populus dei celi: distinguebatur ab oībus aliis natiōib⁹: eo ꝙ alie nationes adorabāt plures deos: et putabāt mundū esse ab eterno. Ideo deus voluit vt sabbatū celebraretur qualibet die septimo semel in septimana: vt in illo populo firmaret̄ memoria ⁊ fides vni⁹ dei creatoris. Et sic voluit repetere multotiens hoc preceptū ne obliuiscerētur fidem vni⁹ dei creatoris. Et ideo dicit memēto vt diē sabbati sanctifices. q. d. ne obliuiscaris fidē vnius dei creatoris ⁊ ne declines ad idola sicut cetere natiōes. Et ideo voluit deus ꝙ in die sabbati legeret̄ lex ⁊ fierent plura sacrificia in tabernaculo ⁊ templo: vt cōmemoraret̄ ⁊ firmaret̄ fides vnius dei: eo ꝙ observātia huius ꝓcepti magis ducebat eos in memoriā et fidem vni⁹ dei creatoris oīm rerum: ⁊ est causa quare deus magis ꝓcepit et dedit hoc ꝓceptū sub cōminatione mortis ꝙ alia precepta: eo ꝙ negligendo hoc preceptū fuissent obliti fidē vnius dei: et declinassent ad idola cum ceteris natiōnibus. Et ideo precepit illico lapidāb⁹ obuiū illum q̄ colligit ligna in die sabbati. Numeri. xv. Et p hoc respōdetur ad vnicū ḡstū cū querit. Ulqz quo erat seruandū illud sabbatū: dicēdū ꝙ hoc precepit deus sub federe sempiterno. Exo. xxxi. Sed iam dictū est in questiōe precedēti: quōo data fuit circūcisio ⁊ tota lex sub federe sempiterno in signū fidei rpi futuri. Et ideo sempiternitas signi erat duratura vsq; ad veritatē sui significati: q; eternū idem est qđ simul per totaz aliquā etatē. Ideo sabbatū quo ad signū fuit eternū cū tota lege simul cū illa etate: sed quo ad suū significatū est eternū per totum sabbatū ⁊ tps messie: vt postea dicetur. Et sic patent decem cōditiōes ⁊ cause: ꝓpter quas deus precepit sabbatū obseruari. Quarū prima fuit ad requiē hoīs ⁊ sanctificationē ad latriā deo exhibendā. Scōa in memoriā creatiōis et exit⁹ israel de egypto. Tertia in signū distinctiuū. Quarta in signū figuratiuū. Quinta in signū federis ⁊ fidei. Sexta sub tali reḡe: ne accēderet lumē in domo. Septima vt in die sabbati fierēt laudatoria holocausta ⁊ sacrificia. Octaua fuit ꝓceptū cū multiplici repetitōe. Nona sub pena mortis. Decima sub fe

Quare deus toties replicat ꝺ preceptū.

Cause decē propter qs precepit sabbatū obseruari.

dere s. mpiterno: ꝓpter causas predictas. ¶ Dia

Universidad de Deusto
Biblioteca

habiti ponit prima cõclusio. s. cp preceptũ de sabbato celebrãdo est partim morale ,pter primam cõditionẽ ,pbatur. Nã primo sabbatũ fuit preceptum ad requiẽ hois ⁊ sanctificationẽ dei. s. vt hõ cessaret ab oi negocio mũdano: vt facilius posset deo seruire ⁊ latriã exhibere: sz hoc ptinet ad iusticiã. Nã de iure nature debeẽ deo latria sernit?: nam iustũ est vt ipsi a nobis seruiam⁹ ⁊ ipsi exhibeamus latriã seruitutẽ. s. adorationẽ sub rõne summe maiestatis ⁊ dñi): ⁊ oblationẽ rõne pseruationis ⁊ ,nidẽtie: ⁊ hymnũ ⁊ laudẽ rõne bonitatis ⁊ bñficioꝝ oim ab eo receptoꝝ. Et hoc dictat ipsa iusticia moralis. Et ideo latria de iure nature et morali apud oẽs natiões licet modus exhibendi istam latria sit diuersus: q: hoc ptinet ad veram fidem ⁊ virtutes theologicas: q credit verũ obiectũ circa qõ ordinat verum modũ ꝑm ꝓcepta diuine legis. Sed vniuersaliter loquẽdo hoc preceptũ est morale: eo mõ quo dictũ est. Et ideo vt sic non sibi determinat magis vnã diem ꝙ alią: sz oportet vt aliqua dies in septimana ad hmõi sctificationẽ ⁊ latriã sit deo dedicata. Et vt sic hoc ꝓceptũ est stabile ⁊ eternũ vt patebit. ¶ Scda cõclusio ꝙ preceptũ de sabbato celebrãdo magis est cerimoniale ꝙ morale. ,pbatur. Nã hoc preceptũ datũ est ad decẽ cõditiones: sed ꝑm oẽs alias conditiões preter primas est cerimoniale: q: oẽs ille cõditiones sunt cerimoniales: ⁊ pertinẽt ad cerimonias: igitur est magis cerimoniale ꝙ morale: q: tm̃ est morale per primã cõditionẽ: sez in ꝑticulari datũ est ad requiẽ hois ⁊ sctificationẽ dei: vt dictũ ẽ. Sz hoc ,pbatur p singula. Nã primo est morale inquantũ fuit datũ in memoriã creationis: eo ꝙ illa creatio mundi materialis fuit figura recreationis ⁊ redẽptionis generis humani. Nam sicut ser die⁹ creauit deus celum et terrã: ⁊ in septimo requieuit ab omni opere qđ patrarat: ita pariter xps incipiẽs a die dñico: quo intrauit hierlm per sex dies operatus est nostrã redẽptionẽ. Quia feria scda ⁊ tertia disputauit cũ scribis ⁊ phariseis in tẽplo vnde cõceperunt odium cõtra eum: ⁊ feria quarta fuit venditus: ⁊ feria quinta fuit captus: ⁊ feria sexta fuit crucifixus: ⁊ in die septimo per totã diem quieuit mortu⁹ in sepulchro. vñ totus iste discursus nostre redẽptiõis fuit figurat⁹ per illum septenariũ creationis: in cuius figura deus ꝓcepit sabbatũ celebrari. Et sic ptz ꝙ quo ad illam memoriã creationis est cerimoniale: eo ꝙ illa creatio fuit signũ et figura nostre redẽptionis. Itẽ fuit preceptũ in memoriã exitus israel de egypto: eo ꝙ ille figurabat exitũ sanctoꝝ patrũ de lymbo inferni. Vñ sicut in illa nocte egypt⁹ fuit expoliata ⁊ israel liberatus ⁊c. ꝑ hoc figurabaẽ ꝙ in tali nocte sequenti sabbatũ xps debebat infernũ expoliare ⁊ fideles ve.te. de inferno liberare: qđ impletum fuit in nocte resurrectiõis. Et ideo in hm̃ⁱ figura ꝓcepit sabbatũ obseruari vt ꝓallegatũ est Deut. v. Itẽ hoc preceptũ fuit mere cerimoniale inq̃ntũ datus est in signũ distinctiuũ ⁊ figuratiuũ aut in signum federis ⁊ fidei: q: vt sic nõ fuit ꝓceptũ gratia sui: sed gratia significati futuri: inq̃ntũ figurabat futuram quietẽ xpi in sepulchro. s. per totã noctem sabbati debebat iacere ⁊ quiescere mortuus in sepulchro: aut inq̃ntum figurabat sabbatũ mundi in septima etate. ¶ Itẽ fuit cerimoniale inq̃ntũ fuit preceptuz obseruari in die septimo determinate: eo ꝙ significabat qualiter in septimo die mũdi scz in septimo seculo ⁊ in tpe messie omnia cerimonialia debebãt cessare ⁊ omis visio ⁊ ꝓphetia erat finienda ⁊ petrũ et inimicas debebat finez accipere. Dañ. ix. Et per eandẽ rationẽ oia festa annualia erant cerimonialia: ꝙ oia data sunt ⁊ ꝓcepta celebrari i fine alicuius septenarij: eo ꝙ figurabãt requiẽ ⁊ mysteriũ in septima etate mundi tẽpore christi. Nam festũ pẽthe. qđ fuit ꝓceptũ celebrari in fine septime ebdomade a pascha in memoriaz dationis legis: q̃ data fuit i mõte synay in signis ⁊ nube ignis figurabat ꝙ quinquagesimo die post resurrectionẽ xps mittere debebat spiritũ sanctũ in discipulos in linguis igneis ⁊ illustrare apostolos ⁊ dare eis dona gratiaꝝ ad intelligendã veritatem legis ⁊ ꝓphetarũ. Et ita pariter in mẽse septimo ꝓcepit illa tria festa celebrari: ꝓout figurabant qualiter in septimo die scz in tpe xpi debebat fieri gñalis expiatio ⁊ purgatio ⁊ redẽptio ꝑ christũ: ⁊ qualiter debebam⁹ quiescere in taberna culis istius ecclie ꝑ gratiã ⁊ in futura ecclia ꝑ gloriam. Et sic pz ꝙ totũ xps gratie ex quo xps resurrexit ỏ: sabbatũ mundi in quo quiescim⁹ ab operibus legis cerimonialiꝫ. Et ỏ: septim⁹ mẽsis mũdi a quo celebr:am? illa tria festa quo ad verum significatũ: ⁊ dicit etiã annus remissionis ⁊ indulgentie ⁊ libertatis: vt ptz Esa. lxi. ⁊ patebit infra. Itẽ hoc ꝓceptũ fuit cerimoniale ratione modi colendi. Nam deus ꝓcepit Exodi. xxv. ꝙ nullus haberet nec accederet ignẽ in habitaculis suis ꝑ totam diẽ sabbati: sz hoc mysteriũ nõ potuit ee gratia sui nec alicuⁱ? rei ꝓterite: ergo fiebat in signũ alicuius rei future sicut oẽs iudei cõcedũt: quia significabat ꝙ oia illa mysteria secreta q̃ tyca. i. silentiũ appellãt iudei erant detegẽda in tpe messie. Et ideo figurabaẽ qualiter xps lumẽ mũdi debebat iacere extinct⁹ ⁊ mortu⁹ ⁊ absc̃sus in sepulchro ꝑ totũ diẽ sabbati. Et sic ptz ꝙ erat preceptũ cerimoniale. Nam oia illa dicũtur ab eis cerimonialia de quibus non possunt reddere rationem: sed sunt relinquẽda ꝓ tẽpore messie declarãda. ¶ Tertia conclusio. ꝙ ꝓceptũ de sabbato celebrãdo ꝑtim est iudiciale. ,pbatur. Nam illa ꝓcepta sunt iudicialia apud eos q̃ obligãt ad pena trãsgressoꝝ: ⁊ marie q̃ fuerũt data sub cõminatiõe mortis: sz ꝓceptũ sabbati fuit datũ sub cõminatione mortis. Exo. xxxi. ⁊. xxxv. ergo sequit ꝙ est ꝑtim iudiciale. Vñ hec est etiã causa quare de⁹ totiens replicauit ⁊ reperiũt hoc ꝓceptũ ostendẽs ipsum eẽ iudiciale: ideo ꝓcepit lapidari colligẽtẽ ligna in sabbato. Nu. xv. Et ꝓbus oibus pz ꝙ ꝓceptũ sabbati nõ est mere morale nec etiã mere cerimoniale: nec mere iudiciale: sz ꝑtim est morale ⁊ ꝑtim cerimoniale: et ꝑtim iudiciale: ideo inq̃ntũ ẽ morale ponit inter ꝓcepta moralia. Exo. xx. ⁊ Deut. v. sz inq̃ntũ est iudiciale ponit inter ꝓcepta iudicialia. Exo. xxiij. Sz inq̃ntũ est magis cerimoniale ⁊ significatiuũ de futuro ponitur inter cerimonialia in oibus alijs locis: vt ptz per totũ discursum legis ⁊ ꝓphetaꝝ: ⁊ hoc de ꝓmo articulo

Preceptus dei celebrãdo sabtũ est cerimõiale,

Preceptũ de celebrãdo sabbatũ est iudiciale.

¶ Quantũ ad scõm articulũ ponitur ꝓma cõclusio. s. ꝙ adueniẽte xpo puta post ꝙ resurrexit xps fio. s. ꝙ adueniẽte xpo debuit cessare ꝓceptũ de celebrãdo sabbo. ,pbaf. Naz illud ꝓceptũ fuit cerimoniale: ergo debuit cessare i aduentu xpi. Antecedẽs patet per ea que dicta sunt in primo articulo. Cõsequentia etiam patet. Nam dictum est per indeos: ꝙ secreta cerimoniaꝝ non sunt detegẽda vsq; ad tẽpus messie qui oia enigmata ⁊ secreta legis debet declarare. Sed oia illa figura ⁊ enigmata fuerũt in xpo cõpleta ⁊ per ipm declarata. Igitur adueniẽte xpo oia debuerũt cessare. Item ,pbaf idẽ. Nam adueniente vitate et vero significato debẽt signa cessare: sed sabbatũ fuit ꝓceptũ in multipler signuz: vt ꝓbatũ est in primo arti. ergo adueniente veritate ⁊ significato illoꝝ signoꝝ debet sabbatum cessare: sed xps complenit in se oẽs vitates significatas ꝑ sabbatũ et ꝑ signa sua: ergo sabbatũ cessare debuit: imo cessauit in aduentu xpi: post ꝙ in xpo oia signa fuerũt impleta. Sed ,pbatur ꝑ singula eadẽ conclusio. ¶ Ad cui? intellectũ est primo notãdũ ꝑm Aug. in ꝓio de doctrina xpiana et ꝯ faustum ꝙ ista differentia est inter rem ⁊ signuz. Nam res est gra sui: sed signũ non gra sui: sed gratia veritatis rei ꝑ ipsum signũ significate et figurate. Sed q: lex vetus non fuit data absolute in rez sed i signũ. Ideo non fuit data gratia sui: sed gratia rei ⁊ veritatis ꝑ ipsam significate.

Signa quo significãt suã vitatem.

¶ Sed est vlterius aduertendũ ꝙ licz oia signa significẽt aliquã rez ⁊ veritatẽ: tm̃ non oia signa significant eodẽ mõ sua veritatem. Nam q̃dam significãt suã veritatẽ de presenti tãtũ sicut circulus ante taberuã significat vinũ de ꝑsenti. Quedam autẽ signa significant suã veritatẽ tm̃ de futuro et de longe. exempli gratia. Nã in littoribus marinis in terribus altis ponunt speculatores q̃ videntes a longe naues aut galeas venire p mare illico elevãt signũ nauis a longe venientis. Et sic cognoscũt ciues ciuitatis ⁊ expectãt nauem vẽturã: sed post ꝙ nauis applicaẽ ad portũ illico speculator removet signũ: q: alr signũ esset falsum ⁊ frustra: q: illũ signũ ita ẽ de futuro ꝙ nõ de ꝑsenti: aliter decipet aspectãtes. Et talis mos seruaẽ in ciuitate barchinonẽ: que est sita iuxta montem Ioue in vertice cuius est turris vbi cõtinue speculator circũspicit ⁊ speculatur a lõge naues venientes ⁊ facit signa supradicta. Et idẽ mos fuaẽ in ciuitate maioricarũ ⁊ plurib⁹ alijs locis marinis. Itẽ iste mod⁹ seruabaẽ ꝛRome i kalẽdis ,nũ ciandis. Nã rome in qlibet mẽse fiebãt nũdine diuersarũ merciũ. Et qlibet nũdine habebãt sua distincta ꝓuilegia. Ideo nũdine future ꝓnũciabãtur ꝑ decẽ ⁊ octo dies ante principiũ mẽsis vocãdo mercatores ad nũdinas: ⁊ ꝓnũciãdo ꝓuilegia nũdinarũ illi⁹ mensis. Et sic preco erlsat in fori: ⁊ cũ tuba clamabat dicẽs. Ealo Ealo: vñ quotiẽs clamabat Ealo tot dies remanebãt vsq; ad ꝓncipiũ mẽsis i quo nũdine inchoabant. Et sic ꝑ illos xvij. dies semp ille preco procedebat diminuẽdo dies vsq; ad ꝓncipiũ mẽsis: in q̃ tã icipiebãt nũdine. Et exinde ꝑco tã nõ ꝑli? clamabat Ealo: nec kalẽdas: sed clamabat: nonas: nonas. q. d. tã venerũt nũdine. Et cessabãt calẽde eo ꝙ erãt signa tm̃ de futuro: sed none erãt tantũ de ꝑsenti. Ita ergo pariter est dicẽdũ de lege veteri et euãgelica. Nã sacrã sacrificia: ⁊ oia cerimonialia legis ve. erãt signa tm̃ de futuro ⁊ nõ de ꝑsenti. Ideo patriache ⁊ ꝓphete ⁊ tota lex significabat xpm de futuro: qui oia illa signa debebat verificare: sicut illũ signuz speculatoris significabat nauẽ de lõge venientem. Et sicut ille ꝑco Roman⁹ clamabat ⁊ ꝓnũciabat nũdinas futuras i mẽse sequẽti: ita lex ⁊ ꝓphete clamabãt ⁊ ꝓnũciabãt xpm venturũ i tpe gre: ⁊ in seclo ⁊ mẽse gre. Et iõ sicut applicãte naui ad portũ speculator declinat ⁊ removet signũ ita piter veniẽte xpo i carnẽ ⁊ ad passionẽ ⁊ resurrectiõem cessarũt oia signa ⁊ cerimonialia legis q̃ xpm venturũ figurabãt. Et sic veniẽte principio mẽsis in q̃ inchoabanf nũdinẽ tã ꝑco amplⁱ? nec clamabat: nec ꝓnũciabat kalẽdas: sed clamabat nonas: nonas. i. iã venerũt nũdine: ita piter adueniẽte xpo cessauerũt clamare lex ⁊ ꝓphe: q̃ solũ clamabãt ⁊ figurabãt xpm futurũ: sz tũc clamauit ⁊ incepit clamare euãgeliũ: annũciãdo xpm venisse. Et sic ẽ dicẽdũ ꝙ lex ⁊ ꝓphe nõ erãt signa de ꝑsenti sicut circul⁹? ali tabernã: sz erãt signa tm̃ de futuro sicut signa speculatoꝝ: ⁊ sicut clamor kalẽdarũ. Et iõ adueniẽte xpo cessauerũt oia cerimonialia ⁊ lex et ꝓphe. Et iõ Daniel fuit sicut ꝑco Rom̃. Nã sicut ille ꝓnũciabat nũdinas ꝑ xvij. dies ali: ita Daniel ꝓnũciauit aduẽtuz xpi dicẽs: ꝑ. lx. hebdomadas occidet xps ⁊c. Et q: i aduentu ⁊ morte xpi debebat cessare lex ⁊ ꝓphe: iõ dicit Daniel ꝙ tũc cessabit oꝝ visio⁹ ꝓphia: vt finis accipiat petrũ ⁊c. Et q: tota lex debebat cessare: iõ subdit. Et cessabit hostia ⁊ sacrificiũ i tẽplo ⁊c. Et sup: addicit ptz quo cerimonialia erãt signa non de ꝑsenti sz de futuro. Et iõ debuerũt cessare adueniẽte xpo in quo erãt signa ei? de futuro. ¶ Sco cui? declaratiõe ponit ꝓma cõclusio. ꝙ sabbatũ aliqsi debuit cessare. ,pbatur. Nã sabbz datũ fuit i signũ future vitatis ⁊ nõ gra sui: q̃ adueniẽte vitate debebat cessare: q: post ꝙ signũ est vificatũ ꝑ suũ futurũ figtum debebat cessare: q: ali? ita nõ eẽt ver sz falsus signũ: q: de rõne signi rei future est vt eẽt post ꝙ est vificatus adueniẽte vitate. ¶ Scda cõclusio. ꝙ sabbz legale cessauit ꝑ aduẽtũ xpi. ,pbaf. Nã sabbm legale fuit ꝓceptũ in multipler signũ ⁊ cũ illis cditiõib⁹ significatiuis futuras vitates ꝑ xpm impedas: sed oia illa signa cũ suis cditiõib⁹ fuerũt ipleta ⁊ vificata i xpo: ergo totũ sabbatũ cũ suis signis fuit vificatũ ꝑ xpm: ⁊ ꝑ aduentũ ei⁹: q̃ tũc debuit cessare ⁊ cessauit de facto. Maio: est nota ⁊ ,pbata ꝑ singula. Nã ꝓmo xps verificauit sabbz inquantũ fuit ꝓceptũ in memoriã creatiõis: eo ꝙ ille discursus creationis figurabat ꝓio discursum nre redẽptiõis. Nã sicut de⁹ ser die⁹ creauit celũ ⁊ terrã: ita xps incarnat⁹ ꝑ sex dies laborauit i nra redẽptiõe ⁊ recreatiõe: ⁊ i septio die ꝑ totã diẽ mãsit in sepulchro mortu⁹ cessando a labore corpis. Itẽ vificauit sabbatũ inquãtũ discursus illoꝝ ser die rũ figurabat qualr hõ mysticus per ser dies debebat peregrinari per hunc mundũ: sed in septimo die debebat in xpo ab oibus opib⁹ legis ꝙescere. Item verificauit sabbatũ inquãtũ fuit datũ i me

Sabbatũ legale cessauit ꝛc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

moriã erit? israel de egypto. Nã sicut moyses illa nocte expoliauit egyptios ⁊ liberauit et ditauit hebreos: ita xps in illa nocte resurrectionis: que fuit nox sabbati precedentis expoliauit infernũ ⁊ liberauit oẽs fideles ve.te. Et quo pz ꝙ post ꝙ illud signũ fuit verificatũ nõ est amplius celebrandum sabbatũ legale. Vñ ꝛs sabbatũ fuerit preceptũ in memoriã illoꝝ duoꝝ mysterioꝝ scz creationis ⁊ exitus egyptiacũ: qz illa fuerũt etiã facta in signũ nre creationis ⁊ liberatiõis: ideo illis verificatis debuit etiã talis memoria cessare. Itez fuit sabbatũ verificanũ ⁊ cessauit inquãtũ fuit preceptũ in signũ distinctiũ: vt ille pplus distingueret a pplo gẽtili ⁊ ceteris natiõibus: que nõ credebãt creatiõez ⁊ adorabãt plures deos: sed post aduẽtũ xpi totus pplus gentilis venit ad fidẽ xpi ⁊ credidit vnũ deũ creatorẽ ⁊ etiã redẽptorẽ: ergo amplius nõ fuit necessariũ sabbatuz celebrari propter talem distinctionẽ: ⁊ sic ilico debuit cessare. Item debuit cessare ⁊ fuit verificatũ: inquãtum datum fuit in signũ figuratiuũ sepulture xpi ⁊ inquãtum fuit datũ in signũ fidei xpi futuri ⁊ in signuz seruitutis: qz xps p suam sepulturã ipsum sabbatũ verificauit ⁊ expleuit: ⁊ oẽs a seruitute legis liberauit. Itẽ sabbatũ fuit verificatũ inquãtũ fuit preceptũ celebrari in septima die: quia vt sic figurabat requiẽ futurã in septima die mũdi in ꝙ xps venit. Nam xps per septẽ dieras peregrinatus est ab adã vsq; ad eius aduentũ in patriarchis ⁊ pphetis: sed in septima die ⁊ etate mundi apparuit incarnatus et quieuit a peregrinatiõe ⁊ opibus legis facta redẽptione: ⁊ quieuit ⁊ quiescit i nobis et nos in eo ꝙ gratiã in toto isto septimo die mũdi vsq; ad scoz aduẽtũ. Et sic est dicendũ de ceteris sabbatis annalibꝫ q̃ fuerũt precepta celebrari semp i fine alicui? septẽnarij: qz oia figurabãt requiẽ in hoc vltimo seculo messie: q̃ ꝺ: septimus dies et septimus annus: ⁊ septimus mẽsis mũdi: in quo deꝰ verificauit oia illa sabbata. Et quo pz ꝙ oia illa debẽt cessare. Itẽ deꝰ verificauit sabbatũ in ꝙtũ deus ꝓcepit vt nullus accẽderet lumen i domibꝫ suis: qz i tali die xps lumen mũdi iacuit mortuus sepultus: ⁊ extinctus et clausus in sepulchro. qui illud figurabat: ergo post sepulturã xpi amplius nõ est celebrãdũ. Probat scõa ista cõclusio. Nã sabbatũ fuit mortuũ: ⁊ nõ resurrexit cuz xpo: ergo cessauit post resurrectionẽ xpi. ꝓma ptz. 2a probatur p: out fuit dictũ in precedenti questione.

Nam xps fuit crucifixus in die pasche: qõ tũc accidit in die veneris: ergo fuit pascha crucifixuz cũ xpo: ⁊ per cõsequẽs fuit etiã sepultũ cum xpo in eadem die: qz oia cermonialia q̃ ad xpm ordinabantur fuerũt cũ eo crucifixa inquãtum xps erat finis ⁊ veritas legis: qz oia legalia tẽdebãt i ipm tanq̃ in finẽ ⁊ terminũ: ergo cum eo oia legalia crucifixa fuit ⁊ sepulta. Et per ꝛs sabbatũ fuit cũ eo sepultũ: qz per totam diẽ fuit cũ eo clausuz ⁊ figillatuz in sepulchro: sed quãdo xps resurrexit: nec surrexit cũ eo pascha: nec sabbatũ qz in sepulchro mãserunt: ꝛs sola dies ofica surrexit cum xpo. Et sic pz ꝙ sabbatũ cũ pascha fuit icineratũ in sepulchro cũ oibus ceteris legalibꝫ: sicut dictũ est in questione ꝓcedenti: ⁊ p ꝛs sequẽs nec pascha nec sabbatũ debẽt amplius celebrari: qz res mortua et incinerata non ꝺz celebrari. Dane cõclusio ibi sabbatũ et cetera legalia cessasse per mortem xpi. Uno modo inquantũ erãt contractus debitorius quo obligamur ad legẽ seruãdã: vsq; ad mortem testatoris: q̃ sequit ꝙ mortuo creditore mortuus fuit et defectus ⁊ rasus ille ꝯractus et obligatio. Item mortua fuit etiã lex inquantũ xpus qui erat finis legis crucifixit eã secum ⁊ affixit cruci. Vñ ait aplus. vos cũ essetis in delictis et prepucio carnis vestre ⁊ viuificauit cũ illo donans vobis omnia delicta delens qõ aduersum nos erat cyrographuz decretiqõ contrariũ nobis: et ipse tulit de medio affigens illud cruci. Et expolians principatus et potestates ⁊c. Nemo igitur vos seducat aut iudicet in cibo aut potu: aut i parte diei festi et neomenie: aut sabbatoꝝ: que sunt vmbra futuroꝝ corpus autẽ xpi. Et sup: adiectis intendit aplus dicere ꝙ sabbatum et legalia cetera erant quedam oia ⁊ figura: ⁊ quoddam cyrographum debitoris: unde deo oia fuerũt mortua cum xpo: ⁊ rasa per consequens nullus obligatur amplius ad seruandũ ea. hoc idẽ ꝓbat ad Rom. iv. inquãtũ lex erat contractus matrimonialis vt dictum est. ꝓbatur ista eadem cõclusio pluribus auctoritatibus vete.te. Et ꝓmo Esaie. i. ostendẽs post aduentum Messie sabbatũ et cetera legalia abolenda et non acceptabilia deo. dicit dñs. Non offeratis vltra sacrificiũ frustra incensum abominationis mihi est neomenia et sabbatũ ⁊ festiuitates alias non feram: iniqui sunt cetus vestri kalendas ⁊ solẽnitates vestras odiuit aia mea. Et quo patet ꝙ post aduentũ xpi sabbata ⁊ cetera legalia nõ solum sunt cassa: ꝛs etiã deo abominabilia. Itẽ Esa. lxvi. dicit dñs ꝙ non solũ mutabit rẽpluz et sacrificia ver. leg. sed etiã sacerdotiũ ad conuersos de pplo gentili: ⁊ mutabit oẽs festiuitates: ⁊ sabbata. Vñ ait. Mittã ex eis qui salvati fuerint et annũciabũt gẽtib⁹ gloriã meã ⁊ assumã ex eis sacerdotes ⁊ leuitas dicit dñs: quia sicut celi noui ⁊ terra nova: q̃ ego facio coram me: sic stabit nomen vestrũ ⁊ semẽ vestrũ. Et erit mensis ex mense: et sabbatũ ex sabbato ⁊c. Ex dictis in toto isto vltio capitulo ptz qualiter xps debebat creare nouam ecclesiam: ⁊ noua sacrificia ⁊ nouos sacerdotes: et p ꝛs tota legẽ: q: translato sacerdotio: necesse est vt legis trãslatio fiat. Et etiã debebat mutare nomẽ illi⁹ ppli i pplm gẽtilẽ simul cũ sacerdotio. Nã pplus gentilis debebat noiari noie isrl ⁊ lem: et p ꝛs pplus gẽtilis debebat hereditare sacerdotiũ ⁊ nomẽ isrl ⁊ semẽ abrae. ⁊ subdit q̃ isr oia festa legalia erãt mutãda i festa euãge. Nã et sabbo legali debebat succedere sabbm euãg. i seq. die dñi eo. Itẽ hoc idẽ ꝓbat magis clare Diere. xvi. vbi dicit dñs cõminando pplo iudaico. Ecce dies venient dicit dñs. Et nõ dicet vltra: vivit dñs q̃ eduxit filios isrl de terra egypti: ꝛs vivit dñs q̃ eduxit filios israel de terra aquilonis: ⁊ vniuersis terris ad q̃s ejeci eos ⁊c. Et dictis in hoc capitulo patz q̃ isr pascha ⁊ sabbatũ q̃ celebrabant in memoriã exitꝰ de egypto erant mutanda et abolẽda: ⁊ erat celebrãdũ festũ nouũ in memoriã resurrectionis nostre redẽptionis: que est dies dñica ⁊c. Et quibus verbis asserunt thalmudiste ꝙ qñ veniet messias i lege promissus debet mutare oẽs festiuitates ⁊ cetera legalia. Et quo patet ꝛm eos ꝙ legalia aliquãdo debẽt cessare: ⁊ per cõsequẽs nõ sunt eterna simpliciter: prout arguit ꝓra nos: ⁊ sic cõtradicunt ibipsis. Item Diere. xxxi. Ecce dies veniẽt dicit dñs: ⁊ feriam domui israel ⁊ domui iuda fedus nouũ nõ ꝛm pactũ quod pepigi cũ patribꝫ eorũ cum educerẽ eos de terra egypti ⁊ patria. Post dies illos dicit dñs. Dabo legẽ meã visceribus eorũ: ⁊ in cordibꝫ eoꝝ scribã eã ⁊c. Et ꝙ scribus eorũ: ⁊ in cordibꝫ eoꝝ scribã eã ⁊ alind pactum erat datum? in aduẽtu suo: ⁊ nõ erat datum? legem scriptã in chartis: sed in cordibꝫ visceribus hoiz per seipsum predicãdo i persona. Et per cõsequẽs illud sabbatũ ⁊ cetera legalia erãt abolẽda. Hoc idem probatur Daniel. ix. vbi cõpatis. lxij. hebdomadibꝫ dicit ꝙ in vltima hebdomada occidetur xps ⁊ cessabit hostia ⁊ sacrificium: ⁊ i templo erit abominatio ⁊ desolatio: ⁊ per cõsequẽs cessabit sabbatũ in quo talia sacrificia offerebãtur ⁊c. Nam ad hoc erat dedicatum sabbatũ ⁊ cetera festa: quia sub eodem pacto erant data festa ⁊ sacrificia: cessante ergo templo ⁊ sacrificio: cessat etiã ⁊ sabbatum. hoc idẽ ꝓbatur Osee. ix. vbi cum dominum cõminatur reprobationem populi iudaici ⁊ predicit electionem ⁊ substitutionem ppli gentilis inter cetera dicit. Cessare faciã omne gaudiuz eius: ⁊ solẽnitatem eius: ⁊ neomenias eius: ⁊ sabbatũ eius: ⁊ oia festa ⁊ rpa eius. Item capꝰ tertio sabdit Dñs multos sedebũt filij isrl sine rege: sine principe: ⁊ sine sacerdotio: ⁊ sine altari: ⁊ sine ephot: ⁊ teraphin. Et post hec reuertent filij isrl ⁊ querent dñm deũ suũ: ⁊ david regẽ suũ. Et pauebũt ad dñm ⁊ ad bonũ eius in nouissimo dierũ. s. post mortẽ antixpi. put alibi declarabit. Et sic ad probationẽ huius cõclusionis possunt adduci infinite auctoritates pphetaꝝ: que nihil aliud clamant: nisi ꝙ oia sacrificia ⁊ oia legalia debebant cessare in aduentu xpi: eo ꝙ oia figurabãt mysteria p ipm implẽda: ⁊ quo oia erãt via in ipm tãq̃ finẽ ⁊ terminum: ⁊ quo in eo debebãt cõsummare cursum ⁊ officium suum.

Mortua fuit lex.

Tertius articul⁹

¶ Quantū ad scōm articulū ponit̄ prima conclio. q̄ ista noia abrāā israel ⁊ iacob nō sunt noia carnis ⁊ nature: sed noia gr̄e ⁊ ꝓmissionis ⁊ fidei ⁊ sacramenti. ꝓbatur. Nā hoc nomen abrā fuit ipositus ipsi a natiuitate sm carnē. sed cū data fuit ipsi circūcisio: deus imposuit ipsi nomen abrāā in signū gr̄e: eo q̄ erat futur? pater multaruz gentiū vt ptz Geñ. xvij. vnde tale nomē sortit? ē abrāā postq̄ crediderat deo: q̄ quidē fides reputata est ipsi ad iusticiā: vt ptz Geñ. xv. Ex quo ptz q̄ datū est tale nomē in signū fidei inquantū credidit: et etiā in sacramentū inquātum erat futurus pater multarum gentiū: ⁊ inquantum oēs gentes erant benedicende ⁊ regenerande in semine eius q̄ est xp̄s: vt ptz Gene. xxij. Ex quibus patet q̄ hoc nomen abraam non est nomen carnis ⁊ nature: sed fidei: ⁊ gratie ⁊ sacramēti. Et supradictis patet q̄ sicut abraam habuit duo nominaꝝ sm carnem ⁊ naturam ⁊ alterū sm gratiā et sacramentū. Ita fuerunt ꝓmissi ipi duplices filij. s. filij carnis siue sm carnē ⁊ filij sm spm̄ ⁊ fidē ⁊ gratiā ⁊ sacramētum. Nam illi fuerunt filij carnis tantū qui nati sunt ipsi per Ismaelē sequēdo carnē: sed illi fuerunt filij spirituales et fidei tantū qui secuti sunt fidē eius de christo messia futuro. Et de talibus facta fuit vera ⁊ spiritualis ꝓmissio. Hoc autem ꝓbatur p: out dictū est in prima cōclusione p:cedentis articuli. nam quādo deus dixit Gene. xv. Abrae. Respice celū ⁊ nūera stellas si potes ⁊c. per celum intellexit ⁊ ꝓmisit hereditatē celestē. Et per stellas intellexit filios spūales q̄ erant in xp̄o regenerādi: q̄b? ꝓmittebat hereditatē celo. Itē Geñ. xxij. q̄ dicit. Multiplicabo semē tuū ſi

Israel vocatur Iacob.

Scōus articul? Abraaz ⁊c. sunt nomina gratie.

Filij duplices abrae.

Popul? gentilis erat effi cēdus filiꝰ abrae

cut stellas celi ⁊ sicut arenam que est in littore maris: ⁊ in semine tuo bñdicent̄ oēs gētes ⁊c. p stellas celi ꝓmisit ipsi filios ꝓmissionis ⁊ gratie ⁊ sacramenti fidei: ⁊ p arenaz intellexit filios carnis. Et sic ptz qualr duplices sunt filij abrae. s. carnis ⁊ fidei: eo q̄ abraam non est nomē carnis ⁊ nature sed fidei ⁊ gratie ⁊ sacramēti. Itē hoc idem est dicendū de hoc noie iacob: q: nō fuit ipsi impositus a casu: nec sm carnē: sed ꝓpter mysteriū qđ ipse tak per hoc nomē iacob qđ interp:etatur supplantator: eo q̄ ter supplātauit Esau fratrē suuz: nam primo litigās cū eo eiecit ipm de vētre matris tenēs plantā eius. Et ideo Rebecca vocauit ipsum iacob. i. supplāratorē: vt ps Geñ. xxv. Scōo iacob supplāauit Esau fratrē suū quādo emit ab eo pmogenitura ꝓ cibo lēticulaꝝ. Tertio supplātauit eum alia vice q̄i surripuit ipsi benedictionē dum iuit ad venādū cibos ꝓ patre: vt ptz Geñ. xxvi. ꝓ quos quidē duos fratres. s. iacob ⁊ esau figurabā tur duo ppli vēturi ex isaac ⁊ iacob ⁊ figurabant duplices filij carnis ⁊ filij gr̄e. Et figurabant tres supplantationes quibus filij gratie debebāt supplātare filios carnis. Per eādē rationē israel nō est nomē carnis ⁊ nature: sed nomen mysterij ⁊ fidei ⁊ gratie: nam hoc nomē israel impositum fuit a deo ipsi iacob in adulta etate vltra dimidiū vite q̄i luctatus est cū angelo iuxta torrentē iaboz: eo q̄ vidit deū in forma viri facie ad faciē: ⁊ fuit fact? fortis cū deo: ⁊ tenuit fortiter deum: ⁊ directus est a deo ⁊ benedictus a deo: vñ mānit Jacob claudus vno pede. Per qđ fuit figuratum qualr ex iacob debebāt exire duplices filij. s. qđā sm carnē tā tū q̄ debebāt claudicare a vero cultu dei: quidam aūt erāt futuri filij sm gr̄am ⁊ fidē sequēdo fidez xp̄i ⁊ recipiēdo ipm ⁊ tenēdo ⁊ colēdo eū ⁊ viuēdo per fidē: vnde pōt dici q̄ oēs sum? nati ex abraaz: sed iudei nati sunt ex spū ⁊ fide abrae: ideo dicit xp̄s Joh. viij. qđ natū est ex carne caro est: ⁊ qđ natum est ex spū spūs est. Dane etiā cōclusionē p:obat apl's ad Ro. iiij. ⁊ Galathas. iij. Ex quibus ptz q̄ nō oēs filij iacob ⁊ israel sunt veri filij: nisi soli filij spūales: q: fortiter tenuerunt xp̄m ⁊ fuerunt ab eo bñdicti ⁊ directi: ⁊ viderunt ipm per fidē: nec sunt veri filij iacob nisi illi qui eiecerūt filios carnis extra vterū ecclie ⁊ surripuerūt primogenitura ⁊ bñdictionē filij carnis. Et isti tales sunt verus iacob ⁊ israel ⁊ verū semē abrae: vt dictum est in ꝓlogo. Et quibus sequit̄ q̄ vera repromissio spualis regni celestis facta ē solis filijs abrae ⁊ iacob ⁊ isr'l spualib? sm fidē ⁊ gr̄am: ⁊ non filijs carnis. ¶ Scōa cōclusio. q̄ ppl's gētilis erat effi cēdus filius abrae sm repromissionem inquātuz erat bñdicēdus in xp̄o ⁊ regenerādus. Hoc pbat Geñ. xxij. qñ deus dixit abrae. In semine tuo. i. i xp̄o bñdicētur omnes gētes. Hoc idē dictū est ipi iacob Geñ. xxviij. qñ dñs dixit. Terrā in qua dormis tibi dabo: semini tuo: dilataberis ad oriētē ⁊ occidentē ⁊ septētrionē ⁊ meridiē: ⁊ bñdicentur in te ⁊ in semine tuo cūcte tribus terre. vbi ostenditur q̄ p bñdictionē ⁊ regenerationē in xp̄o tot? ppl's gētilis erat futurus filius israel ⁊ iacob sm spm̄ ⁊ fidē. Itē Esa. xliij. Noli timere serue meus iacob ⁊ rectissime, i. israel quem elegi. Effundam

Popul? gentilis erat futur? ex quo xp̄s

enim aquas super sitiētem ⁊ fluenta super aridā. Effundam spiritum meū sup semen tuū ⁊ benedictionē meā sup stirpem tuam: ⁊ germinabunt super herbas quasi salices iuxta preter fluētes aqs. Iste dicet dñi ego sum: ⁊ ille vocabit̄ noie iacob. Et hic scribet manu sua dño: ⁊ in noie israel assimilabit̄ ⁊c. Et quibus ptz q̄ ppl's gentilis baptizatus aqua ⁊ spū sancto erat vocādus iacob ⁊ isr'l sm fidem ⁊ spm̄. Et sic ptz q̄ messias non solū erat saluaturus ppl'm iudaicum: sed etiam gentilem: vnde in glosa hebraica genesi rabba monet̄ questio p doctores hebraicos: an deus ⁊ eius messias sit receptor: personaꝝ in eius aduētu. s. an saluabit solos iudeos ⁊ filios isr'l. Ad qđ rñdet̄ q̄ absit immo oēs cōfitentes deo corde oze ⁊ opere salubūtur p messiā: qz sic scriptū est Viere. xxxiij. In diebus illis saluabit̄ iuda. i. confitētes deo. Et hoc est qđ dr: Esa. xlix. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsqz ad fines terre. Et quo ptz q̄ xp̄s nō solū erat saluaturus israelitas: sz etiā gētes. Ideo ait xp̄s Matth. viij. q̄ multi venient ab oriēte ⁊ occidēte: ⁊ recūbent cū abraam isaac ⁊ iacob in regno celoꝝ: filij aūt regni mittent̄ in tenebras exteriozes ⁊c. ¶ Tertia cōclusio. q̄ ppl's gētilis erat recepturus xp̄m in lege ꝓmissum ⁊ verus ad fidem ⁊ legē euāgelicam ⁊ adozaturus deū isr'l: hoc aūt iam ꝓbatum est ps al. ij. ⁊ xlvi. et per totā expositionem libri psalmoꝝ. Sed maxime ꝓbatur Esa. ij. cum ait. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi sup verticem montium: ⁊ eleuabitur sup colles: ⁊ fluent̄ ad euz oēs gentes. Et ibunt ppli multi ⁊ dicent. Venite ascēdamus ad montē dñi: ⁊ ad domū dei iacob: ⁊ docebit nos vias suas: ⁊ ambulabimus i semitis ei?: quia de syon exibit lex: ⁊ verbū dñi de hierusalez. Itē hoc idē ptz capitulo. xlix. per totū vbi dicitur. Dedi te in lucē gentiū: vt sis salus mea vsqz ad extremū terre. Reges videbunt ⁊ consurgent principes ⁊ adozabūt dñm deū tuū ⁊ sanctū israel qui elegit te ⁊c. Hoc idē patet per totū vsqz ad finez libri de cōuersione gētiuz ad deū. Itē Viere. xvi. Ad te gētes venient̄ ab extremis terre ⁊ dicent vere mendacium possederunt patres nostri ⁊ vanitatē que eis non p:ofuit ⁊c. Itē zacha. ij. Et applicabuntur gentes multe ad dñm in die illa ⁊ erunt mihi in populuz: ⁊ habitabo in medio tui: ⁊ scies quia dñs exercituū misit ad te. Item zacha. viij. Venient populi multi ⁊ gentes robusti ad querēdum dñm exercituū in hierusalē ⁊ deprecandā faciem dñi. Hec dicit dñs exercituū. In diebus illis in quibus apprehēdet decē hoies ex oib? linguis gentiū ⁊ apprehendent fimbriam viri iudei dicentes vbimus vobiscum: audiuimus enim quia dñs vobiscū est. Ex quibus patet q̄ gentiles per apostolos iudeos erant trahendi ad christū. Hoc idē ps Malachie. i. Nō est voluntas mea in sacrificijs vestris ait dñs exercituū. Et munus nō suscipiaz de manu vestra. Ab oriu enim solis vsqz ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Ex quibus ptz q̄ reprobata synagoga sacerdotium erat transferendum ad populum gentilem coleuteum nomen dñi quod est iesus. Hoc idem dr Esa vlt. Et enūciabunt gloriam meam gentibus, ⁊ infra.

Universidad de Deusto

Solus xpianus est ver? iacob.

Et assumã et eis in sacerdotes ⁊ leuitas dicit dominus: qz sicut celi nouꝰ ⁊ terra noua que ego facio stare coꝝ me dicit dñs deus: ⁊ sic stabit semen vestrū ⁊ nomen vestrū. Et erit mensis ex mense: ⁊ sabbatum ex sabbato. Veniet oīs caro vt adoret coꝝ facie mea dicit dñs. ¶ Ex q̄bus oībus sequitur quarta cōclusio tanq̄ ex supradictis correlaria q̄ solus ppls xpianus est verus iacob ⁊ israel et verū semē abrae. Hoc aūt ꝓbat p singula fm nois interpretatiōē ⁊ fm fidei imitatiōē. Naz in tātū de? vocauit eū abrāā inquātū erat futur? pater oīm credentiū: ⁊ inquantu in eo erāt bñdicēde oēs gētes: fz solus ppls xpianus fuit in xpo bñdictus ⁊ regeneratus: ⁊ sequit fidē abrae ⁊ recepit xpm promissum abrae ⁊ semini eius: igit solus populus xpianus est verū semē abrae fm fidē ⁊ spm: ⁊ per ꝓns soli pplo xpiano debet hereditas celestis ⁊ beatitudo promissa ⁊ est vera hierlm ⁊ terra viuentiū. Q̄ ꝓbat. Nam abraam ⁊ israel sortiti sunt supradicta noīa nō fm carnē ⁊ naturam: sed fm fidē: vt dictū est. Sed qz soli xpiani sunt imitati fidē eoꝝ de xpo ⁊ receperūt xpm quē ipsi expectabāt: ergo soli xpiani sunt verum semē abrae ⁊ israel fm fidē ⁊ spm. Sed qz intantum facta est promissio bonoꝝ spualiū gre ⁊ glie ipsi abrae ⁊ israel: inquantum habuerūt fidem de xpo futuro: ergo ꝓ solo pplo xpiano ex iudeis gētilibus credentibus cōgregato facta fuit illis repromissio: et per ꝓns soli pplo xpiano debet repromissio ⁊ hereditas bonoꝝ spualium gre in psenti: ⁊ glie in futuro: de quibus loquit lex ⁊ pphete. Itē ex supradictis etiā sequit quedā alia correlaria ꝛclusio .s. q̄ oēs iudei moderni sunt heretici in lege moysi ⁊ ppheris. Probat. Naz oēs deuiāt a veritate sacre scripture legis ⁊ ppharuꝫ ergo sunt heretici. tenet cōsequētia: nam heresis nil aliud est nisi deuiatio a veritate sacre scripture vtriusq̄ testamēti Antecedēs ꝓbat. Nā oēs patriarche ⁊ ppbete viterūt in fide xpi futuri expectātes vt eos redimeret a seruitute peccati ⁊ morte eterna: vt acciperēt ab eo repromissiones .s. gram in psenti ⁊ glam in futuro: vt ꝓbatū est. Sed iudei moderni ⁊ eoꝝ predecessores cōtempserunt xpm ⁊ humanam redēptionē ⁊ oīa bona gratie ⁊ glie ⁊ expectant falsum messiā qui tribuat eis bona tpalia: ergo tota liter cōtradicūt veritati sacre scripture legis ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ fidei ⁊ spei illoꝝ: ⁊ ꝓ ꝓns oēs sunt heretici quotquot manēt in eadē obstinatione post aduentū xpi. Vnde aūt ꝓueniat eis ista heresis: videbitur in fine totius tractatus. In tota ergo questione ꝓz cecitas ⁊ deceptio iudeoꝝ: nam ꝓ nouez cōclusiones ostēsum est qualr ꝓter terrā chanaaz ꝓmissa fuit abrae ⁊ iacob hereditas in celo: ⁊ qualiter patriarche ⁊ ppbete ꝓter illam terrā desiderabāt ⁊ expectabāt celestem ⁊ spiritualē hereditatē: ⁊ quō nō desiderabāt sepeliri i illa terra: niſi qz ꝓuiderūt in spū xpm ibi passurum ⁊ sepeliēdum ⁊ resurrecturū. Et q̄ ppbete nec cōmēdarūt illaz terrā ⁊ ciuitatē ⁊ templū ꝓpter eius bonitatē: fz qz ꝓuiderūt xpm in illa terra nostram redēptionē operaturū. Itē ostēsum est qualr ꝓphete nō solum intēdunt cōmēdare illam hierlm in qua xps operatus est nostram redēptionē: sed etiam hierusalē spiritualē toto orbe diffusam ab illa derivatam ⁊ dilatataz. Itē ꝓz quomodo xpiana religio est verum semē abrae ⁊ verus israel ꝓ successionē fidei. Itē ostēsum est qualr illa terra chanaā cum suis fructibus tpalibus non fuit eis promissa ⁊ data in ꝓmium ꝑfectum ꝓ observatione legis: fz in signum futuri premij eterni dauid ꝓ xpm ꝓ fide quam habebāt de xpo. Itē vltimo ostēsum ē qualiter messias in lege promissus non erat daturus bona tpalia in psenti ⁊ bona gloria in futuro. ¶ Per q̄ omnia ꝓz responsio ad argumēta indeoꝝ. Ad primū ergo respondet eis q̄ illa terra cū suis fructibus non fuit eis promissa in premium solidum ꝓ observatiōe legis: fz in signū ꝓmij futuri dandi ꝓ xpm ꝓ fide xpi sub qua illā legē obseruabant: vt dictum est. Itē illa terra promissionis ⁊ ciuitas hierusalem dicta est fluēs lacte ⁊ melle: inquantum ex ea flurit nobis lex et doctrina euangelica: qz de syon exiuit lex: ⁊ verbum domini de hierusalē. Esa. ij. q̄ quidem doctrina euangelica frequēter dicitur mel ⁊ lac in scriptura propter suum saporē ⁊ dulcedinē. Et hāc terram promisit deus illi populo in figura xpi. Nam sicut ante aduētum xpi flurit ⁊ emanauit in ea lac ⁊ mel prophericum: ita tpe xpi flurit lac ⁊ mel enā gelicum qō tps per totam terrā promissionis predicauit: vnde tripliciter lac ⁊ mel exiuit ⁊ emanauit ex illa terra: primo lac ⁊ mel euangelice doctrine. Secundo lac ⁊ mel nostre redēptionis. Tertio lac ⁊ mel gratie sacramētoꝝ. Et hoc est lac ⁊ mel quod deus sub figura promisit patriarchis ⁊ prophetis. Dabatur ergo filiis israel illa terra materialis ꝓ observantia legis: fz promittebatur eis celestis glia propter fidē quam habebant ⁊ cum qua fide conseruabant illa legalia. ¶ Ad scōm est dicēdum q̄ iacob ⁊ cetteri patriarche non desiderarunt sepeliri in illa terra propter se: fz quia prediderunt christum in illa sepeliēdum ⁊ resurrecturum: ⁊ sic desiderabant cum eo resurgere. ¶ Ad tertium respondetur q̄ prophete non commēdarunt illam terram ⁊ ciuitatem propter se: fz inquātum ꝓuiderunt xpm in illa nasciturum ⁊ in illo templo presentandum ⁊ predicaturum ⁊ in illa ciuitate nostraz redēptionē operaturum. Sz cū hoc intēdebant commēdare hierlm spiritualē ab illa toto orbe diffusam. ¶ Ad quartum q̄ xps rex messias non erat daturus bona tēporalia fz spualia: vt dictum est. Ad aliud dicendum q̄ xps messias in lege promissus nō erat edificatur? ciuitatē materialē: fz hierusalem spiritualem toto orbe diffusam quam per se edificauit in monte caluarie: ⁊ i monte syon: vt dictum est. Et latius dicetur i questione sequēti: ex qua hierusalem ⁊ syon fuit derivata ecclesia toto orbe diffusa.

Ad scōs

Ad tertium.

Ad q̄rtum.

QUesto ꝓbatū est in tertia q̄stione qualr oīa promissa i lege ⁊ prophetis sunt spualiter intelligēda ꝓ bonis gratie in presentiarum ⁊ glorie i futuro. Jō queri? quarto. Vtrum iesus nazarenus s quem christiani colunt fuerit verus messias promissus in lege et prophetis. Ad quod argunt iudei moderni q̄ non. Et primo sic. Messias nondum venit: ergo

Questio quarta.

Nota.

iesus non fuit verus messias. consequentia patz. antecedēs ꝓbatur. nam Helyas debet venire ꝓximus q̄ messias, ut legitur Malachie. iij. Ecce ego mittam vobis helyam prophetā anteqū veniat dies dñi magnus ⁊ terribilis ⁊ cōuertet coꝝ patrū i filios: ⁊ coꝝ filioꝝ ad patres eoꝝ ⁊c. Ad cuius intellectū est notandū q̄ ex hoc dicto ⁊ littera ꝓceden te i hoc capitulo scribe ⁊ pharisei formarūt duos articulos inter ceteras suas traditiones. Primus articulus fuit q̄ helyas debet precedere messiaz i suo aduentu: ⁊ idco q̄ miserunt Judei ab hierosolymis sacerdotes ⁊ leuitas ad iohannē vt interrogarent eum. Tu quis es. Et iohannes negauit se esse xpm. Tunc pharisei iterum interrogauerunt eum dicētes. Helyas es tu ⁊c. Eo q̄ habebāt pro articulo q̄ helyas erat venturus ante ipsum messiam. Item matb. xvij. qū tres discipuli viderunt Moysen ⁊ helyam in trāsfiguratione xpi: ⁊ postea neminē viderunt nisi solum iesum. Tūc in terroganerunt xpm dicentes. Quid ergo scribe ⁊ pharisei dicūt q̄ opz helyam venire primū ⁊c. Et quibus patet q̄ scribe ⁊ pharisei inter suas traditiones tanq̄ articulū affirmabāt helyam venturū ⁊ precedere messiam in lege ꝓmissum. Itē p lfaz precedentē i hoc capl'o vbi dicit de? p Malachiā. Memēto legis moysi serui mei: quā mādaui ei i oreb ꝓcepta ⁊ iudicia. Et subdit. Ecce ego mittā vobis helyam ⁊c. p hoc formarūt aliū articulū s. q̄ causa quare helyas debebat precedere xpm erat vt predicaret ⁊ restauraret legē moysi ꝓ ītā in filijs dispersionis: vt postea rex messias posset eam confirmare ⁊ ratificare. Tunc ergo ex ꝓo articulo arguūt sic iudei. Helyas nondū venit: ergo messias nondū venit: qz ꝓi? est venturus helyas q̄ messias. Et sic messias nondū venit: ergo iesus nazarenus nō fuit verus messias. Itē ex secundo articulo arguūt sic. Messias in lege ꝓmissus dz cōfirmare ⁊ ratificare legē moysi filijs dispersiōis: quā helyas ꝓi? dz instaurare ⁊ declarare: fz iesus nazarenus hoc nō fecit: imo ꝓuaricat? est: ⁊ dissipauit totā legem moysi: quo ad oīa ꝓcepta ⁊ mādata tā moralia q̄ cerimonialia q̄ iudicialia: igit nō fuit ver? messias. Nec mīno: ꝓbat ꝓ singula. Nā iesus ꝓmo ꝓuaricat? est ꝓcepta moralia sabbatū violādo exercēdo opa sanitatū ⁊ se deū faciēdo. Scōo violauit cerimonialia cibos ꝓhibitos cōcedēdo: qñ dixit discipulis. Comedite q̄ apponūtur vobis. Tertio ꝓuaricat? est iudicialia Jo. vij. qñ absoluit adulterā: quā lex ꝓcepit lapidari Leui. xx. Et sic ꝓz q̄ tota legē violauit: q̄ nō fuit legis ꝓfirmator sed dissipator. Et p ꝓns non fuit messias. Scōo arguunt iudei dicētes q̄ iesus nō exercuit officiū veri messie ergo ꝑ lin isral: ergo nō fuit ver? messias, antecedēs ꝓbat. Nā messias in lege ⁊ ppbetis ꝓmissus quattuor erat facturus principalr erga ꝑlin israel: naz primo debebat debellare ⁊ subijcere ipsi totum orbē ⁊ populum gētilem ⁊ oēs reges terre ⁊ dñari a mari vsq̄ ad mare ⁊ vsq̄ ad fines terre: vt ꝓz psal. lxxj. ⁊ zacha. xj. Scōo debebat educere ⁊ liberare ossa filios isral' ex oībus partib? mūdi: vt ꝓz Esa. xj. Tertio debebat edificare nouā hierusalē in eodē mōte syon: ⁊ in ea ꝓgregare oēs filios israel vt in ea cum magna prosperitate ⁊ pace obseruēt totā legem moysi vbi erit tanta pax q̄ oēs tribus terre cōfiabūt gladios in vomeres: ⁊ lāceas in falces. Esa. ij. Itē quarto rex messias debebat facere immortales ⁊ impassibiles oēs filios israel viuētes in illa ciuitate noua hierlm: qua ꝑcipitabit mortem in sempiternū: ⁊ auferet dñs de? oēm lachrymā ab omni facie ⁊ opprobriū ꝑli sui auferet de vniuersa terra. Esa. xxv. Sed iesus nazarenus nil horum fecit immo totū oppositū: ergo non fuit verus messias. hoc ꝓbatur. nā primo nō debellauit nec subiecit sibi totū orbē: immo fuit pauper ⁊ delectus intantū q̄ fuit crucifixus p iudeos ⁊ gētiles et sepultus in alieno sepulchro. Itē scōo non cōgregauit filios isral' nec liberauit eos de captiuitate: immo post mortē eius fuerunt p mundū dispersi ⁊ dissipati. Itē tertio nō edificauit nouā hierlm: immo post mortē eius ⁊ causa eius fuit diruta ⁊ dissipata: vt inqt Josephus libro de bello iudaico. immo dicūt iudei q̄ iesus nazarenus nō solū dissipauit ciuitatē ⁊ ꝑlm: fz etiā totā legē moysi: inq̄tū cōstituit nouū modū sacrificādi ⁊ colēdi deum: immo destruxit iudaismū in q̄tū magna pars iudeorum recepit baptismū xpi: ⁊ recipit cōtinue. Item quarto non videm? q̄ iesus in aduētu suo posuerit tantā pacē inter hoīes q̄ cōflauerint gladios in vomeres ⁊c. immo post eius aduentū fuerūt maxima bella per oēs partes orbis: vt ꝓz p oēs hystorias gentiū. Item non fuit tanta pax inter aialia bruta q̄ bos comedat cum agno: ⁊ leo cum oue: quandē ferocitatē retinēt aialia bruta. Itē christus non ꝑcipitauit mortē nec abstulit oēm lachrymā a suis: imo reliqt suos mortales ⁊ passibiles: nec videmus q̄ baptismus xpi auferat miserias ⁊ infirmitates corporales. Ex q̄bus oībus seq̄tur q̄ xps nō fuit verus messias in lege ꝓmissus: q: non exercuit officiū veri messie. Jn oppositū est Jo. j. qñ dixit andreas petro. Inuenim? messiaz qō est interptatū xps. Itē philippus dixit nathanaeli. Quē scripsit moyses in lege ⁊ ppbetis: inuenim? iesum filiū ioseph a nazareth. Itē nathael dixit ipsi iesu. Rabi tu es filius dei: tu es rex israel. Itē totus ille ppls satiatus quinq̄ pamb? ⁊ duobus piscibus: cōfessus est iesum esse messiam quādo dixit. Hic est vere ꝓpheta qui vēturꝰ est in mundū. Joh. vi. Et sic iesus nazarenus non solum a toto populo gētili: sed etiā a multis de populo iudaico fuit receptus tanq̄ verus messias: vt ꝓz per totū discursum euāgelicū. ¶ Jn hac q̄stione respōdeo q̄ nō intēdo per singulas cōditiones ꝓbare xpm fuisse verum messiam oēs scripturas particulariter adducendo: qz de hac materia abunde scripsit dñs Job. figuerola cōciuis noster Valētinus in tribus voluminibus cōtra iudeos. Hoc idē diluci de scripsit dñs Petrus de la Caualeria ciuis Cesaraugustan? vtriusq̄ iuris doctor famosissimus. Et dñs alfonsus toletanus sacre theologie magister insignissim?. Et etiā plures alij: q̄ nō solū p sacra scripta legis ⁊ ppharuꝫ: fz ⁊ p dicta rabinoꝝ thalmudistaꝝ iudeos conicerūt. Sed tū in hac questione intēdo breuiter respōdere ⁊ satisfacere supradictis argumētis iudeoꝝ ⁊ detegere cecitatē ⁊ ostēdere inueteratā maliciā eoꝝ. Et ideo in pri

Rñsio.

Universidad de Deusto

senti q̄stione duo sunt principaliter videda ⁊ probanda. Primo quo iesus xps obseruauit ⁊ statuit et cōfirmauit ⁊ ratificauit legē moysi ptout q̄rit primū argumentū. Scōo qualiter iesus xps exercuit ⁊ pfecit officiū veri messie: ptout q̄rit scōm argumentū. ¶ Quātū ad primū articulū est pmo notandū q̄ q: lex diuina data moysi nō erat mere literalis ⁊ tpalis: sz etiā principaliter spiritualis sicut dictū est in pcedēti q̄stiōe: ideo fm scripturas legis ⁊ prophetarū lex moysi erat primo illi pplo litteraliter obseruāda. Scōo erat per messiā promissum spiritualiter declaranda. Tertio erat per eius passionē litteraliter ⁊ carnaliter terminādа et eius veritas spiritualiter obseruanda. Primū ptz p totū discursum Exo. ⁊ Leui. ⁊ Nūe. ⁊ pcipue Deut. vbi deus sub multiplici cōminatiōe ⁊ maledictione p̄cepit illam legē ⁊ cerimonias obseruari. Scōm ptz Deut. xviij. vbi de⁹ dicit moysi. Prophetam suscitabo eis de medio fratrū suoū simile tui: ponam verba mea in oze eius: loq̄turq̄ ad eos q̄cunq̄ dixero illi. Et qui verba eius q̄ loq̄tur non audierit: vlto: ersitā ⁊c. Ex dictis in hoc textu ⁊ capitulo sequitur primo q̄ in lege moysi fuit christus ꝓmissus ad declarandā legē moysi ⁊ verum sensum ⁊ veritatē eius. Scōo sequitur q̄ talis ꝓmissio de xpo declaratore legis fuit facta in mōte synay simul cum datione eius: qđ probaf p hoc qđ ait moyses in hoc. xviij. c. Deut. cum referendo legē pplo dicit. Prophetā suscitabit tibi dñs de⁹ tuus: ipm audies vt petisti a dño deo tuo in oreb q̄ concio cōgregata est: ⁊ dixisti vltra non audiā vocē dñi dei mei. Et ignē hunc maximū amplius non videbo ne moriar. Et ait dñs mihi. Bñ oia locuti sunt. Prophetā suscitabo eis de medio fratrū suoū simile tui. Et ponā verba mea in ore ei⁹ ⁊c. vt supra. Ex quibus ptz q̄ ista ꝓmissio de prophēta declaratore legis futuro quam refert hic moyses iam fuerat facta in oreb in datione legis: quādo pplꝰ dixit moysi: loq̄re tu nobis: ⁊ non loquaf nobis deus ne forte moriamur: vt ptz Exo. xx. Et tunc deus dixit moysi. Bñ oia sunt locuti petēdo mediatorē q̄ loquaf eis ex parte dei familiariter: ideo ꝓmitto tibi q̄ prophetā suscitabo eis de medio fratrū suoū sz de tribu iuda simile tui in humanitate ⁊ officio. Iste erit similis tui pīo in humanitate: q: licet sit deus tamē erit etiā homo. Q: ponā verba mea in ore eius: q: erit verbum incarnatum: ⁊ sic apparebit mūdo similis tibi in humanitate: ⁊ erit etiā tibi similis officio: nā sicut ego misi te ad istum pplm liberandū de ista captiuitate tpali: ⁊ eduxisti eū de terra egypti: ita ego mittam illum ad liberandū totum genus humanū de seruitute peti ⁊ de iugo legis. Itē sicut ego p te dedi legē istam isti populo: ita p illum prophetā christum declarabo eam: ⁊ ideo posui ꝓba mea in ore eius. Itē sicut iste pplꝰ fuit tibi rebellis multotiēs nolēs te audire: ita iste idez pplꝰ erit ipsi rebellis intātū q̄ interficiet eū: sicut iste pplꝰ voluit te interficere ⁊ ostituere aliū ducē: ⁊ reuerti in egyptū. Sz sicut ego puniui oēs rebelles q̄ nō te audierūt quia non introierūt terrā ꝓmissam: sed cadavera eorū manserūt in deserto: ita ego vlto: etiā eam corum q̄ verba huius ꝓphete xpi audire noluerūt: ⁊ ipsi nō crediderūt: q: vagos ⁊ captiuos tpaliter p hunc mundū dispergā: ⁊ aie eoꝝ nunq̄ introibūt in requiē meā. Et quib⁹? ptz q̄ ꝓmissio de xpo futuro legis interpte ⁊ declaratore facta fuit i mōte Oreb in primo anno simul cū datione legis: sed q: moyses tacuit ⁊ omisit eā in exodo: ideo refert ⁊ exprimit eā i Deut. Tertio aūt sequit q̄ sicut totus ille pplꝰ se obligauit ad seruandā legē moysi ⁊ oia q̄ de⁹ locutus fuerat moysi qñ dixit: oia que locutus est deus faciem⁹ ⁊ erim⁹ obedientes. Exo. xxiiij. Ita pariter se obligauit ad audiēdū xpm in suo aduentu ⁊ declaratione legis p ipsum faciēdam. Itē sicut ille pplꝰ se obligauit ad seruādam litteraliter legem moysi sub anathemate ⁊ multiplici maledictiōe scripta Deut. xxvij. ⁊. xxviij. ita sub eisdē maledictiōib⁹ ⁊ penis se obligarūt ad audiendum ⁊ credendū ⁊ obediendū illi ꝓphete xpo ⁊ ad seruandā legem fm eius declarationē. Itez se quilt q̄ ille pplꝰ nō erat obligat⁹ seruare litteraliter legē moysi nisi vsq̄ ad declarationē factā per illū ꝓphetā ꝓmissum: sz ex inde tenebant obseruare legē moysi spūaliter fm veritatē declaratiōnē factā p illū ꝓphetā: cui obligabātur credere et obedire: ⁊ ei⁹ doctrinā audire ⁊ seq̄: iō dixit eis ie sus Jo. v. Scrutamini scripturas: q: ille testimoniū ꝓhibēt de me. Est q̄ accusat vos moyses i quo vos speratis. Si essi crederetis moysi: crederetis forsitā ⁊ mihi. de me essi ille scripsit. q. d. sicut ꝓies vestri fuerūt obligati credere moysi ⁊ seruare litteraliter legē eius: ita ⁊ vos obligamini credere mihi: audire a me declarationē legis moysiacę ego sum ille prophetа de quo scripsit moyses Deuter. xviij. cui cū cōminatione vltionis obligamini credere: ⁊ iō si credere tis moysi crederetis⁹ mihi: q: ꝓies nō credēdo mihi nō creditis⁹ moysi. Et sic irritā facitis legē ei⁹: ⁊ violatis iusiurādum qđ fecistis i oreb: qñ dixistis: oia q̄ locutus est de⁹ faciemus: ⁊ erimus obedientes. Exo. xxiiij. ⁊ p ꝓies estis heretici i lege: ⁊ incurritis oēs maledictiōes scriptas Deutero. xxvij. ⁊. xxviij. ¶ Hoc idē ostendit Matth. iij. ⁊ Luce. iij. qñ i baptismo vox patris audita est dicēs. Hic est filius meus dilect⁹ i quo mihi bene cōplacui ipsum audite. Et sic ꝓz q̄ idez deus pater q̄ in datione legis dixit de xpo. Ponā verba i ore eius: loquetur q̄s ad eos ⁊c. Idē pater precepit i nouo testamēto vt audiāt ipsum xpm tā q̄ prophetam promissum in lege: ⁊ ideo vbicunq̄ memoratur in prophetis ꝓsens punitio ⁊ captiuitas: in quo modo laborant iudei: semp assignatur pro causa: quia nō eraudierunt vocem dominī venientis in carnē: siue quia nō audierūt vocem huius ꝓphete. s. xpi: nec crediderūt ipsi. Unde ait xps per os dauid psal. xvij. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt ⁊ claudicauerūt a semitis suis. Item psal. lxxx. Popul⁹ meus nō audiuit me ⁊ isrl nō intēdit mihi. Itē psal. xciij. Hodie si voces meas audieritis q̄h⁹ iurau i ira mea ⁊c. Itē Esa. j. Cognouit bos possessorē suū ⁊ asin⁹ presepe dñi sui: israel aūt nō cognouit me. Itē. c. l. Ecce essi in iniquitatib⁹ vestris venditi estis: ⁊ in sceleribus vestris dimissi matrem vestram: quia veni ⁊ nō erat vir: vocaui ⁊ nō erat qui audiret. Itē capi. lxv. Omnes in eadem corruetis pro eo q̄ vocaui ⁊ non respondistis: locutus sum ⁊ non audistis ⁊c. Itē Dicremie. xvi. Sz vos peius operati estis q̄ pres vestri. Ecce essi ambulabat vnusq̄sq̄ post prauitatē cordis sui mali: vt me non audiat. Ejciam vos de terra hac ⁊c. Et supradicta patet quomodo ille pplꝰ sub cōminatione obligabatur audire xpm in suo aduētu legē declarante: sed q: nō audiuit: iō fuit punit⁹ in corpore ⁊ aia in eternum: ⁊ sic patet qualr lex moysi erat p xpm declarāda. Hoc idē dicit Rabi moyses in sentētijs de penitētia. q. Tpe messie oēs attēdent ad sciēdā legem p seculo vēturo acquirēdo. Itē in hoc cōcordant oēs magistri iudeoꝝ antiqui. s. q̄ messias debet i suo aduētu declarare mysteria occultissima legis: imo multa sunt mysteria in lege q̄ appellāt tycu. i. illērū q̄ nullus audet declarare: quoū declarationē expectāt faciēdam p messiam: ideo in oratione rogant oēs vt deus mittat messiam qui declaret modos ⁊ enigmata legis. ¶ Tertium autē principale ꝓbat. s. q̄ lex moysi quo ad cerimonialia ⁊ litterale officiū erat p xpm ⁊ ei⁹ mortē terminādа ⁊ abolēda. hoc ps psalmo. xxxix. Sacrificiū ⁊ oblationē noluisti aures aūt pfeciſti mihi. Holocaustū ⁊ p peccato nō postulasti: tūc dixi ecce venio ⁊c. put ibi fuit declaratū. Itē psal. xlix. Nō accipiā de domo tua vitulos: nec de gregibus tuis hircos ⁊c. Itē Esa. j. Quo mihi in multitudine victimarū vestrarū ⁊c. Hoc idem capitulo vltimo pertotum. Itē Hiere. xvi. Ecce dies veniēt dicit dñs: ⁊ nō dicet vltra. Viuit dñs qui edurit filios israel de terra egypti: sz viuit dñs q̄ edurit filios israel de terra aquilonis ⁊c. Et quo ptz q̄ pascha ⁊ sabbata debebāt cessare in aduētu messie. Itē capitulo. xxxi. Ecce dies veniēt dicit dñs: ⁊ feriaz domui iuda ⁊ domui iacob fedus nouum: non fm pactuz qđ pepigi cū patribus vestris in die qua apprehēdi manum eoꝝ: vt educerē eos de terra egypti ⁊c. Itē Dani. ix. post hebdomadas. lxij. occidet xpus: ⁊ nō erit ei⁹ pplꝰ qui eū negaturus est. Et cuitatez ⁊ sanctuariū dissipabit pplꝰ cū duce vēturo. Et finis ei⁹ vastitas. Et post finē belli erit statuta desolatio. Confirmabit ante pactū multis hebdomada vna. Et in medio hebdomadis deficiet hostia ⁊ sacrificium: ⁊ erit in tēplo abominatio desolationis. Et vsq̄ ad cōsummationē ⁊ finē pseuerabit desolatio. Et supradicta ergo patēt tria ꝓsupposita. s. primum qualiter lex moysi erat ex precepto dei sub multiplici cōminatiōe ab illo populo obseruanda. Scōo qualiter illa lex p xpm prophetam futurum erat declarāda: ⁊ quomodo sub eadē cōminatione ille populus erat obligat⁹ audire xpm ⁊ eius doctrinā ⁊ ipsi obedire. Tertio qualiter hostiaꝝ sacrificiaꝝ ⁊ cetera legalia legis moysi litteralr ⁊ officialr erāt terminādaꝝ ⁊ abolēdaꝝ ⁊ verificāda p mortē xpi. Et p ꝓies ille pplꝰ non amplius erat obligatus post mortē xpi ad obseruanda litteralr cerimonialia: sz obligabatur ea spiritualr obseruare fm declarationē factā p xpm: hoc est fm doctrinam euāgelicam que nil aliud est nisi declaratio ⁊ veritas legis: ⁊ sic patet qualr xps erat futurus declarator legis moysi. ¶ Secundo notandum q̄ xps qui erat in legē promissus tāq̄ verus declarator ⁊ interpres legis moysi: i declaratione legis erat tanq̄ bonus ⁊ verus magister ⁊ doctor. Nam doctor in scholis primo legit litteraliter textum. Scōo declarat ipm textum litteraliter per rationes ⁊ alias autoritates. Tertio verificat ipm textum p exēpla sensibilia ⁊ p effectū. Et istū modū seruant magistri in legēdo mathematicas: ⁊ philosophi in sciētia naturali. Et iurisperiti i iure ciuili ⁊ canonico: ⁊ vnusquisq̄ in sua facultate ita ergo xps magister noster ⁊ interpres legis tenuit hunc modum nobiscum in declarando legez moysi. Nam primo ipe obseruauit legez moysi litteraliter quo ad omnia ꝓcepta moralia ⁊ cerimonialia. Scōo declarauit totā legē doctrinalr eius verum sensum exponēdo. Tertio verificauit in se realiter ⁊ exēplariter totam legem ⁊ prophetas: vt patebit. ¶ His habitis ponitur prima cōclusio. s. q̄ xps obseruauit litteraliter totam legē moysi nō solum quo ad precepta moralia: sz etiā quo ad cerimonialia. Hoc autem probatur. Nam xps vt homo semp veneratus est deum patrē tanq̄ patrem ⁊ dñm faciendo eius voluntatem: ⁊ tribuendo ipsi oēm honorem: vt ptz per totum discursum euangelicum. Item non solum veneratus est deū patrem naturalem ⁊ dñm: sed etiaz veneratus est virginem mariam matrem suam carnalem ⁊ naturalē: Joseph patrem nutritium: q: erat subditus illis: vt ps Luce. ij. Et sic iuste viuendo obseruauit oia ꝓcepta moralia vt ps per totū discursuz euangelicum. Item seruauit omnia precepta cerimonialia vsq̄ ad trigesimum annum ⁊ vltra: q: in olim festiuitatib⁹ ascēdebāt i hierlm fm ꝓuetudinē dicti festi: vt ps Luc. ij. Et sic est dicēdū de ceteris cerimonialib⁹ q: comedit agnū paschale ⁊c. ¶ Secunda conclusio. q. xps tanq̄ magister ⁊ interpres in lege promissus declarauit doctrinaliter legē moysi verum ⁊ spiritualem sensum ⁊ eius intelligentiam manifestādo. probatur. Nam illico post baptismū ⁊ ieiunium congregauit apl̄os ⁊ discipulos: ⁊ ascēdit in montē: ⁊ sedēdo tanq̄ magister declarauit eis legē moysi quo ad verum sensum confutando falsam doctrinā ⁊ fermētum scribarum ⁊ pharisеorū. vt ps Matth. v. vj. ⁊. vij. ⁊ exinde per totum discursum euangelicum: q: ostendit quomodo sabbatum non solueb atur: nec violabatur sanando infirmos: immo colebatur ⁊ magis sanctificabatur: q: sabbatum erat institutum ad sacrificandum deum faciendo opera sancta ⁊ non seruilia cuiusmodi sunt opa misericordie ⁊c. Itē ostēdit qualiter cibi prohibiti in lege nō ꝓhibebantur per se: sed ꝓut figurabāt opera mala ⁊ prohibita. s. homicidia ⁊ adulteria ⁊ furta ⁊c. que coinquināt animam: vt ps Matth. xv. ⁊ sic de singulis. Itē post resurrectionem incipiēs a moyse ⁊ ꝓphetis interpretatus est illis duobus discipulis: ⁊ postea omnibus apostolis omnia que erant scripta de se in lege et prophetis et psalmis ⁊c. ¶ Tertia conclusio. q̄ christus tāq̄ verus magister non solum declarauit legem doctrinalr quo ad verum sensum: sed etiam verificauit in se realiter ⁊ exemplariter totam legem et prophetas. Prima pars patet per supradictam secundam cōclusionem. Secunda probatur per omnes euāgelistas. Taz primo christus volut baptizari in per

Data in mōte synay.

No. quō xps obseruauit legem moysi.

ler moysi principaliter spūalis.

No. se obligauit pplꝰ ad seruādā legē ⁊ ita ad xpm audiendum.

ler moysi erat carnalr terminā da ⁊ spiritualr obseruāda.

Xps magister et doctor.

Xps declarauit legem moysi.

Xps i se legē verificauit.

Universidad de Deusto Biblioteca

sona totius corporis mystici ꝛ suoꝝ mēbrorum in
stituēdo baptismum: ꝛ sic verificauit oēs locutio-
nes ꝛ purgationes ꝛ cetera sacramēta purgatiua
que fiebant in lege in figura baptismi. Scdo fuit
passus ꝛ in cruce immolatus ꝛ oblatus. Et sic ve-
rificauit occisionē agni paschalis ꝛ oīa sacrificia
ꝛ olocausta ꝛ oblatiōes que fiebāt in lege ī figu-
ra sue passionis ꝛ sacramēti eucharistie. Itez fuit
sepultus p totā diē sabbati in sepulchro. Et sic ve
rificauit quietē sabbati legalis. Itē eduxit fide-
les ve. te. de lymbo inferni. Et verificauit figurā
liberatiōis filioꝝ israel de egypto. Item resurre-
xit ꝛ ascēdit in celū. Et sic verificauit dicta ,pphe-
taꝝ: vt patebit infra. Et sic pꝫ ꝙ xp̄s totā legē ꝛ ,p
phetas verificauit exēplariter in se. ¶ Quarta cō
clusio. ꝙ xp̄s nō solū verificauit in se legē moysi:
quo ad pcepta cerimonialia: sed etiaꝫ declarauit
ꝛ verificauit in se precepta iudicialia. Pria pars
pꝫ per supradictā tertiā cōclusionē. Scda pars ,p
batur. Nam inter iudicialia ponit Exo. xxi. Prio
ꝙ si quis percusserit viruꝫ aut mulierem ꝛ secuta
fuerit mors: tūc ille morte moriat: ꝛ det vitam ,p
vita. Et si mutilauerit aliquod mēbrū: det oculum
,p oculo ꝛ dētē ,p dēte ꝛc. Hoc aūt pceptū iudicia-
le verificauit xp̄s in se ,p pctō primoꝝ parentū in
quo fuit homicidiū ꝛ furtum: qꝛ oēs filios ꝛ poste
ros occiderūt: ꝛ bonis gratuitis expoliauerūt. Et
fuit ibi blasphemia ꝛ sacrilegiū: inquātum deita-
tem vsurpare tētauerūt. Et ideo xp̄s in cruce vo-
luit pro omnibus mori ꝛ dare morteꝫ tpalem pro
nostra morte eterna: ꝛ vitā ,p vita: ꝛ aīam ,p aīa: ꝛ
dentē ,p dente: ꝛ oculum pro oculo: ꝛ totū ,p toto: ꝛ
partē ,p parte. Et sic verificauit illud pceptū iudi
ciale: ꝛ multa alia: qꝛ ,p pctis oīm preteritoꝝ ꝛ fu
turoꝝ mortuꝰ est: ꝛ ,p oībꝰ furtis ꝛ rapinis ꝛ adul
terijs ꝛ ceteris sceleribus satisfecit ī sua passiōe.
Itē nō solū verificauit ī se pcepta iudicialia: ,p oi
bus satisfaciēdo: sꝫ etiā ipa iudicialia declarauit
mutādo forū ꝛ penā iudicialē secularē in penitētia
lē ꝛ spūalē. ¶ Ad cuiꝰ intellectū est notādū ꝙ ille
forꝰ iudicialis ꝛ punitio ve. le. figurabat forū ꝛ pu
nitionē penitētialē legis euāgelice p xp̄ꝫ instituē
dam. Nam lꝫ in punitione penitētiali p xp̄m insti
tuta nō detur oculus carnalis ꝛ dens ,p dēte: tamē
datur oculus pro oculo: ꝛ dens ,p dēte: ꝛ vita ,p vi
ta ciuiliter. Nam qñ venit homicida aut mutila-
tor mēbroꝝ aut latro ad confitēdū tūc eccl'ia siue
sacerdos lꝫ nō interficiat corporal'r homicidā siue
mutilatorem penitētem: tamē pcipit ipm occidi
ciuil'r mundo. i. ꝙ fiat religiosus: ꝛ priuet seipsuꝫ
delitijs mundanis: ꝛ iugiter agat pniam: ꝛ oret ,p
illo quē occidit ꝛ vita priuauit: ꝛ ꝙ nutriat filios
eius quē occidit. Et ita pꝛiter pcipit mutilatori ꝙ
nutriat ex proprijs bonis tpalibus illū cuius mē-
brū mutilauit. Itē pcipit latroni vt restituat fur-
tū ꝛ oē male ablatū: ꝛ etiā satisfaciat pro dāno il-
lato: ꝛ sic pcipit luxurioso vl' auaro ve. iracūdo vt
abscidat mēbrū qd scādalizat ipm nō corporal'r sꝫ
spiritual'r: ꝛ hoc ex pcepto xp̄i Matth. xviij. Si
oculus aut pes tuꝰ scandalizat te: erue eū ꝛ ,pice
abs te. quod non est intelligendū de mēbro corpo
rali: sed spūali. s. de mala intētione ꝛ cogitatiōe ꝛ
peruerso proposito ꝛ occasiōe. Et ad hoc ,ppositū

Xp̄s verificauit in se legalia.

Forꝰ seu punitio vete. le. figurabat sacramētū pnie.

dicit infra cap'lo. xix. ꝙ multi castrauerūt seipsos
,ppter regnū celoꝝ: qui pōt capere capiat ꝛc. ¶ Et
ita xp̄s oēs pctōres remittebat ad pniam dicens.
Uade: ꝛ amplius noli peccare. ꝛ sic lꝫ nō lapidaue
rit adulterā lapidibus materialibus: tū lapidauit
eā lapidibus spūalibus. s. cōpunctionis ꝛ cōtritio
nis ꝛ pnie. Et sic ē dicēdū de ceteris peccatoribꝰ.
Nam licet xp̄s nō occidebat eos quo ad substan-
tiā tamē occidebat in eis peccatuꝫ suscitādo ī eis
fidem ꝛ gratiam: vt inquit Augustinus. Et sic pa
riter istis penitētibus mutilauit membra malarū
cogitationum ꝛ occasionem: sed licet xp̄s non in-
terficiat ilico corporal'r peccatores obstinatos ꝛ
impenitentes: tamen final'r interficit eos morte
eterna. Et ita xp̄s lapidauit ꝛ interfecit lapidibꝰ
eternis synagogam iudeorum adulteram ꝛ obsti
natam: que dimisso ꝛ negato proprio viro xp̄o for
nicatur cuꝫ diabolo. Et supradictis patet qualiter
Rabi moyses de egypto indigne ꝛ impudēter re
prehendit Jesum nazarenum redemptorē nostrū
qui dicit in sententijs de penitētia ꝙ Jesus naza
renus licet esset bonus vir ꝛ simplex ꝛ fuerit cau-
sa destructionis omnium idoloꝝ ꝛ supstitiōis gē
tilium: tamen sua doctrina non fuit vtilis mundo
nec reipublice: eo ꝙ nullum puniebat: sed oībus
malefactoribus parcebat: vt pꝫ de adultera quam
absoluit a morte contra legeꝫ moysi. Unde dicit:
ꝙ si talis lex seruaretur scꝫ ꝙ rei non punirentur
sed omnibus parceretur: tunc respublica destrue-
retur: nec possent ciuitates ꝛ regna conseruari: ni
si peccata punirentur. Et sic patet doctrinam eius
nō esse bonam. ¶ Ad hoc respondetur: ꝙ iste Ra
bi moyses cōtradicit sibiipsi: si bene volumus ad-
uertere. Nam ipsemet dicit. Jesus nazarenꝰ fuit
vir bonus ꝛ optimus intantum ꝙ destruxit detesta
bilem idolatriam de mundo: ergo sequitur ꝙ fuit
vtilis toti mundo ꝛ deo dilectus ꝛ conformis au-
ferendo tantum scelus de mundo: quia virtuosus
est conformis ꝛ nulli inutilis: sed omnibus prodest:
vt inquit Plato. Item iste hō multipliciter deci-
pitur. Primo qꝛ xp̄s nunꝙ ,phibuit prauos puni-
ri: qꝛ p ipm qui est vera sapientia reges ꝛ princi-
pes mūdi regnāt: vt puniendo mala ꝛ remunerā-
do bona exerceāt iusticiā. Et sic xp̄s iam habet re
ges ꝛ principes seculares qui puniūt malos ꝛ in-
corrigibiles tēporal'r fm demerita coꝝ ī foro iu-
diciali. Sed vltra hunc gladiū secularē voluit vti
xp̄s gladio spūali penitētiali: q est multo nobilior:
q quidē gladius nō occidit nec mutilat substātiā:
sꝫ pctm interimit ꝛ abscidit ab aīa. Et iō xp̄s oēs
peccatores ad pniam remittebat: q nō relinqbat
eos impunitos. Nā pnia fm Augustinū est quedam
dolētis vindicta puniens in se qd dolet cōmisisse.
Et sic pnia vere punit pctm in reo. ¶ Unde ponit
,p cōclusiōe ꝙ penitētia pamplius ꝛ pfectius pu-
nit pctm ꝙ lex secularis: ꝛ ꝙ lex vetus puniebat.
qd tripliciter ,pbatur. Nam magis satisfacit deo ꝛ
,primo ꝛ pfectiꝰ iustificat pctōrē. Probat primū
ꝛ scdm. Nam quiꝫ homicida suspensus p legē se-
cularem non recipit mortem patiēter: ꝛ sic nō sa-
tisfacit deo: nec restituit ablatum: et sic non sa-
tisfacit proximo: nec etiam iustificat peccatorez:
postꝙ manet incontritus et impenitens. Sed

Xp̄s peccatores ad penitētiā remittebat.

Rabi moyses xp̄m rephēdit.

Penitētia pamplius punit peccatuꝫ ꝙ lex secularis.

vera penitētia primo satisfacit deo per verā con
tritionem propositum nō peccādi. Scdo satisfa-
cit primo restituēdo ipsi ablatū in effectu vel ī af
fectu ꝛ ,pmissione. Tertio iustificat seipsum pteri
ta peccata plangēdo ꝛ futura nō cōmittere ,ppo
nēdo. Iterū ,pbatur eadē cōclusio sic. Illa punitio
est pfectior ꝛ magis sufficiens q delet ꝛ extinguit
peccatū qd diabolus plantauit: ꝛ seruat substātiā
quam deus creauit: ꝙ illa que destruit substantiā
ꝛ nō extinguit qsꝫ peccatū: sed pnia est huiōi re-
spectu punitiōis sclaris: g ē pfectior. Minor pꝫ.
Nam p penitētiā totaliter delentur ꝛ extinguitur
peccatū qd diabolus persuasit: ꝛ cōseruatur nō so
lum anima: sed etiā corpus vt ille vltra possit be-
ne operari: ꝛ opa misericordie exercere: ꝛ ,p defun
cto quem occidit semp orare: ꝛ filijs eius subueni
re ꝛc. Punitio aūt secularis extinguit substātiaꝫ
ꝛ quādoqꝫ nō extinguit peccatū: ꝛ aufert locū ꝛ tē
pus bn̄ operandi. Et sic non satisfacit proximo.
Item penitētia est magis vtilis proximo ꝛ reipu-
blice ꝙ punitio legalis legis veteris. Nā illa mu
tilabat membrum: scꝫ oculū aut manum delinquē
tis: de quo nulla vtilitas ,pueniebat leso: nec satis
faciebat iniuriā passo: sꝫ penitētia nō aufert mē-
brum corporale vt ille possit satisfacere leso opi-
bus manuū suarū: aut vt restituat ablatum. Et sic
penitētia nō solū est magis vtilis iniuriā passo:
sed etiam toti reipublice: inquantū nō vult mortē
peccatoris: sꝫ vt conuertatur ꝛ viuat: ꝛ seruiat deo ꝛ
,psit ,primo. Et sic cōplures criminosos nouimus
per penitētiā liberatos: qui ardentius seruierūt
deo ꝛ reipublice perutiles steterunt post actā pe
nitētiā. Ex quibus patet ꝙ gladius penitentialis
multo pfectior ꝛ vtilior est ꝙ gladius secularis pu
nitionis. Ideo xp̄s qui in primo sui aduētu venit
tanꝙ vniuersalis redēptor ꝛ totius generis huma
ni reparator: noluit vti gladio seculari: sꝫ peniten
tiali ꝛ salubriori. Nec ex hoc ,phibuit nec impedi-
uit gladium iudicialē secularis punitionis: quem
principibus seculi ante tanꝙ deꝰ cōmiserat: nec ī
vtēdo gladio penitentiali destruxit pcepta iudi-
cialia veteris legis: immo declarauit illa inquan
tum figurabāt punitiones penitētiales legis euā
gelice. Et sic patet ignorantia ꝛ impudētia ipsiꝰ
rabi moyses: qui ignorās sacramētū penitētie re
prehēdit xp̄m putās ꝙ xp̄s remittēdo peccatores
ad pniam relinquebat eos impunitos: cū punitio
penitētialis sit multo perfectior ꝛ magis satisfa-
ciēs deo ꝛ ,primo: ꝛ magis iustificans delinquen-
tē ꝛ magis vtilis reipublice. Ex quibꝰ omnibꝰ pꝫ
ꝙ xp̄s nō fuit cōtrarius nec dissipator legis moy
si: immo fuit cōseruator ꝛ instaurator: qꝛ primo ob
seruauit eā litteral'r. Scdo declarauit eam doctri
nal'r ꝛ spiritual'r verū sensum ꝛ intelligētiam ostē
dēdo. Tertio verificauit legem ꝛ prophetas in se
real'r ꝛ exemplariter: qꝛ omnia que erāt in lege fi
gurata ꝛ in prophetis vaticinata: in sua passione
ꝛ resurrectione cōpleuit ꝛ cōsummauit: vt pꝫ per
discursum euangeliū. Ex quibꝰ etiā pꝫ ꝙ sicut lex
moysi erat ab illo pp'lo litteral'r obseruanda: ita p
xp̄m erat spiritual'r declaranda in suo aduentu ꝛ
per ipsum quo ad officium litterale terminanda ꝛ
abolēda. Et sicut ille pp'ls erat obligatus ad ob-
seruandā illam legē litteraliter sub cōminatione
illarū penaꝝ ꝛ maledictionū. Ita pariter erit obli
gatus ad audiēdā declarationē legis faciēdā per
xp̄m: ꝛ ad credēdū ꝛ obediēdū ipsi: ꝛ hoc sub eadē
cōminatione: ꝛ per ꝯñs erat obligatus ad seruan
dam legē spiritualiter fm declarationē faciēdā p
christū. Et sic non obligabātur ad seruandā legē
litteraliter nisi vsqꝫ ad declarationē faciēdaꝫ per
xp̄m. Et sic p consequēs pꝫ etiā ꝙ postꝙ lex moy
si est iam declarata: ꝛ litterale officiū est iam ter-
minatū ꝛ abolitū p passionē xp̄i: ꝛ veritas legis
est iam promulgata in euangelio: ꝛ cerimonialia
officia sunt iam prohibita tanꝙ mortua: sequitur
ꝙ veritas euangelica est seruāda tanꝙ salubris
ꝛ cerimonialia vitanda ꝛ execrāda tanꝙ mortife-
ra. Et in hoc lex moysi nō destruit nec violat: imo
verificatur ꝛ statuitur et ratificat ꝛ obseruat. Et
per hoc pꝫ miserabilis cecitas iudeorū. ¶ Quan
tum ad scdm articulū est notādū ꝙ sicut lex moy-
si non erat mere carnalis: sꝫ principaliter spūalis
ratione finis: prout dictū est: ita pariter promisit
messiam ꝛ redēptorē spiritualē ꝛ nō carnaliter: sꝫ
spiritualiter viuentē. Et sic in suo officio nō debe-
bat esse carnalis sꝫ spūalis. Et per ꝯñs spirituali
ter debebat opari in suo officio: ꝛ spiritualia bona
ꝛ nō carnalia ,pcedere. Et ideo est aduertendū fm
oēs ,pphetas ꝙ xp̄s messias in lege promissus se
ptem erat principaliter inter ceteras facturꝰ. Nā
primo erat in scdm tēplū vēturus. Scdo erat legē
nouā ꝛ pfectam ꝛ vniuersalē ꝛ cōmunē oībus gen
tibus ꝛ natiōibus daturus. Tertio erat pro omni
bus moriturus: ꝛ oēs a pctō per mortē suam libe-
raturus. Quarto erat resurrecturꝰ: ꝛ post resurre-
ctionē vniuersaliter regnaturus in celo ꝛ in terra
et in inferno. Quinto debebat mittere suos disci-
pulos et iudeis cōuersos p totū orbē: qui totū po-
pulum gentilē debebant xp̄o subijcere ꝛ oīa idola
delere: ꝛ diabolū ex hoc mundo eijcere. Sexto de
bebat populū iudaicū incredulū ꝛ obstinatū dissi-
pare: ꝛ in ppetuam captiuitatē destinare ꝛ subige
re. Septimo in fine mundi in scdo suo aduētu et
finali iudicio suos fideles in corpore ꝛ anima glo
rificare ꝛ felicitare. ¶ Sed primū: scꝫ ꝙ messias
erat vēturus in secūdo tēplo probatur. ¶ Ad cu-
ius intellectū est aduertēdum ꝙ quattuor prophe
te fuerunt concitatores ad edificandū scdm tem-
plum: scilꝫ Daniel: Aggeus: zacharias: ꝛ Mala-
chias. Ideo oēs isti quattuor clare ꝛ manifeste
predixerunt ꝛ prophetarūt qualiter xp̄s messias
erat vēturus ad illud scdm tēplum ꝛ daturus legē
euangelicā: ꝛ moriturus. Et quo illa ciuitas scda
simul cum tēplo ꝛ sacerdotio erat distruēda: pro-
pter pctm mortis christi. Et quo noua ciuitas hie-
rusalē erat p christū edificāda: ꝛ p totū orbē diffu
sa. Et hoc probatur Danielis. ix. vbi dicit angelus
danieli. Scito et animaduerte ab exitu sermonis
vt iterum edificetur hierusalē vsqꝫ ad christū du-
cem ꝛc. Itē Aggei. ij. Adhuc modicū est ꝛ ego mo
uebo celum ꝛ terram ꝛ mare et aridam ꝛ mouebo
oēs gētes: ꝛ veniet desideratus cunctis gētibus:
ꝛ implebo domū istam gloria: dicit dñs exercituū.
Meū est argētū ꝛ meum est aurū dicit dñs exer-
cituū. Magna erit gloria istius domus nouissime

Secundus articulus.

Christꝰ erat. vij. facturꝰ.

Christꝰ erat ī secundū tēplum vēturus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deute. xviij. Ex quib? p3 q̄ illa desponsatio nō fuit facta ꝙ verba de ꝑsona in ꝑsentia sponsi ꝙ ꝙ verba de futuro in absentia sponsi ꝙ Moysen tanq̄ ꝙ procuratorē xpi futuri. Et ꝙ ꝛs illa desponsatio nunq̄ fuit cōfirmata nisi ꝙ ꝑsentiā xpi: qui ꝙ verba de ꝑsona familiariter locut⁹ est illi plebi: ⁊ desponsauit sibi ipsam declarādo legē et ꝓphetas. Jtem sequitur 2cōo q̄ simul cū lege data fuit ꝓmissus xps interpres⁊ declarator legis in mōte sinay. Jtē sequitur tertio ꝙ sub eadē pena qua se obligauit tot? ille ꝑplus ad obseruandū legē dei datā in monte sinay: sub eadē pena se obligauit ad audiendū ⁊ sequendū christū in suo aduentu tanq̄ verū interpretem⁊ declaratorē legis⁊ ꝓphetaꝝ ꝙ hoc q̄ dixit. Qui ꝑba q̄ loquet⁹ audire noluerit: vlt⁹ existā ⁊c. Quia simul cū lege fuit ꝓmissus xps de⁹ incarnatus intrepres⁊ declarator legis. Sed ꝑ posset aliquis instare dicēs: q̄ promisso hui? ꝓphete nō facta est in mōte sinay simul cū datōe legis: ſz in clpe tribus Moab cū Moyses resumeret legē vt p3 Deute. xviij. Ad ꝑ rñdet q̄ si bene ⁊ distincte volumus attendere ꝑba Moysi Deute. xviij. videbim⁹ manifeste qualr de⁹ promisit illū ꝓphetā in monte oreb simul cū datōe legis. vnde ait Moyses ad ꝑplm ꝓphetā de gēte tua ⁊ de fratrib⁹ tuis sicut me suscitabit tibi dñs. ipm audies vt petisti a dño deo tuo in mōte oreb. qñ concio cōgregata ē. atq̄ dixisti. vltra nō audiā vocē dñi mei ⁊ ignem hñc maximū ampli? nō videbo. ne moriar. et ait dñs mihi. Bene ola sunt locuti. ꝓphetā suscitabo eis de medio fratrū suoꝝ simile tui ⁊c. Ex quibus p3 q̄ ista promissio de xpo futuro facta est in monte oreb simul cū datōe legis: q̄z ls moyses omiserit scribere vllā promissionē Exo. ij. tñ supplendo explicat ipsam Deute. xviij. vbi repetunt ea q̄ ibi dicta sunt ⁊ supplentur ea q̄ ibi fuerūt omissa. Ex quo p3 q̄ in datōe legis facta fuit desponsatio dei cū illa plebe in persona olim successoꝝ. ⁊ ꝙ dōs illa desponsatio facta fuit ꝙ ꝛba de futuro in absentia sponsi. ⁊ ideo nō poterat ꝓfirmari nisi per ei⁹ ꝑsentiā. ⁊ per incarnationē sponsi q̄ in ore ad os erat ꝑplo familiariter locutur⁹: ⁊ legem ⁊ ꝓphetas declaraturus: et sponsalia cōfirmatur⁹ ⁊ cōpleturus. vñ sicut per mortem ⁊ sanguinē erat testamentū cōfirmaturus ita per ꝑsentiā erat sponsalia cōpletur⁹. Et hoc est osculū ꝑsentie sponsi qō petit sponsa dicēs. Osculet me osculo oris sui ⁊c. Jtem qz nō solū illa plebs israelitica ſm carnē erat christū suscepturа ⁊ sibi desponsanda in aduentu suo: sed etiā plebs gentilis. Jdeo desponsatio christi ⁊ ecclie nō solū fuit manifesta ⁊ facta in ꝑplo israelitico carnali: sed etiā in ꝑplo gentili. nam Melchisedech rex Salem q̄ erat de ꝑplo gentili tanq̄ sacerdos dei altissimi in fide christi futuri obtulit panē et vinū deo pro abrāa in toto corpore mystico. vt p3 Gene. xiiij. Jtem Job nō de genere Jacob: ſz de Esau expectauit xpm in carne venturū cū dixit. Credo ꝙ redēptor meus ⁊ſtat et in carne mea videbo deū salutarē meū ⁊c. Job. xix. Jtem multi de ꝑplo gentili exierūt de egypto et iuncti sunt cū filijs israel ⁊ ceperūt legē simul cum eis. Jtem Ruth moabita de ꝑplo gētili exiuit de terra ⁊ cognatiōe sua ⁊ iuncta est ꝑplo israelitico dicēs. Popul⁹ tuus ꝑplus me⁹ ⁊c. Et sic in ꝑsona ⁊ figura totius ꝑpli gentilis ad fidē xpi venturi fuit xpo desponsata. Jtem ista desponsatio fuit magis explicita et manifestata in 2do cui facta ē de xpo multiplr repromissio vt p3. ij. Re. vij. ⁊ j. Parali. j. ⁊ p totū librū psalmoꝝ. Jtē ista desponsatio incarnationis ⁊ xpi et ecclie iā fuit magis explicita in Esa. et Hiere. ⁊ ceteris prophetis: qb? facta fuit reuelatio. ⁊ maxle in danele cui nō solū misteriū incarnationis ⁊ passiōis xpi fuit reuelatū: ſz etiā loc⁹ ⁊ tps vt p3 Dañ. ix. Ultimo aūt de propinquo ista desponsatio facta fuit ⁊ manifestata ipsi zacharie cui dictū ē ab angelo: ⁊ respondita est oko tua. Luc. j. Jtē fuit facta et reuelata ipsi symeoni q̄ rñsum accepat a spiritu sancto nō vsurū se mortem nisi prius videret xpm dñi. Luc. ij. Sz pre ceteris clarj? fuit reuelata talis desponsatio ipsi ⁊gini marie ꝙ mlras epyphanias ⁊ reuelatiōe añ diē incarnatiōis: ſz ignoraret ꝑsonā de qua esset filj? dei carnē assumptur⁹. qz solū hoc didicit ꝙ go Maria experimētaliter qñ gabriel angel⁹ fuit ad eā missus dicēs. Aue maria gr̄a plena. ⁊c. Luc. j. Vñ ls ante nō ignoraret futurū misteriū incarnatiōis: ⁊ ignorabat modū⁊ ꝑsonā. put ipsa rñdens ang̃elo dixit. Quō fiet istud ⁊c. ℂ ℂ Ex toto supradicto discursu sequit̄ ꝓmo. ꝙ tota eccla fidelium ab adam vsq̄ ad virginē mariā inclusiue fuit desponsata xpo futuro ꝙ fidē. Secōo sequit̄ ꝙ talis desponsatio nō fuit facta ꝙ verba de ꝑsenti: ſz ꝙverba de futuro: qz sicut xps nondū erat incarnat⁹ nec ꝓmissus de ꝑsenti ſz de futuro. Jta ꝓmittebat ipm recipere in suo aduētu. vñ ls fides xpi esset eis habitualiter ⁊ actualr p̄sentiā et⁹ obiectū erat futurū: iō sub tali fide ⁊ spe iustificabant⁹ ⁊ saluabant⁹. Tertio sequitur ꝙ tal⁹ desponsatio nō fuit facta illis ꝑsonis⁹ ⁊ fidelib⁹ ꝑsonalr ⁊ modū ꝑsone p̄sentis: ſz ꝙ ꝓcuratorē et ꝙ modū ꝑsone absentis. Sicut mlte mulieres qñq̄ desponsant alicui viro absenti ꝙ ꝓcuratorē: q̄ ꝛdem desponsatio ꝛfirmat⁹ postea ꝙ p̄sentiā sponsi: qñq̄ ꝑsonalr ⁊ p̄sentialr videt sponsus: ⁊ ꝑsonalr recepit est⁹ osculat⁹ ab eo. Jta q̄ silr mō factū est i illa desponsatiōe eccle. ve. te. Illā nullⁱ eoꝝ potuit essentialr deū videre nec locut⁹ ē cū deo nisi ꝙ substantiā mediā ⁊ ꝙ angelū representātē deū: vt ait Aug. sup Gen. Ad ℂ ℂ Et si d: q̄ moyses loq̄bat deo facie ad faciem. Exo. xxxiij. dicendū ꝙ ibi nō sumit⁹ facies ꝙ diuina essentia: q̄z talis visio facialis fuit negata ipsi moysi: vt p3 ibidē: ſz sumit⁹ ibi facies equiuoce ꝙ angelo ꝙ quē de⁹ loquebat: ⁊ in quo de⁹ tanq̄ in facie ⁊ ꝙ faciē repntabat ⁊ nosebat: vt ait Aug. ij. de trinitate. c. xvij. nam de⁹ ꝙ angelos loquebat⁊ dedit legez moysi vt ait apls ad Heb. j. ⁊ dūs Stephan⁹ Act. vij. Quō aūt intelligit̄ q̄ moyses vidit deus facie ad faciē: iam declaratū est in ꝓlogo libri psalmoꝝ tractatu. ij. Nunc aūt sufficit scire q̄ fideles ve. test. nō viderūt christū nisi ꝙ fidē ⁊ ꝙ figuras ⁊ ꝙ promissiones ⁊ reuelatiōes. et tanq̄ venturo ꝓmiserūt fidē ipsi. ⁊ in eius futuro aduētu ꝓmiserūt ipsum recipere. et sic tanq̄ futurū ꝓmittebat ipm recipere. Et sic iam exhibebāt ipi latriā seruitutē ꝙ figuras sacrificioꝝ. et sic ꝛs q̄ illa desponsatio erat ꝙ modū verboꝝ de futuro: ⁊ ꝙ modū ꝓcuratoris: qz mediātib⁹ angelis: ⁊ ꝙ modū ꝑsone absentis. Tertio sequitur q̄ ipso magis tardabat venire xpo: tāto magis crescebat desiderium illi⁹ sponse videndi ꝑsonaliter ⁊

Universidad de Deusto
Biblioteca

pñtialiter sponsum suū xp̃m: ⁊ sic vehemẽtius deside-
rabat accelerari nectu spõsi: vt eã repararet et
liberaret de manib⁹ inimicor: ⁊ eã sanaret: ⁊ nobili-
ori vesti. diversar gratiar ornaret ⁊ decoraret: ⁊ sa-
cris amplexib⁹ eo⁹ frueret: ⁊ osculis eius cõsolaret.
Hoc ḡ desiderii huius spõse ⁊ has petitiões expli-
cat ⁊ cantat spõsa i hac prima pte huj⁹ primi cãtici
Salomonis in pson olim fideliũ vete. te. cũ dicit.
Osculet me osculo oris sui. ℣ In quo cãtico se-
cũdo petit ista spõsa ab ipo sponso. Nam primo petit
pñtialiter ⁊ psonaliter p incarnationẽ osculari. Se-
cũdo petit trahi a spõso p psonalẽ pdicationẽ ⁊ vi-
te sc̃itatẽ. Tertio petit in thalamũ spõsi introduci.
Quarto plebs gẽtilis petit cũ plebe israelitica in
aduẽtu spõsi sociari. Quinto petit a nigredine ido-
latrie dealbari. Sexto petit pasci pabulo sacror⁹ et
fidei articulor⁹. Septio petit subumbra spõsi ḡsce-
re ⁊ ptegi. Scda ibi. Trahe me post te. Tertia ibi.
Introduxit me rex i cellaria sua. Quarto ⁊ Quinta
ibi. Nigra sum ſz formosa. Sexta ⁊ Septima ibi. In-
dica mihi quẽ diligit ala mea. ℣ Quãtũ ḡ ad pri-
mũ est aduertẽdũ ꝙ osculũ dicit quãdam vnionẽ:
ſz q: xp̃s quadrupliciter erat nobis vnẽdus. s. per
incarnationẽ ⁊ p̃ suersationẽ ⁊ familiarẽ doctrinã:
⁊ p mysticã incorporationẽz: ⁊ p glificationẽ: put p-
missum erat in ve. test. Ideo spõsa hoc quadruplex
osculũ petit a xp̃o spõso. Et quadruplici osculo pe-
tit osculari. s. osculo incarnatiõis. Scõo osculo eũ-
gelice doctrine ⁊ familiar⁹ suersatiõis. Tertio oscu-
lo mystice incorporatiõis ⁊ redemptionis. Quarto
osculo glificationis. Q: ergo vt supradictũ est ista
spõsa p multas repromissiões fuerat xp̃o p̃ pcura-
tores ⁊ vba de futuro in ve. te. despõsata p lõgam
moꝛã ⁊ discursum tp̃is spõsum suũ xp̃m expectaue-
rat. Jõ cõfracta lõga mora desiderãs p̃ntiam spõsi
petit ab eo p̃ntialiter ⁊ psonaliter osculari: ⁊ posi-
ta in tali contẽplatiõe dicit intra se. Vtinã spõsus
meus xp̃s osculet̃ me osculo oris sui p vba de p̃nti:
⁊ psonalr ⁊ p̃ntialr p scip̃m: ⁊ nõ p pcuratores: sed
loquat ipe mihi p se: ⁊ nõ p Moysen ⁊ p pharchas
⁊ pphetas: nec p angelos sicut locut⁹ est in toto ve
teri test. Sz veniat ipse psonaliter in carnẽ: ⁊ oscule
tur me primo illo osculo incarnatiõis ⁊ accipiat car-
nẽ de mea gnatiõe: sicut p̃misit in pncipio ipi Ade
qñ eiecit ip̃m de paradiso: et sicut p̃misit Noe p sig-
nũ arcus federis Gen. viij. ⁊ sicut p̃misit Abrae
Gen. xv. ⁊ xxij. dicẽs. In semine tuo bñdicẽtur oẽs
gẽtes. Itẽ osculet̃ me illo osculo incarnatiõis qõ pe-
tiuit Jsaac in pson Jacob qñ dixit. Da mihi oscu-
lũ fili mi Gen. xxvj. Et sicut p̃misit ipi Jacob Ge
ne. xxviij. p visionẽ scale: ⁊ Gen. xxxij. qñ luctat⁹ est
cũ angelo. Itẽ osculet̃ me illo osculo incarnatiõis qõ
p̃misit ipi Dõ. ij. Re. xij. dicẽs. Suscitabo semẽ tuũ
post te egredie⁹ de vtero tuo. Et stabilia regnũ eo⁹
ineternũ: ⁊ ille erit mihi in filiũ: ⁊ ego ero illi in pa-
trẽ. Itẽ psal. lxxxviij. Semel iurani David: ⁊ nõ mẽ
tiar: semẽ eo⁹ ineternũ manebit. Itẽ psal. cxxxi. De
fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ tuã ꝛc. Itẽ Esa. vij.
Ecce vgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vocabit̃ nomẽ eo⁹
emanuel ꝛc. Itẽ Piere. xxxj. Magnũ faciet dñs sup
terrã: femina circãdabit virũ. Itẽ zacha. ij. Ego ipse
veniã et habitabo in medio vr̃i ꝛc. Itẽ sponsus me⁹
nõ solũ osculet̃ me osculo incarnatiõis: ſz etiã oscu-

lo familiaris predicationis ⁊ legis eũgelice dictio-
nis: sicut de⁹ promisit Moysi. Deut. xviij. dicẽs: p-
phetam suscitabo de medio fratrũ similẽ tui in bu-
manitate: ⁊ ponã verba mea in ore eius loquenturq;
ad eos omĩa que dixero illi. Item osculetur me illo
osculo doctrine euangelice de quo dixit Esaye. ij.
Venite ascendam⁹ ad mõtem domini ⁊ ad domum
dei iacob: ⁊ docebit nos vias suas ⁊ ambulabimus
in semitis suis q: de syõ exibit lex ⁊ vbũ dñi de hie
rusalẽ. Itẽ Esa. liij. Propter hoc sciet ppl⁹ meus nomẽ
meũ in die illa: q: ego ꝙ loquebar ecce adsum ꝛc. q:
oculo ad oculũ me videbũt ꝛc. Item Hie. xxxi. Da-
bo legẽ meã in cordib⁹ eoꝝ ⁊ in visceribus eoꝝ scribã eam ꝛc. Item nõ solũ osculet̃ me osculo incarna-
tionis ⁊ eũgelice doctrine: sed etiã osculo redem-
põis faciendo me participẽ sue passiõis sicut primi
fit ipi abrãe in sacrificio ipius Jsaac qñ dixit Mon
te hoc dñs videbit imolari ꝙ olim⁹ successiue Gen.
xxij. ⁊ sic patet per totũ discursum libri psalmor: ⁊
Esaie. liij. Propter scelus popli mei percussi eũ ꝛc.
Item hoc idem ps̃ per totũ discursum legis: ⁊ pphe
tar. Item nõ solũ osculet̃ me osculo incarnatiõis ⁊
doctrine ⁊ redẽptiõis: ſz etiã osculo glificatiõis et
sue finitõis sicut p̃misit ipi Dauid psal. xc. Protegã
eũ ⁊ glificabo eũ. Item psal. lxxxiij. Beati qui habi
tant in domo tua dñe. Et sic ps̃ qualiter ista spon
sa isto quadruplici osculo petit a spõso suo christo
osculari in suo aduẽtu. s. osculo incarnatiõis: ⁊ eũ-
gelice predicatiõis: ⁊ redẽptiõis: ⁊ glificatiõis. ℣
Et nota ꝙ nõ solũ xp̃s osculat̃ ẽ spõsam suã ec-
clesiã isto q̃druplici osculo ſz etiã p̃ ſz aliter ⁊ alr.
Nã xp̃s filiꝰ dei osculatus ẽ humanã naturã inquantũ ipse
vniuit verbũ suũ illi hũanitati: q: tota trinitas ope
rata est illã bñdictã incarnationẽ. Et sic illud ver-
bũ eternũ ō: osculũ oris p̃ri: q: est eterna sapiẽtia
q̃ ex ore altissimi pdiit. et sic ps̃ p illud verbũ ⁊ oscu
lum oris sui osculat⁹ est humanã naturã. Et p illud
met verbũ ⁊ osculũ pater nobis locutus est: ⁊ dedit
legẽ euangelicã: ⁊ redemit ⁊ glorificauit nos: ⁊ sibi
nos reconciliauit. Et ipe xp̃s ō: osculũ patris ⁊ oscu
lum inter nos ⁊ patrẽ: q: nos per gram et adoptio
nem patri reconciliauit ⁊ reuniuit. Hoc ergo osculo
oris p̃ris. s. verbo eterno ista sponsa petit osculari.
Item petit osculari per humanitatẽ xp̃i p quã no-
bis fuit vnitus: et per quã nobis predicauit: et per
quã nos redemit xp̃s: ⁊ patri reconciliauit: ⁊ vltimo
nos glorificabit. Ideo prudẽs lector cõtempletur
hoc quadruplex osculũ: quo tam pater ꝙ filius: licꝫ
nõ eodem modo osculat⁹ est sponsam suã. Referen
do ergo ad patrẽ: est iste sensus: vtinã pater oscule
turꝫne osculo oris sui. s. mittendo verbũ qõ ꝓcedit
de ore suo ⁊ de tota substãtia sua: qõ verbũ sumat
carnẽ in vnitate suppositi de mea gnatõe ⁊ natura.
Per quẽ filiũ me doceat ⁊ mihi loquat: ⁊ me sibi re-
conciliet: ⁊ glificet. Referendo aũt ad filiũ: sensus est
iste. vtinã filius dei spõsus meus veniat in carnẽ et
osculetur me osculo. s. doctrina eũgelica oris sui ⁊
psonaliter in humanitate loquat mihi ⁊ me reconci
liet sibi et patri per mortem ⁊ passionẽ: ⁊ glorificet
me p resurrectionem. Quarto ergo petit spõsa

per tale osculum scilicet vniri deo per incarnatio
nẽ ⁊ doceri p psonalem predicationẽ: ⁊ reconciliari
p mortẽ ⁊ passionẽ: ⁊ glorificari p resurrectionẽ. Q:
istis quattuor modis deus osculatu⁹ est nos et vni
uit nos sibi. Et ideo xp̃s inquãtũ assũpsit carnẽ ex
humana natura ⁊ ex ista gnatione vocat eã matrẽ
sed in quãtum docuit eã: vocat eã filiã: ſz inquantũ
redemit eã: vniuit eã sibi p fidẽ i vnitatem mystica
vocat eã spõsã: ⁊ etiã inquãtum vniuit eã p gloriaz.
Ista ergo sponsa dicit: vtinã osculetur me sponsus
meus xp̃s mihi promissus osculo oris sui: eo modo
quo dictũ est. Deinde sponsa conuersa ad sponsum
elloquit eũ apostrophãdo dicẽs. Meliora sunt vbe
ra tua vino: quasi dicat. ideo desidero osculari oscu
lo oris tui. o xp̃e sponse: q: meliora sunt vbera tua
vino. ℣ Ad cuius intellectũ est notandũ ꝙ cum
totus iste liber sit metaphoric⁹ ⁊ parabolicus. sicut
Salomõ vsurpat vocabula rerũ tẽporaliũ transfe-
rẽdo ad spiritualia: ita etiã transfert partes sex⁹ fe
minini ad masculinũ p quandã similitudinẽ. Et sic
vbera ꝰ ptinẽt ad mulieres attribuit xp̃o p quan
dã similitudinẽ mã sicut mulier nutrit filiũ duplici
vbere ⁊ lacte materiali: ita xp̃s nutrit eccl̃iã dupli
ci vbere ⁊ lacte: scilicet lacte doctrine articulor: ⁊ la
cte gratie sacramẽtor eccl̃iasticor. Sed quia ista
duo vbera boc duplici lacte nõ solũ nutriunt ⁊ refi-
ciunt spiritualiter sponsam ⁊ oẽs fideles sed etiam
inebriãt eã in amore spõsi ⁊ delectãt in odore vtutũ
Ideo pparat ea vino. Ideo dicit: O spõse ideo peto
osculari psonalit ⁊ p̃ntialiter osculo oris tui: quia
vbera tua emittẽtia lac doctrine fidei articulor⁹ et
gratie sacramentor: meliora sunt oĩ vino: quia ma-
gis inebriant fideles in amore tui ꝙ vinũ materia-
le inebriat boles q: transformãt fideles amãtes in
deũ amatũ ⁊ desideratũ: se ⁊ mundũ oblitos: q: anima magis vbi amat: ꝙ vbi animat: ⁊ informat
Ideo vbera tua meliora ⁊ fortiora sunt ad ꝓinebrian
dum: ꝙ vinum materiale. Et nõ solũ ista duo vbera
tua sunt meliora vino ad inebriandũ i amore tuo:
sed etiã sunt magis fragantia ⁊ fragantiora vnguẽ
tis optimis: eo ꝙ docent omnẽ virtutẽ ⁊ ꝓhibent
omne vitiũ: ⁊ extingunt omne peccatũ. Quib⁹ vir
tutibus fideles redolẽt inter oẽs nationes ⁊ popu
los: magꝭ ꝙ vnguẽta aromatica materialia. Et sic
verba tua nutriunt et inebriant et redolent ⁊ dele
ctant. Et nomen tuũ est pretiosissimũ: odoriferũ si
cut oleũ aromaticũ effusum ꝛc. ℣ Ad cuius in-
tellectũ est notãdũ: ꝙ ex myrrha ⁊ cinamomo ⁊ nar
do ⁊ balsamo: ceteris aromatib⁹ fit: ⁊ cõficit quod-
dã oleũ aromaticũ lõge pretiosissimũ. Est enim primo
valde odoriferũ ⁊ delectabile ex compositione om-
nium istorum aromatũ: et est valde penetratiuum
ratõe balsami: ⁊ valde attractiuũ ratõe nardi ⁊ ab
oĩ corruptiõe pseruatiuũ ⁊ etiã curatiuũ rõne myr
rhe: qõ quidẽ oleũ quãto magis diffunditur tãto ma
gis opat ⁊ penetrat ⁊ trahit ⁊ delectat. Ita ḡ pro-
prie ista pson̄a xp̃i cõfecta ex trib⁹ aromatib⁹ sc̃z
ex verbo diuino ⁊ alia rationali ⁊ carne: ꝙ quidẽ pso
na xp̃i ẽ nomẽ dei significatũ p illas quattuor lit-
teras veter⁹ testamẽti prout dictũ fuit psalmo. viij.
Et significatũ p istud nomẽ Jesus noui testamẽti il
lud ꝓfecto nomẽ dei. s. vbũ incarnatũ ⁊ hũanatũ dif
fusum p totũ mũdũ fuit penetratiuũ ⁊ pseruatiuũ
⁊ sanatiuũ ⁊ odoriferũ: sicut oleũ aromaticũ effusum
sup capita regũ ⁊ sacerdotũ. ℣ Illã p̃cio illo no
mẽ pseruauit virginẽ matrẽ suã ab oĩ culpa: tã ori-
ginali ꝙ veniali ꝙ actuali ſz oẽs alios fideles sana
uit et curauit ab originali: ſz quodã pseruauit ab
actuali: ſz oẽs alios sanauit ⁊ curauit ab originali ⁊
venali ⁊ actuali. Et sicillud nomẽ fuit pseruatiuũ
⁊ curatiuũ. Fuit ẽt penetratiuũ q: totũ mũdũ pene
tranit. et fuit attractiuũ q: ola trahit ad scip̃z: ⁊ to
tũ ppl⁹ gẽtile ad fidẽ ꝙ apl⁹ conuertit. Et fuit odo
riferũ ⁊ delectabile: q: oẽs ꝙgines ⁊ viri cõtẽplati-
ui currebãt i odorẽ eius sanctitatis: ⁊ vtutũ. Et fuit
inebriatiuũ: q: martyres illo nole icto inebriati sue
vite corporis ⁊ huj⁹ mũdi obliti ⁊ i xp̃m trãsforma
ti diri tormẽtis sua corpora tradiderũt. et ideo di-
cit spõsa: o xp̃e spõse ideo desidero osculari osculo
oris tui: q: nõ solũ vbera tua sunt meliora vino ad
inebriãdũ: ⁊ magis fragãtis vnguẽtis optimis ad
delectãdũ ſz etiã q: nomẽ tuũ ẽ suauissimũ ⁊ pene-
tratiuũ ⁊ pseruatiuum ⁊ sanatiuũ ⁊ lenitiuũ ⁊ ar-
tractiuũ ⁊ odoriferũ. sic oleũ aromaticũ effusũ sup
capita regũ ⁊ sacerdotũ ⁊ sup infirmos ⁊ sup capi-
ta amãtiũ. Et ideo adolescentule. i. plebes et ppls
gẽtilis nouit dilexer⁹ ⁊ secute sũt ꝛc. ℣ Itẽ p ista
duo vbera xp̃i p̃nt intelligi duo testamẽta. s. vet⁹
⁊ nouũ: a quib⁹ eccl̃ia spõsa xp̃i ingit sũggit lac do
ctrine salutis. Itẽ multi solũ pvbera xp̃i intelligũt
solã doctrinã eũgelicã: ⁊ pvnũ intelligũt scripturã
ve. te. vt sit sensus. s. ꝙ melꝰ est lac noui testamẽti
ꝙ scripturꝫ vinaria cerimoniar⁹ ve. te. sed hoc vide
impropriũ dictũ. Nã scriptura ve. te. nunq̃ fuit dic-
ta vinũ ſz vinea: que nunq̃ fuit matura: nec, ptulit
vinũ nisi p xp̃m l no. re. Et sic doctrina xp̃i eũgeli-
ca nõ solũ ō: lac sed etiã vinũ: vt patuit per totam
expositionẽ libri psalmor: ⁊ parebit etiã inferi⁹ cã
tico sexto vbi dicet xp̃s. Bibi vinũ cũ lacte meo: in-
ebriamini amici ꝛc. Sic ergo doctrina xp̃i non solũ
ō: lac delectabile ⁊ nutritiuũ: ſz ẽt vinũ lebriatiuũ
⁊ vnguentũ odoriferũ. Et nomẽ eius ō: oleum aro
maticũ effusum per totũ mũdũ. In cui⁹ vtute apli
demonia eiecerũt: ⁊ serpẽtes potẽ extinxerũt: ve
nena mortifera nõ eis nocuerũt. et idolis ominut⁹
⁊ principe huius mũdi foras electo: oẽs reges: ⁊ im
peratores cum ppło gentili iugo fidei subiecerũt.
℣ Est tñ aduertẽdũ ꝙ inter cetera que reddunt
materiã hui⁹ libri difficilẽ ad exponẽdũ ⁊ intelligẽ
dũ ⁊ diuersitas trãslationũ: q: i multꝭ nra trãslatio
differt a lra hebraica: vñ vbi nra trãslatio hꝫ: oscu-
letur me osculo oris sui: q: meliora sunt vbera tua
ꝛc. lra hebraica modo pñctuata hꝫ sic. Vtinã oscula
ret me osculo oris sui: q: meliores sũt amores tui
odoramẽtis optimis sicut oleũ effusũ nomẽ tuum:
ideo domicelle dilexer⁹ ꝛc. Que q̃dẽ lra nõ differt
i sniã i hac petitiõe. Que q̃dẽ diuersitas trãslatio
nũ accidit ex equiuocatiõe vocabulor hebraicor̃.
ppter defectũ lrãlium vocaliũ vt dictũ fuit i prologo li
bri psalmor̃ tractatũ. vj. Vñ q: dictio hebraica po-
sita i hoc loco ⁊ equinoca ad vbera ⁊ ad amores: vel
q: vbera maxime trahũt volem ad amorẽ. Ideo nra
trãslatio secuta est vnã significationẽ illi⁹ vocabuli
⁊ magꝭ exprimẽtẽ vitatẽ rei. Vñ sicut pueri ponũt
totũ suũ amorẽ et delectationẽ in vberib⁹ matris
ita fideles i cõtẽplatiõe doctrine xp̃i euãgelice: to

Universidad de Bitra

tius sacre scripture. Itē sicut vinū materiale abundanter ⁊ copiose sumptum inebriati holem trahēs ipm extra se: ita pariter immo multo fortiꝰ ꝓcepla tio doctrie xpi ⁊ ingēs studiū sacre scripture ꝑ xpm declarate extrahit holez extra se, träffomādo ips in amorē xpi sponsi sui. Et ficbene ꝓprie ⁊ accōmoda te doctrīa euāgelicar gratia sacroꝝ ē: vinū inebriantiuꝫ: ⁊ lac nutritiuū exortū ⁊ exhaustū ex vberibꝰ xpi. Et de vnguentū odoriferū ⁊ oleū aromaticū vt magis patebit infra. Et ō aduertat fidelis lector ad ꝓprietates vocabuloꝝ: que parabolice ⁊ metaphorice ponunt i hoc libro. Deinde cū dicit. Trahe me post te ꝛc. ponit scōaz: nam postꝫ explicauit ex posuit causaz sui desiderij ⁊ petiōis. Iquare petiuit osculari psonaliter a spōso: eo ꝙ meliora sunt vbera eius vino ⁊ fragrantia vnguētis optimis ꝛc. Jō in hac secūda petitiōe petit trahi ad amorē spōsi: ⁊ post spōsum per illa vnguēta fragrātia doctrie xpi euāgelice ⁊ p ꝑdicationez ⁊ sanctitatē ei⁹: vt possit suggere lac euāgelicū ⁊ grāz sacroꝝ ex vberibꝰ ei⁹. Et ideo ait: o xpe sponse mi trahe me post te p gratiam ⁊ legē tuā euāgelicā. et oēs fideles curremus in odorē vnguētoꝝ tuoꝝ euāgelicoꝝ: ⁊ i odorē tue bone cōuersationis ⁊ exēpli vite tue ⁊ doctrine et sanctitatis vt simus bonus odor xpi per bonā famā ⁊ sanctitatē. ℣ ¶ Ad cuius intellectū est notādum ꝙ tota iustitia ⁊ ꝑfectio in qua fuit Adā creatus ꝓsistebat in quadā ꝓformitate voluntatis ei⁹ ad diuinā voluntatem: ⁊ sic tota eius sanctitas ⁊ debitus ordo ꝓsistebat in quadā rectitudie ⁊ sub alternatiōe ⁊ obedientia partiū inferioꝝ ad superiorē: ⁊ vniuersaliter sensualitatis ad rōnē. Et isto mō alia ipsius Adā habebat imperiū absolutū supra corꝑ ⁊ ipūs supra carnē. et rō supra sensualitatē. et ideo erat dñs suoꝝ actuuꝫ tā in effectu ꝙ i effectu: eo ꝙ rō trahebat sensualitatē ad libitū suū. ⁊ sps carnē. Et hoc habebāt ⁊ possidebāt primi parētes i ꝑmiū iustitie originalis. Nā intātū ꝓtes inferiores ⁊ oēs alie creature obediebāt eis: ⁊ ipi habebāt liberum imperiū sup eas: inquantū ipi obediebant deo: et fuerūt volūtates eoꝝ cōformes diuine volūtati. ſ qñ ipi peccauerūt ⁊ deuianerūt a diuia volūtate: ilico caro eoꝝ insurrexit aduersus spm: ⁊ sensualitas fuit rebellis ⁊ otradixit rōni: ⁊ fuit corrupta et puersus tot⁹ odor interior ⁊ corrupta natura ⁊ sauciata ⁊ vulnerata in suis potētijs. Et puer⁹ appetit⁹ sensitiu⁹ ⁊ aduersus ab oi bono ⁊ puers⁹ ad oē malū. Et sicut rō trahebat sensualitatē ad se ita ꝑsimilita post lapsuꝫ puersō mō sensualitas vt plurimū attrahit ad se rōnē. Et sic rō mansit subiect⁹ sensualitati ⁊ carni ⁊ mundo ⁊ diabolice suggestiōi Illā postꝫ sensualitas fuit corrupta faciliter trahit a mūdo ⁊ diabolo. et postꝫ rō ꝑdidit sperū supra sensualitatez: faciliter trahit ab ea. et sic trahit sua quēꝫ voluptas: puta ad superbiā: auariciā: luxuriā ⁊ cetera flagitia ⁊ vitia. Nec pōt hō ex ꝓpijs viribꝰ ab his se retrahere: nec eis resistere postꝫ ꝑdidit liberū imperiū: nisi inuenit auxilio dei ⁊ gratia per iesum xpm: quē deus pater constituit mediatorez ⁊ auxiliatorē ⁊ iustificatorē olim holm. Qui erat vērus ad trahēdū ola ad seipm ꝙ odorē vnguentoꝝ suoꝝ euangelicoꝝ. et ideo dicit trahe me post te ꝛc.

¶ Sed ad maiorē euidentiā est notandū ꝙ Aristotelē. x. Metaphisice ꝙ in vnoquo ꝺ genere ē dare vnum qđ est metrū ⁊ mēsura oīum illius generis. Sicut ignis ē in genere calidoꝝ: ⁊ album i genere coloꝝ. Ita ergo parit i genere malorꝝ moralū diabol⁹ tanꝙ metrū: causa persuasiua olm malorꝝ. Ita ergo etiā parit ꝙ oppositū de⁹ pater cōstituit filiū suum xpm deū ⁊ holem vt esset metrū ⁊ mensura: causa effectiua olm bonoꝝ gre ⁊ glie et olm meritoꝝ ⁊ premioꝝ: olm vtutū ⁊ actuū meritoriorꝝ. In quē xpm oēs holes haberent inspicere tanꝙ in exēplar ⁊ speculū olm vtutū: ⁊ tanꝙ ducē ⁊ directorem in via vtutū. Quē oēs iusti debebāt sequi quocunꝙ iret. et sic xps inquātum metrū ⁊ mēsura oīs bonoꝝ gratie ⁊ glie debebat dare oīb⁹ grām ⁊ gloriā psal. lxxxiij. grām ⁊ gliam dabit dñs. ⁊ inquātū dux debebat oēs ducere ⁊ vocare. Sic inquātū exēplar oēs debebāt ipm sequi p imitatiōē in odorē vnguētoꝝ suoꝝ. i. sequēdo ei⁹ sanctitatē ⁊ doctrinā et grām sacroꝝ: ⁊ sic expectabat xps vt eēt collator oīm bonoꝝ: ⁊ dux ⁊ tractor oīm fideliū. Et norma ⁊ regula olm actuū humanoꝝ: postꝙ tota hūana natura fuerat corrupta in Adam. Ut sicut oēs holes antea sequebant fetorē corruptionis quē serpens antiquꝰ insufflauerat in Adam. Ita postea xps traheret oēs ad se vt sequerent odorē sue integritatis et sanctitatis ⁊ doctrine ⁊ vitatis. ⁊ ideo dicit sponsa: o sponse veni: ⁊ osculare me osculo oris tui veniendo in carnē. Et q: vbera tua sunt meliora vino ⁊ fragrantia optimis vnguētis sanctitatis. ⁊ q: nomē tuū est oleū effusum ꝙ mūdi sicut oleū odoriferum. Et nomē tuū est odoriferū sicut oleū aromaticum effusum. ⁊ ideo adolescētule. i. plebs gētilis dilexerūt te recipiendo fidē: adorādo tuā potentiā in miraculis: ⁊ tuā sapientiā in doctrinā. ⁊ tuā sctitatem in vita ⁊ hūilitate ⁊ mīa. Jō trahe me post te. ⁊ oēs curremꝰ in odorē vnguētoꝝ tuoꝝ. ſ. gratie, sacramētoꝝ: ⁊ fidei articuloꝝ ⁊ donoꝝ spūs sci ⁊ oīm aliarū virtutū et bonoꝝ. Itē est aduertēdū ꝙ sicut adā rapiens cibū, ꝓhibitū ex arbore totū gen⁹ humanū traxit ad petrā suā: ita pariter xps ascēdens in arborē crucis ola traxit ad seipm. Joh. iij. Ideo dicit spōsa: trahe me post te ꝛc. ¶ Ad maiorē intelligentiā hui⁹ particule ē notandū. ꝙ decē vnguenta aromatica ⁊ odorifera effudit xpus in suo aduētu: quib⁹ reparauit totū gen⁹ humanū: ⁊ sanauit oēs infirmitates nras: ⁊ restauravit totā ruinā ⁊ defectus nros. Ad quoꝝ vnguētoꝝ odorē cucurrerūt ⁊ currūt oēs fideles cuiuscūqꝫ sexus ⁊ etatis ⁊ cōditionis ⁊ sequunt⁹ agnū quocūqꝫ ierit. Ūn ꝓmo effudit vnguētū fidei. Ad cui⁹ odorē currebāt oēs fideles ve. te. ⁊ currūt oēs xpiani. Secūm vnguētū fuit doctrine ꝓceptoꝝ ⁊ cōsilioꝝ euāgelicoꝝ. Ad cui⁹ odorē currebāt oēs apli ⁊ discipuli ⁊ turbe sequentes xpm. vt ps Matb. xiij. ⁊ p totū discursuꝫ euāgelicū. Tertio effudit vnguentū sanctitatis ⁊ oīm virtutū in exemplū omniū iustorum ad cuius odorem currunt oēs ale iuste ⁊ deuote et oīs status et conditiōes holm puta pueri innupteqꝫ puelle iuuenes et virgines ⁊ senes ⁊ cōtinētes ⁊ vidue imitāte ei⁹ sctitatē. Quarto effudit vnguētū stupēdoꝝ miraculoꝝ sanādo egros ⁊ demoniacos ⁊ suscitando mortuos ꝛc. Ad cui⁹ odorē currebāt multitudo magna languentiū: quia virtus de illo exibat. Et quia ꝙ debāt signa q̄ faciebat sup bis q̄ confirmabant. Joh. vj. Quito effudit vnguentū mortis ⁊ passiōis ⁊ patientie in suis laboribꝰ ⁊ ꝓsecutionibꝰ. Ad cui⁹ odorem currūt oēs petōres vt sanent: ⁊ oēs miserivt cōsolent in suis tribulatiōibꝰ: vt patebit in sexto canonico. Et currebāt oēs martyres: ⁊ currūt oēs afflicti. Sexto effudit vnguentū septē sacramētoꝝ in remissiū oīm spiritualiū infirmatū. Ad cui⁹ odorem currūt oēs fideles cuiuscūqꝫ sexꝰ ⁊ ꝺditionis. Septio effudit vnguentū septē donoꝝ spūscti in die pentecostes sup apłos. vñ receperūt ola dona grāruꝫ et gīa linguarū et intelligentiā sacre scripture ꝛc. Ad cuius odorē currūt oēs doctores: ⁊ vltr oēs xpiani. Octavo effudit vnguentū virtutis nois iesu. qđ est nomē oīpotentie ⁊ sapientie ⁊ misericordie ⁊ salutis ꝙ qđ apli demones effugabāt ⁊ mira signa faciebat ⁊ tandē ola idola deleruit ⁊ totū m orbem fidei ⁊ iugo xpi subiecerūt. Ad cui⁹ odorē currimus oēs indifferēter. Nono ꝓtinue xps effudit vnguentū bonaꝝ inspirationū ⁊ gre actualis ad auxiliandū ⁊ roborandū libeꝝ arbitriū ⁊ ad monēdā voluntatē ad bn agendū ⁊ malū vitādū ⁊ adimplēda diuina ꝓcepta. Ad cui⁹ odorē currit tota hūana natura in adā vitiata ⁊ ifirmata. vt fine patebit. Decimo effudit xps vnguentū glificatiōis ⁊ vltime ꝑfectiōis ꝙ suā resurrectionez gloriosam quā ita cōmunicauit quibusdaz scīs q̄ cū eo resurrexerūt ad gloriā. ⁊ cōmunicauit virgini matri sue: ⁊ cōmunicabit oībus iustis in fine mūdi ꝙ qō vnguentū sanabimur ab oīb⁹ defectib⁹ ⁊ infirmitatib⁹ corꝑalib⁹ ⁊ brificabimur in corꝑe ⁊ aīa. ⁊ recipiem⁹ vltimā ꝑfectionē. Et quib⁹ oībus ptz ꝙ xps est metrū et mensura ⁊ principiū ⁊ fons oīm grāꝝ ⁊ bonoꝝ et ꝑfectionū. Hoc ergo ꝓuidens in spū sponsa veteris testamēti: q: ꝓuidebat qualr xps erat effusurus supradicta decē vnguenta in reparatiōe totī hūane nature lapse: Jō cupiēs trahi ⁊ currere post ista vnguenta dicit. Trahe me post te curremꝰ in odorem vnguētoꝝ tuoꝝ. ℣ ¶ Itē est aduertendū ꝙ sicut de⁹ existēs in archa lignea testi veteris trahebat totū illū ꝓprium ꝙ ocsertū ⁊ totus ille ꝓprius sequebat archā in odorē thimiamatis ⁊ aliorꝝ vnguētoꝝ: ita pariter xps figuratus ꝑ illā archā de⁹ existens i carne ⁊ in archa hūanitatis trahebat populos in odorē sue ꝑdicationis ⁊ sanctitatis ⁊ miraculoꝝ. Hoc ergo ꝓuidēs illa spōsa in spū dicit. Trahe me: o xpe post te. sicut illa archa trahebat, illum populū. Et curremꝰ in odorē vnguētoꝝ: sicut ꝓprius ist⁹ currebat post illā archā ⁊ tabernaculū odoriferus. ℣ ¶ Deinde etiā subdit tertio. Introduxit me rex in cellaria sua. ꝛc. Petit spōsa introduci i thalamū secretoꝝ sponsi sui xpi vt ibi doceat eā ꝓfunda secreta mysteria que latēt sub thalamo ⁊ velo sacre scripture: q: xpm spōsam in thalamū et cellaria sua introduceret: nil aliud est nisi fidelibꝰ suis sacre scripture secreta renelare. Et sic est dicendū ꝙ xps introduxit apłos et doctores. ſ. Augustinū ⁊ hieronymū ⁊ ambrosiū in cellaria ⁊ apothecas secretoꝝ aromatū sacre scripture renelādo eis altissima mysteria. Littera aūt hebraica hꝫ. Introducat me rex in domos secretas suas. Et sic ſra est magis clara: q: ista petitio ē optatiua: ſ frequēter trāslatio. lxx. ponit ꝓteritū ꝓ futuro ⁊ ꝓ optatiuo ꝓpter certitudinē ꝓphetie. vt sepe dictū est in psalmis. Dicit ergo sponsa. Utinā sponsus me introducat me in cellaria sua. i. ad cellas ⁊ cameras secretas sacre scripture ⁊ ad thalamū suū. vbi ipse latet: ⁊ ad cellaria aromatū vbi reponunt ⁊ latēt secreta mysteria no. velata in vete. testa. sub vmbra cerimoniarū. Qz veritas euāgelica latebat sub vmbra ⁊ thalamo ⁊ velo ⁊ cortina illarū cerimoniarū: quā veritatē sponsa desiderabat scire in aduētu sponsi: in quoꝝ intelligentia ⁊ gustu expectebat ⁊ petebat sposa letari cū spōsi ꝺicit subdit. Exultabim⁹ et letabimur in te. q. d. O sponse xpe si tu introduxeris me in cellaria tua reuelādo mihi diuina mysteria ⁊ exhibēdo mihi lac euāgelicū ⁊ vnguēta sacroꝝ tuoꝝ oēs fideles memores vberū tuoꝝ exultabim⁹ corꝑe letabimur mente ⁊ tota aīa in te. suggēdo lac sapiētie ⁊ gre vberū tuoꝝ: qō quidē lac desiderauerūt suggere oīes prīarche ⁊ ꝓphete. Et ō recti ⁊ iusti ⁊ oēs fideles diligunt te sup oē vinū materiale ꝓpter tale lac euangelice doctrine ⁊ gre sacramētoꝝ. Cui lacti null⁹ sapor corꝑalis est comparādus. Et nota ꝙ ly sup vinū pōt etiā ordinari cū ly memores vberū tuorum vt sit sensus. ſ. nos memores vberū tuorū exultabimus ⁊ letabimur i te: sup oīne vinū corꝑale. ⁊ ideo recti ⁊ veraces gustantes lac vberū tuoꝝ diligūt te. Sed miseri ⁊ ceci iudei ⁊ obstinati in sua malicia: q: nolunt gustare lac vberū tuoꝝ ſ currūt post bona tꝫalia. Ideo nō diligūt te manētes in vmbra legis: nō desiderātes intrare in cellaria tua: ⁊ comedētes vinaceū ⁊ amureā ⁊ paleas: a quib⁹ xps exſsit vinū et oleū ⁊ granū euāgelicū. Et repositit in cellario ⁊ horreo suo. vt frequēter in expositiōe psalmoꝝ dictū est. In hac ergo cellaria vini ⁊ olei euangelici et in apothecas aromatū: ⁊ horreū frumēti euāgelici segati a paleis legis petit introduci ista spōsa, vt ibi fruat ⁊ letet cū sponso. ℣ ¶ Ex oīb⁹ ꝫ supradictis ptz ꝙ hic vsqꝫ tris petit spōsa. Primo osculari ꝑ incarnationē ⁊ familiarē doctrinā ⁊ conuersationē et redēptionē ⁊ glificationē. Secōo petit trahi ꝑ predicationē sponsi ⁊ aromata euāgelica. Tertio petit introduci in secretū thalamū ⁊ cellaria sponsi vt cū eo fruamur bonis spūalibus vt patet. Et notanter petit introduci in cellaria spōsi: nō i solum vnū cellariū: eo ꝙ xps sponsus ecclesie hꝫ duo cellaria. ſ. vnū bonoꝝ gratie in hoc seculo: in quo reponuntur bona gre sacramentoꝝ et secreta sacre scripture. Et habet alterū cellariū. ſ. glorie in quo reponūtur ola bona glorie ⁊ fruitiōis ⁊ eterne beatitudinis. ⁊ ideo sponsa petit introduci in hec duo cellaria successiue dicēs. Introducat me rex i cellaria sua. Item etiā dicat sponsa. vtinam introducat me sponsus me⁹ xpus in thalamū suū ⁊ cellaria sua: vt ibi reuelet et doceat me mysteria sacre scripture sicut de⁹ quōdam introduxit moysen in tabernaculū federis ⁊ ibi, loquebant ipi familiariter tanꝙ amicus ad amicū ꝛc. Ex supradictis ptz qualiter sponsa sub quadam metaphora quiqz nobis appellat christum sponsum suū. ¶ Nam ꝓio vocat ipsum osculum dei ꝓpter mysteriū incarnationis: scilicet vnionis humanitatis ad verbū. Secundo vocat ipsum vbera dei inquantū ex eo totus mundus debebat suggere copiam sapientie et lactis euangelici. Tertio vocat ipsum nomen dei. Nā sicut nomen vo

Universidad de ... Biblioteca

cale vel scriptū notificat cōceptum interiorē ⁊ noti
ficat ꝓprietates vniuscuiusq̧ rei: ita xp̄us verbū in-
carnatū notificauit mūdo oīpotentiā ⁊ sapientiam
et iusticiā ⁊ miām dei patris. ꝓut fuit declaratum
psal. viij. Item s̄c̄do vocat ipsum oleū effusū odori
ferū rōne sanctitatis vite ⁊ doctrine que ꝑ predica-
tionē apl̄oꝝ ꝑ totū orbē fuit diffusa. Quīto vocat
ipsum vnguētum aromaticū odoriferū rōne passio
nis ⁊ mīe in q̄tum ꝑ vnguētum sue passionis iram
p̄ris erga nos placauit ⁊ mollificauit: ⁊ vulnera no
stra sanauit ⁊ in ecclesiastica sacramēta odorē ⁊ vtu
tē vnguēti passiōis inspirauit: q̄ quidē ecclesiastica
sacramēta sunt vnguenta passiōis xp̄i: ꝑ que vnguē
ta xp̄s nos trahit ad se ad quoꝝ odorē oēs fideles
ipsum sequunt̄ et in cellaria eius introducunt̄. Ex
quibus oīb⁹ sequit̄ q̄ christ⁹ est principiū ⁊ metruꝫ
et mensura omnium bonorum humane nature.

Nigra sum sed formosa ⁊c.

¶ Hec est quarta pars principalis hui⁹ p̄mi cantici
in qua salomon introducit plebē gentilem petētē
sociari cū plebe israelitica ⁊ fideli: ⁊ simul cū ea reci
pere xp̄m sponsū suū vt ex vtroq̧ ppl̄o fiat vna ec
clesia ⁊ sponsa xp̄i. Ad cui⁹ intellectū est notādum
q̄ licꝫ multi de popl̄o gētili fuerint sociati ppl̄o dei
in veteri testamēto: tñ inter ceteros tres mulieres
sponte fuerūt sociate ppl̄o dei. In quib⁹ precipue
fuit figurata spontanea cōuersio ppl̄i gentilis ad
fidem xp̄i. Et fuerūt figura quō ex cōuersis de po-
pulo iudaico ⁊ gentili debebat fieri vna ecclia sub
vno rege ⁊ capite xp̄o. Quarum p̄ma fuit Thamar.
vñ legit̄ Gen. xxxviij. q̄ post vēditionē ioseph iu-
das descēdens a fratrib⁹ suis venit in canaā. Et ibi
diuertit ad odolamitā: et vidit ibi filiā hois cana-
nei noīe Sue: ⁊ accepit eā i vxorē: ex q̄ genuit tres
filios: quoꝝ p̄mo noīe Her tradidit thamar in vxo-
rē. Ex q̄ pꝫ q̄ Thamar erat de filiab⁹ Chanaā ⁊ de
ppl̄o gētili. Sꝫ mortuo p̄mo filio iunxit eandē Tha
mar filio s̄c̄do nomine Onam in vxorē: quo mortuo
absq̧ liberis restituit eā iudas in domū p̄ris sui: vt
ibi viueret in viduitate expectādo sellā tertiū fili-
um in virū: tūc ipsa thamar vidēs q̄ sella nō libēter
volebat immo fugiebat accipere eaꝫ in vxorem. Et
preuidēs thamar in spiritu qualiter xp̄s in lege ꝓ-
missus nō poterat descēdere nisi de tribu iuda: tūc
simulato habitu meretricali posuit se in biuio: dū
iret iudas socer su⁹ ad tondēdas oues. Quā vidēs
iudas putās esse meretricē concubuit cū ea: ex qua
genuit Phares ⁊ zaraꝫ: ex quo phares descēdit xp̄s
s̄m carnē. Et sic phares fuit mixtus ex duob⁹ popu
lis. s. israelitico ⁊ gentili. Per qd̄ mysteriū fuit figu
rata ecclia xp̄i ꝯgregāda ex illis duob⁹ ppl̄is. Tha
mar ergo figurauit ppl̄m gentilē spōte ad fidē xp̄i
venturū: ⁊ phares figurauit eccliam ex vtroq̧ po-
pulo cōgregandā. Et figurauit etiā phares qualr̄
xp̄s ab eo descēdēs s̄m carnē debebat vtrūq̧ ppl̄ꝫ
redimere ⁊ saluare. B ¶ Scd̄a vero mulier ex popl̄o
gētili q̄ fuit spōte iuncta ppl̄o israelico fuit Raab:
que recepit ⁊ saluauit exploratores: q̄ sola cū domo
sua fuit liberata et reseruata in vastatione hierico
vt patet Josue. vj. q̄ quidem Raab postea fuit iun-
cta in vxorē ipsi salomon principi trib⁹ iuda ex qua
genuit booꝫ. Et pꝫ qualiter etiā ipsa raab fuit fi-
gura ppl̄i gentilis ad fidē venturi. Sed multo cla-
rius fuit figura huiusmodi ipsa ruth moabita. Vñ
legitur ruth in p̄mo ca. q̄ orta fame in terra iudas
quidā vir appellat⁹ Helimelech cōpulsus inedia ꝓ-
fect⁹ est in terram moab cū noemi vxore sua ⁊ duo-
b⁹ filijs. s. Maalon ⁊ Chelion. Et factū est cū more-
ret̄ Helimelech in terra moab: mansit noemi orba
ta viro vidua cū duob⁹ filijs q̄ acceperunt singulas
vxores de popl̄o moabitarū: qui post decenniū am
bo mortui sunt. Tūc aūt noemi vidēs se orbatā viro
⁊ ambobus filijs decreuit redire in bethleē p̄riam
suā. Ruth autē vna ex nurib⁹ suis vehemēti affectu
statuit nō dimittere socrū suā: immo venit cum ea
in bethleem iude. vñ cū noemi diceret ipsi vt reuer
teretur ad populū suū ⁊ ad deos suos: ipsa respon-
dit dicēs. Popl̄s tuus ppl̄s meus: ⁊ de⁹ tuus deus
me⁹. Et quocūq̧ perrexeris ibo. Et vbi morata fue
ris ego pariter morabor. Et sic tādē ruth moabita
venit cuꝫ noemi in bethleem viuēs cū ea s̄m legem
moysi in magna humilitate ⁊ paupertate. Tunc au
tē accidit q̄ tēpe messis ruth abijt ad agrum ipsius
booꝫ viri effrathei: ⁊ sequebat̄ messores colligendo
spicas cadentes de manib⁹ messoꝝ ꝓ vita sustēten
da. Vidēs aūt booꝫ honestatē ⁊ hūilitatē mulieris
precepit ipsi ne abiret ad aliū agruꝫ: sed colligeret
spicas i agro suo. Et voluit vt comederet ⁊ biberet
simul cū messorib⁹ ⁊ ancillis suis. Que cū fuit satia
ta reuersa est ad noemi socrū suā. ⁊ narrauit ipsi oīa
bñficia q̄ booꝫ fecerat erga eā. Tunc vero noemi nar-
rauit sibi q̄liter iste booꝫ erat cōsanguine⁹ viri sui
Abimelech. Et sic p̄cepit ipsi vt rediret iterum ad
agrū ei⁹ ad colligēdas spicas. Et cū booꝫ dormiret
de nocte in areā accederet ad pedes ei⁹. ⁊ cooperi
ret se pallio ei⁹ ⁊ faceret oīa q̄ sibi booꝫ diceret. Cū
aūt Ruth fecisset oīa iuxta cōsilium noemi surgēs
booꝫ a somno ⁊ reperiēs ruth ad pedes suos q̄siuit
q̄ nā esset. Illa aūt respōdit dicēs. Ego suꝫ ruth an-
cilla tua. Expande palliū tuū sup ancillā suā: q̄r ꝓ
pinquus es. Tūc inquit ille bñdicta es tu a dño fi-
lia: q̄r priorē miam posteriore superasti: ⁊ nō es se-
cuta iuuenes pauperes siue diuites: et tunc booꝫ
facto discursu ꝓpinquitatis ipsius helimelech soce
ri ipsius ruth: accepit eā in vxorem. Ex qua genuit
Obeth: qui genuit Jesse: qui genuit Dauid patreꝫ
Salomonis. Et sic pꝫ qualiter ista ruth moabita
de ppl̄o gentili cū magno affectu iuncta fuit ppl̄o
dei. Et q̄ cupiebat esse ancilla facta est vxor ⁊ dña in
domo ipsi⁹ booꝫ: ex qua xp̄s descēdit s̄m carnē: per
qd̄ mysteriū preuidit Salomō in spiritu totū my-
steriū cōuersiōis toti⁹ ppl̄i gentilis ad fidē christi
eo q̄ Salomon erat ꝓnepos hui⁹ ruth. et ideo fre-
quēter cōtemplabat̄ hm̄oi mysteriū. Unde per hoc
q̄ Ruth cū tanta humilitate ⁊ instātia adhesit ipsi
noemi: ⁊ secuta est eā dicēs. Quocūq̧ perrexeris
ibo: ⁊ vbicūq̧ morata fueris morabor. ppl̄s tu⁹ po
pulus me⁹: ⁊ de⁹ tuus de⁹ meus ⁊c. Per hoc preui-
dit Salomon in spiritu qualr̄ ppl̄s gētilis dimissa
idolatria ⁊ oīni ritu superstitioso cū magna humi-
litate debebat venire ad fidē xp̄i. ⁊ recipere ei⁹ legē
euangelicā. Et debebat adherere cum cōuersis de
plebe israelitica: ⁊ cum eis simul fieri vn⁹ populus
christian⁹: ⁊ vna ecclesia sub vno vero deo ⁊ vno ca-
pite christo. Et per hoc q̄ ista Ruth cū sua humili-
tate ⁊ magna perseuerantia ea q̄ colligebat spicas

post messores: ⁊ desiderabat esse ancilla: facta est
dña dom⁹ ⁊ copulata in vxorē ipsi booꝫ. Per hoc
preuidit salomon in spū. qualit. plebs gentilis
q̄ nunq̄ habuerat legem nec ꝓphetas: sed deside-
rabat colligere spicas post apl̄os: ⁊ postea ꝑ ma
humilitatē ⁊ fidē iūcta fuit in spōsam xp̄o sponso
suo: ⁊ fuit dña principalis in ecclia: synagoga re-
ꝓbata: ⁊ ipsa q̄ cupiebat colligere spicas sacre scri
pture post apl̄os: facta ē postea dña totius sa-
cre scripture sacre. Quia ꝑ maiori pte oēs docto
res q̄ exposuerunt sacram scripturā vtriusq̧ te-
stamēti fuerūt ꝯuersi de populo gētili: vt patet
de eusebio ⁊ ambrosio ⁊ augustino ⁊ hieronymo
⁊c. Item ꝑ hoc q̄ ruth sole denigrata lauit facieꝫ
suam ⁊ expoliauit se vilibus vestimētis ⁊ induit
se nouis vestimentis q̄n venit de nocte ad lectuꝫ
ipsius booꝫ: per hoc preuidit salomon in spiritu
qualiter plebs gentilis sorde ⁊ estu idolatrie de
nigrata ⁊ dealbata a nigredine idolatrie: ⁊ expo
liata ab omni falsa supstitione ꝑ fidē debebat in
dui nouis vestimētis fidei: ⁊ iūgi spōso suo xp̄o.
et debebat renouari vestibus nuptialib⁹ i domo
xp̄i spōsi sui ⁊ debebat vngi baptismo ⁊ chrisma
te salutis ⁊ lauari ⁊ dealbari a nigredine peccato
rū ⁊ sorde idolatrie: ⁊ sic tota ecclia ex istis duo-
bus populis ꝑ fidē ꝯgregata debebat viuere sub
vno spōso ⁊ pastore xp̄o. Idē ꝑ hoc idem preuidit
xp̄m ex vtroq̧ populo nasciturum. Et per hoc q̄
xp̄s ex vtroq̧ ppl̄o erat s̄m carnē nasciturus preui
dit in spiritu q̄liter vtriusq̧ populi xp̄s erat salua
turus. Preuidēs ergo salomon in spū spōtaneā
cōuersionē populi gētilis ⁊ vnionem eius cū cō-
uersis de populo israelitico sub vno spōso ⁊ pa-
store xp̄o in vna ecclia: ⁊ ꝑ oīa misteria supradi-
cta ⁊ maxime ꝑ misteriū ipsius ruth moabite: in
q̄ maxime ⁊ clarius fuit figurata cōuersio gētiuꝫ.
Jō in hac quarta pte huius primi cātici itroducit
plebē gētilē sorde idolatrie denigratam venien-
tē tanq̄ ouē pditā ⁊ peregrinam: cupiētē ⁊ petē
tē cū plebe israelitica ⁊ fideli sociari ad recipien-
dum spōsuꝫ suū ⁊ pastorē xp̄m. Ubi duo facit. nā
primo facit qd̄ dictū ē s̄c̄do cōuersa ad xp̄m petit
ab eo tanq̄ a vero pastore pasci: ⁊ sub eius vmbra
quiescere ⁊ ꝓtegi ibi. Indica mihi quem diligat
aīa mea. Quātū ergo ad primū vidēs ista plebs
gētilis: q̄ plebs fidelis ⁊ israelitica fuerat iā diu
ab adā vsq̧ ad salomonem ꝑ verba de futuro xp̄o
desponsata: ⁊ vidēs q̄ ipsa quōdā deuiauerat a fi-
de vnius dei ad idola ꝑ chā ⁊ nēroth ⁊ zoroastrē
ninū ⁊ alios qui inceperūt idola colere. ⁊ videns
se tali sorde ⁊ estu denigratā. ⁊ vidēs q̄ plebs fide
lis petebat a xp̄o spōso ꝑsonaliter osculari ⁊ tra
hi: ⁊ ad thalamū eius introduci: iō rogat filias hie
rusalē .s. plebē fidelē: ne despiciat eā i tali expe
ditiōe: s̄ recipiat eā i sua societate ad recipiēdū
xp̄m: q̄r licꝫ ipsa plebs gētilis eēt denigrata foris ꝑ
idolatriam: tñ ipsa ita erat pulchra q̄ ad naturaꝫ
sicut plebs fidel: q̄r ita erat ad imaginē dei crea
ta: ⁊ ꝑ ꝯsequēs ita erat capax fidei ⁊ beatitudīs si
cut ipsa. Itē q̄r xp̄s ita erat ex ipsa plebe gētili na
sciturus sicut de israelitica: ⁊ ꝑ ꝯsequēs ita erat
ipsaꝫ redēptur⁹: iō dicit ista plebs gētilis o filie
hierl̄m. i. plebs israelitica ⁊ fidelis q̄uidetis dñꝫ
ꝑ fidē precipite me in vestra societate vt xp̄s spō
sus osculet̄ me simul vobiscū osculo oris sui ꝑ in
carnatōeꝫ ⁊ trahat me ꝑ legis euāgelice p̄dicatio
nē ⁊ itroducat me i cellaria sua ꝑ redēptionē ⁊ se
cretoꝝ reuelationē: q̄r ita est nascitur⁹ ex me s̄m
carnē: sicut ex vobis: ⁊ nolite me ꝯsiderare q̄ fu-
sca sim. nā licꝫ sim nigra ꝑ peccm̄ tñ sum formosa ꝑ
naturā: q̄r ad ymaginē ⁊ silitudinem dei suꝫ crea
ta: q̄r cūcta que fecit deus erant valde bona: sed
postea offuscauit ⁊ decolorauit me sol. s. est⁹ pec-
cati ⁊ idoletrie eo q̄ nō vixi sub vmbra ⁊ fide vni⁹
dei. Et ponit̄ hic sol effectiue ꝓ estu cōburēte et
denigrāte: ⁊ sic ponitur causa ꝓ effectu: ideo sui
denigrata ꝑdēdo albedinē fidei quā habuit Adā
⁊ Seth ⁊ Enos ⁊ Noe ⁊ ceteri p̄res mei. Unō ista
nigredo accidit mihi ex infidelitate: q̄r filij eue ma
tris mee pugnauerūt cōtra me isto modo. naꝫ ip
se chā ⁊ nemroth ⁊ ninus ⁊ ceteri idolatre qui fue
rūt filij eue matris mee: q̄r oēs descēdim⁹ ab vna
matre eua ⁊ ab vna ḡnatione ipsius noe: ⁊ etiam
oēs moabite filie loth ⁊ oēs hysmaelite ⁊ idumei
descēderūt a thare ⁊ vxore eius m̄re abrae ⁊ arā.
⁊ sic oēs isti filij matris mee pugnauerūt contra
me decipiēdo aīam meā ⁊ denigrādo eā per ido-
latriā. Isti eñ filij matris mee eue vel melche po
suerūt me custodē. i. cultorē in vineis idolatrie. i.
cōmouerūt me ⁊ docuerūt me falsos rit⁹ idoloꝝ
⁊ coegerūt me custodire ⁊ obseruare detestabiles
rit⁹ ⁊ supstitiones idoloꝝ: ⁊ sic vineā meā nō cu-
stodiui. i. nō colui. i. legē nature quā de⁹ tradidit
ipsi adā ⁊ noe ⁊ melchisedech ⁊ abrae ⁊ ipsi iob ⁊
ceteris fidelib⁹ nō custodiui nec s̄uaui. Quia illa
erat vinea mea ꝓpria quā de⁹ tradiderat p̄ribus
meis supradictis colēdā. In cui⁹ cultura sub fidē
xp̄i vēturi fuerūt saluati: sed venerūt supradicti fi
lij m̄ris mee ⁊ relicta vera vinea dei declinauerunt
ad falsaꝫ vineā idolatrie. ⁊ illā docuerūt me s̄ua-
re. ⁊ sic i tali sorde ⁊ estu pctōꝝ posita ex vmbrā fi
dei vni⁹ dei fuit denigrata ⁊ abbominabilis fctā
q̄ntū ad extra: sed nō restat q̄n maneat ymago dei
in aīa s̄m quā suꝫ capax fidei ⁊ gratie redēptiōis
⁊ iō licꝫ sum nigra ad extra sicut tabernacula cedar
q̄ sunt nigra ⁊ squalida ꝓpter ardorem solis: tñ
ego sum formosa naturaliter adintra in q̄ntū sum
ad ymaginem dei: ⁊ sic sum formosa adintra sicut
pelles. i. cortine tēpli salomonis. nā sicut tēpluꝫ
salomonis adintra est totū ornatū ⁊ pulchrū cor
tinis sericis ⁊ aureis ⁊ diuersoꝝ coloꝝ: ita deus
ornauit aīaꝫ meā donis nature. s. qnq̧ sensibus
corpalibus: ⁊ trib⁹ spūalibus potētijs ⁊ incorru-
ptilib⁹. s. intellectu ⁊ memoria ⁊ volūtate q̄bus
sum capax ad grām ⁊ redēptionē ⁊ glīam procul
pulsa nigredine idolatrie ⁊ peccati. Ergo o filie
hierl̄m nec me despiciatis nec renuatis me, i vr̄a
societate recipe ad osculādū spōsuꝫ i suo aduētu:
vt simul viuam⁹ sub vno spōso ⁊ pastore xp̄o ⁊ sub
vna lege ⁊ fide ⁊ baptismo. B ¶ Ex supradictis
pꝫ: q̄ ruth moabita cū thamar ⁊ raab tanq̄ ꝓcura
trix toti⁹ plebis ⁊ ppl̄i gētilis venit figura ad ple
bē israeliticā petēs simul cū ea sociari sub eodeꝫ
diuino cultu ⁊ s̄ido xp̄i futuri vt sic ppl̄s gētilis sal
naret̄ in xp̄o cū plebe israelitica ⁊ fieret vn⁹ ppl̄s
cum ea. ⁊ sic ruth in ꝑsona toti⁹ ppl̄i gentilis di-

dei sentiens in recordatiõe pprie iniquitatis ingemuit. Alter libero cõtra dei misericordissimã veritatẽ pugnatis arbitrio. Ex qb9 verbis Augustini sequit: q illi ambo senserũt odorẽ gratie xpi vnus per admonitionẽ Danielis: t alter p admonitionẽ Moysi: sed ille admisit recepit gratiã monentẽ et disponentẽ p quam egit penitentiã: iste autẽ ex iniquo libero arbitrio restitit gre xpi ipsi oblate. Ex quibus pz q, ipsi nabuchodonosor data fuit gra penitens p quã egit penitentiã. Itẽ hoc ibidẽ patz de niniuitis: quoz penitentiã commẽdat saluator. Matth. xij. q: ad predicationẽ Jone prophete egerũt penitentiã cõuersi ex via sua mala. Et si õ ex dei mia per quã dat gratia euaserũt subuersionẽ ciuitatis cõminatã: vt inquit Grego. Et habek de pe. di. iij. Nimirũ quoq. Ex quo pz q illi licet p illam gratiã nõ euadebãt penã eternã infernũ: tamẽ euadebãt penã talem in hoc scło: et per bona q faciebãt per illã gratiã: merebant bona talia hui9modi. Ex qbus pz q infideles t ydolatre nõ opebantur bonũ nec vitabãt malũ sine gra preuiente et roborante eos liberũ arbitrium nec operabant malũ nisi inquantũ erãt derelicti in sua natura corrupta: q quidẽ gratia dicebak gratia xpi inquantum nõ dabãt nisi per xpm t ordinabatur ad xpm: vt illi vel nepotes eorũ peuenirent ad fidẽ xpi: vnde licet illa gratia nõ ordinabak immediate ad xpm nisi ad cõseruationẽ reipublice t humani generis. tamen finaliter ordinabak ad xpm: eo modo quo dictũ est ideo dicebak gratia xpi. Et quib9 pz q etiã illi licet nõ haberẽt fidẽ xpi tamen per illam gratiã adhuc currebãt in odorem vnguentorũ xpi: vt ipsi vel nepotes eorũ peruenirent ad fidẽ xpi. ¶ Quarta cõclusio q iz xps fuerit virtualiter generalis et sufficiens redẽptor t reparator totius generis humani p suã passionẽ t resurrectionẽ: tamen nõ oẽs fuerũt redempti actualiter nec participarunt eius redẽptionẽ nisi soli regenerati per baptismũ. Prima pars ꝓbatur. Nam passio xpi fuit infinite virtutis t meriti trãscendẽtis oẽm culpam t malũ. ergo ossis boues potuit redimere volentes eius merita participare t ad xpm accedere: sicut sol ola põt calefacere que ad suã presentiã accedunt: Scda pars patet: nã sicut Adam dissipator generis hũani non potuit tranferre in oẽs posteros reatũ et penã sui peti: nisi per generationẽ carnalẽ: libidinosam: ita xps reparator humani generis vt p iusticiã vinceret astuciã antiqui serpentis: noluit transferre merita siue passionis in oẽs boes nisi p baptismalem et sacrã regenerationẽ. Et sic nõ possint participare redẽptionẽ nec merita passionis xpi: nisi regenerati p baptismũ: p quẽ baptismũ transfert in nos gratia Xpi t imprimit in nobis ymago eius. Et iõ dicit apostolus prime ad Corint. xv. q sicut omnes portauimus ymaginẽ primi Adam terreni: portemus oẽs ymaginem scdi Adam celestis qui est xps Ex quibus patet q si infideles non sunt redempti nec reparati in actu: hoc nõ est ex defectu passionis xpi q est infinite virtutis in virtute: seo hoc accidit ex defectu et obstinatiõe infideliũ nolẽtium accedere ad baptismũ p quẽ oẽs regenerank et participãt gratiã xpi: vnde sicut de precedentib9 adnentũ xpi nõ fuerunt redempti nec pticiparunt passionẽ xpi

nisi illi qui facti sunt mẽbra ei9 per fidẽ t spem xpi futuri et acceperũt signaculũ fidei per circũcisionẽ ac oblationẽ t. ita postea nõ sunt redẽpti nec participant passionẽ xpi nisi baptizari baptismo xpi: t renouari p sacramẽta. Dñ sicut medicina nõ sanat nisi recipiẽtes eã: nec sol vel ignis calefacit nisi accedentes ad ipsũ ita passio xpi ac baptism9 nõ iustificat nisi cñ fide ipsum suscipiẽtes. B ¶ Quinta cõclusio q iz regeneratio baptismalis sufficienter mundet alam t tollat omnẽ culpã ab ala et liberet eam ab oi pena eterna: t ab oñi debito. Tamẽ non tollit cõcupiscẽtiã nec fomitẽ nec ceteras penalitates ex carne. q: adhuc post baptismũ ola ista manẽt in carne. Prima pars ꝓbatur Matth. vlti. t Marci vlti. vbi dicit saluator: q q crediderit t baptizat9 fuerit salu9 erit. Itẽ Joh. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua t spiritu sancto: nõ põt introire regnũ dei t. Scda pars pz p experientiã: q: adhuc manẽt in nobis mobi corporales per quos egrotamus t morimur: t miserias patimur: et manet sensualitas corrupta t sanciata p concupiscentiã: ex cuius consensu ala frequenter maculak mortali peccato post baptismũ. Unde apłus post iam regeneratus p baptismũ adhuc cõqueritur dicẽs. Datus est mihi stimulus carnis spirit9 satbane qui me collaphizet. ij. ad Corin. xij. Itẽ ad Rom. vij. in persona cuiuslibet xpiani t hominis iam reparati per baptismũ dicit. Scimus enim quia lex spiritualis est. Ego autẽ carnalis sum venũdatus sub peccato. Quod enim operor nõ intelligo: nõ q9 volo bonũ hoc ago: sz quod odio malũ illud facio. Si añt quod nolo illud facio: consentio legi q9 bona est. Nunc añt iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatũ. Scio enim quia iam nõ habitat in me: hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonũ nõ inuenio: nõ enim quod volo bonũ hoc facio: sed quod nolo malũ hoc ago. Si autẽ q9 nolo illud facio: iam nõ ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Invenio igit legem volenti mihi facere bonum: quñ mihi malũ adiacet. Concludor: enim legi dei sm interiorẽ volem: video autẽ aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis mee t captiuantem me in lege peccati: que est in mẽbris meis. Infelix ego homo quis me liberabit de morte corporis huius gratia dei p iesum xpm dñm nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi dei: carne añt legi peccati. t. Hec apłs. Ex verbis ergo apostoli cõcordando cñ Aristotele patz tot9 discursus operationis et dispositiõis hominis nõ solũ post lapsum sed etiã post baptismũ: reparationẽ: puta qualiter adhuc post baptismũ bitat malum: corruptio t lex membrorũ in eo p quã seruit legi peti. Et quõ per legẽ dei quã habet in mente cognoscit oẽ peccatum esse malũ t p consequens vitandũ: ꝛ sibi repugnat lex membrorũ t carnis: per quã agit id q9 in cõscientia cognoscit esse malũ. Et quõ talis pestis t corruptio carnis t sensualitatis inest ibi ex peccato quo fuit venundat9 in primis parentib9. Et quõ de tali peste nemo potest liberari: nec eam vicere nisi per gratiã xpi. Ex quibus patet esse veram t firmã positionẽ Augustini cõtra pelagianos t oẽs temerarios: scz q nemo potest vitare peccatũ nec implere diuina precepta ex ꝓpriis viribus naturalib9: nisi

fuerit adiutus gra xpi auxiliatiua t roboratiua liberi arbitrij ad refrenandũ inordinatum appetitũ t refrenãdos passiones. Et ideo semp est orãdum p ista gratia t currẽdum in odorẽ vnguentorũ christi vt sanemur a supradicta peste: et qđ impossibile est fieri ex nostris viribꝰ fiat nobis possibile p auxilia gratie xpi cui ola possibilia sunt. Matth. xix. Ex q̃bus oibus pz qualiter solus xps est ghalis redemptor t humane nature perfectus t sufficiens reparator t metrum t mensura: t principium omniũ bonorum. Et hoc de tertio cantico.

Quantum ad quartum articulũ mouẽtur quattuor dubia que insurgunt ex dictis in pmo t scdo et tertio articulo. vnde dicit cñ est in tertio articulo q xps fuit ver9 redẽptor t reparator humane nature lapse t toti9 eius ruine: postea dictũ est. q liez p baptismũ tollak pctm ab anima: tñ adhuc manẽt penalitates in carne. puta egritudines t corruptio t concupiscẽtia et mors t. put manifeste experimur in nobis. Ex quib9 pz q xps nõ fuit perfect9 t sufficiens redẽptor t reparator toti9 ruine t miserie humane nature: q: nõ sanauit nos a quinq vulneribꝰ: quib9 fuim9 sanciati in adam. B ¶ Ex quo arguit indoctus moderni q xps non fuit ver9 messias in lege ꝓmissus: eo q ille debebat sufficienter t totaliter liberare humanã naturã ab oñi infirmitate t morte t miseria corporis t ale. vt pz Esa. xxv. vbi dr q ipse scripsit mortẽ in sempiternũ t auferet dñs de9 lachrimã ab oñi facie. Et opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: q: dñs locut9 est. et dicent in die illa. Ecce de9 noster iste expectauimus eũ: et saluabit nos iste dñs. sustinuimus eũ t exultabimus: et letabimur in salutari ei9: q: requiescet manus dñi in mõte isto t. Ex supradictis in hac ꝓphetia arguit iudeꝰ q xps nõ fuit verus reparator nec messias: q: nõ precipitauit mortẽ nec abstulit oẽm lachrymã a facie terre: q: adhuc manemus mortales t infirmi t miseri t. ¶ Ad q9 respondeꝰ q si ꝓfunde volumus cõtemplari ordinẽ nostre redẽptionis: xps vere t sufficiẽter t pfecte redemit genus humanũ: nã per mortẽ t passionẽ redemit nos t reparauit quo ad alam et p resurrectionem nos reparauit quo ad corp9. Sz illa redẽptio fuit virtualis t potestatiua inquantũ p oibus satisfecit t habuit potestatem t virtutẽ ad liberandũ oẽs volentes participare suã mortẽ t passionẽ p baptismũ t ecclesiastica sacramẽta quib9, pbanit virtutẽ t efficaciã sue passionis sicut dictũ est in quarta cõclusione tertii articuli. Et ideo sicut xps p suã mortẽ t passionẽ meruit a mortuis resurgere in corp9 gloriosum t ascẽdere in celum: i mmo emere regnũ celoꝝ pro oibus mẽbris suis: ita qualibet baptisatus in xpo ex meritis siue passionis merek nõ solũ liberari t mũdari a pctõ in ala: sed etiã resurgere in corpus gloriosum t possidere regnũ celoꝝ cũ xpo. sed istud meritũ dak baptisato sub quodã ordine: nã p talem gratiã xpi collatam in baptismo merek ilico liberari t de facto liberatur ab omni pctõ t culpa ale de pñti t per cãdẽ gram merek eualare ilico ala post mortẽ in celum ad futurã beatitudinẽ capessandã. Et p eandẽ gratiã baptismalẽ meretur resurgere in nouissimo die in corpus gloriosum t imortale et absolui ab omni

lachryma t miseria corporali. et p cõsequẽs q gram et regenerationẽ baptismalẽ meretur omnes fideles scdam regenerationẽ scz gloriosam resurrectionẽ in nouissimo die. Et sic baptism9 iz p ꝓsenti non ordinek nisi ad regnationẽ anime: tñ ordinatur in merito ad regenerationes corpis de futuro. t ideo xps duas regnationes ꝓmisit fidelib9 suis: scz vnã de pñti quo ad alam. de qua dicit Joã. iij. Nisi qs renat9 fuerit ex aqua t spiritu scto nõ põt introire regnũ dei. Scdam vo regnationẽ ꝓmisit in nouissimo die quo ad corpus. de qua dicit Matth. xix. Vos q̃ secuti estis me in regeneratiõe cum sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes. xij. iudicãtes. xij. tribus israel t. Item Joã. v. Qui bona egerũt in resurrectionẽ vite t. Itẽ Joh. vj. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Item apoca. xxj. Et absterget deus oẽm lachrymã ab oculis eorũ: et mors vltra nõ erit neq9 luctus neq9 clamor neq9 dolor erit vltra t. Ex quib9 pz q duas regenerationes ꝓmisit nobis xps p suã passionẽ t baptismum scz regnationẽ anime t corpis sed regnationẽ ꝓmã scz anime recipimus ilico in baptismo: sed p illã regnationẽ baptismalẽ meremur scdam. s. regnationẽ gloriosam corpis in nouissimo die. Et ideo dicit Augus. in sermõe martyrũ q legit epe resurrectiõis qui quidẽ sermo attribuit erãt bto ambrosio q licz martyres oẽs nõdum surrexerũt in corpe: attamen iam surrexerũt i merito: q: sicut fuerũt socij passionis xpi. ita erũt socij resurrectionis t nos cum ipsis. Et ita etiã dicit apłs ad Ro. vj. q sicut oẽs fuimus baptisati in xpo: ita fuim9 in eo cõsepulti t surrexim9 cñ eo. s. in merito. q: sicut xps resurrexit ita et nos resurgemus. ¶ Ex q̃bus pz q quattuor facit baptismus. nã pmo tollit oñe pctm ab ala. scdo tollit cõcupiscentiã nõ vt nõ insit in carne: sed vt nõ imputet: vt inqt Augus. in libro de nuptijs. Tertio facit ipm baptisatũ meritorie vite eterne ilico post mortẽ. Quarto facit ipm meritorie: vt resurgat in corp9 gloriosum in nouissimo die. Ex quo pz q gra baptismalis cõtinet in se ista q̃ttuor merita q̃ trahit ex passione xpi: p q̃ quidẽ quattuor merita siue p quattuor effectus meritorie h̃it9 gratie sacramẽtales absolut homo ab oi miseria corporis t ale t consequit pfectã beatitudinẽ. ex quib9 sequit q xps fuit pfectus et sufficiens redẽptor ghalis hũani et reparator hũane nature lapse. Et per hoc pz responsio ad auctoritatẽ inductã: q: christ9 vere precipitauit mortẽ in sempiternũ: t abstulit oẽm lachrymã miserie corporis et ale: prout ꝓphetauerat esayas. A ¶ Scdo añt dubitak nã si p baptismũ dak nobis meritũ vt resurgam9 in nouissimo die ab oñi miseria: q̃re xps nõ absoluit nos ilico a tali miseria corpis: sicut ilico nos absoluit a pctõ. t quare voluit xpus vt tales penalitates relinquerent nobis post baptismũ: post9 ita poterat ab eis nos liberare de pñti sicut ilico liberat alam de pctõ: post9 cõtulit baptismo vtutẽ sue passionis. Ad hoc rñdet Aug9. xiij. de ci. dei. c. iiij. q hoc fecit de9 ad maius bonũ nrm. vñ dicit q ꝓmo relictũ est nobis experimẽtũ mortis t ceterarũ penalitatũ in carne ad cõtinuũ exercitiũ et pugnã: vt p victoriã talis pugne mereamur coronam glorie in futura beatitudine: q: nõ coronabitur nisi q legitime certauerit: q: si tolleretur talis

pugnā tolleretur meritū ⁊ corona martyrum ⁊ oīm instorum. Et sic talis concupiscentia et tales penalitates sunt bonis bonor⁊ malis male: q⁊ istis cedūt in gloriā: illis ast in penā eternā. Sedo sunt nobis relicte iste penalitates ꝓpter meritum spei future resurrectiōis: q⁊ si oēs baptisati statim p baptisimū liberarentur ab huiusmodi penalitatibus et morte: tūc oēs curerent ad baptisimum nō virtutis amore nec spe future resurrectionis: sed vt statim liberarentur ab huiusmodi miseriis. et sic oīes contenerēt passionem xp̄i que talem virtutē cōtulit baptisimo: ⁊ nullas curaret nec appeteret futuram gloriā ex passione xp̄i ꝓmissam: nec etiā peteret gr̄am auxiliatiuam ⁊ cōseruatiuam. et per cōsequēs quotidie de nouo posset homo peccare sicut fecit adam.

¶ Tertio hoc factū est ad custodiendā ⁊ retinendam memoriā beneficior̄ per xp̄i passionē receptorum. nam si per baptisimum tollerentur omnia ista penalia de presenti: tūc oēs liberati ab huiusmodi malis posī longum tēpus obliuiscerentur deum et bñficia recepta et sic putantes nunq̄ amittere nec perdere presentē beatitudinē. nec cadere a tali statu: nunq̄ peterēt a deo gratiam nec exhiberent ipsi latriam: nec curarent facere aliquod bonum. et sic possent a diabolo superari sicut adā: ⁊ per cōsequēs possent iterum cadere. vnde adaz in tali felici statu erat ante lapsum ⁊ gratiā habitualē habebat: et cō muniter tenet: sed q⁊ nō putabat cadere ab illo statu: ideo forsan nō curauit petere gratiā actualem ⁊ auxiliatiuā: que cōseruat gratiā gratificam. vt dictū est: iō nō restitit persuasioni diaboli: ⁊ sic fuit superatus ⁊ cecidit: ⁊ sic pdidit nō solum gratiā gratificam cū merito future beatitudinis: ꝙ etiā perdidit bona modi ⁊ ordinis ⁊ finis sue nature. s. beatitudinē naturalē quā i illo loco possidebat. ¶ Quarto relicte sunt nobis ꝑdicte penalitates ꝓpter ruinā angelor̄ reparandā: q⁊ illa ruina nō poterat reparari nisi aliqui hoīes per gratiā ⁊ merita laboris cōsenderent in gradum illorum angelorū qui ceciderūt ꝑ superbiam: sed hoc nō potest fieri nisi per magnā pugnam ⁊ violentiā: q⁊ regnū celorum vim patit ⁊ violenti rapiunt illud. Matth̄. xj. Ergo ops vt quidā hoīnes per violentā pugnā ⁊ violentiaz vincāt carnē ⁊ mūdum ⁊ diabolum: vt mereant illorum sedes possidere: que quidē pugna et per consequens corona tolleretur si tales penalitates nobis post baptisimū nō relinquerētur: ⁊ sic maneret irreparata angelica ruina. et ideo xp̄s voluit vt iste penalitates nobis post baptisimū relinquerent ad cōtinuā pugnā ⁊ coronā adipiscendā ⁊ sedes inter angelos: ⁊ ad reparandā angelicā ruinā. et vt nos cognoscamus p̄naricator̄ parentū filios: ⁊ nō confidamus de nostra natura peccatrice: sed semp petamus istā gratiam auxiliatinā a xp̄o capite nostro: ⁊ semp curram⁹ in odorē vnguentor̄ eius. ℟ ¶ Sed adhuc tertio ex dict⁹ in quita cōclusione tertij articuli et duobus dubijs precedētibus insurgit aliud dubiū sat⁹ arduū. Illa si homo iam baptisat⁹ nō potest in adulta etate bñ opari necesse est petā nisi fuerit adiut⁹ noua gr̄a actuali auxiliatiua liberi arbitrij. Sequit⁹ q⁊ frustra dat⁹ fides et spes ⁊ caritas in baptisimo: ⁊ bona spūsancti in cōfirmatione ad vincēdas tēptationes: ⁊ ad bene operandū. Ad hoc respō

det⁹ q⁊ omni homini post lapsum est necessaria gratia baptisimi cū tribus theologicis virtutibus habitualiter infusis ad saltē añ annos discretionis et cū puenerit ad annos discretiōis ſſit ipsi necessarij habit⁹ acq̄siti fidei spei ⁊ caritatis ad credendū ⁊ diligēdū deū ⁊ primū actualiter ⁊ sperandū bona finalia: ⁊ ē necessaria gr̄a actualis auxiliatiua ad operandū ⁊ cōplendū diuina ꝓcepta. Sed cui⁹ intellectū saluo semp meliori iudicio ⁊ determinatiōe sacrosancte matris ecclesie est aduertēdum: q⁊ anima ex fa cōsortij corpis corrupti in suo principio non solū contrahit priuationē ⁊ carentiā oīm bonorum modi ⁊ ordinis ⁊ gratie: sicut dictū fuit in quinta cōclusione: sed etiā cōtrahit odiū ⁊ iram dei ⁊ debitū omniū bonor̄ ꝑditorū in adā cū suis operationibus: q⁊ obligat ad recuperandū illā statū cū oīnibus bonis nature inditis. s. cū illa originali iusticia in voluntate ⁊ cū oībus habitibus tam intellectualib⁹ q⁊ moralibus ⁊ cū illo debito ordine ⁊ cōformitate sensualitatis ad rōnē et volūtatis ad deū: ⁊ cū illa gratia gratifica qua fuisset post longā vitā translatus homo in meliorē: ⁊ sic deus nō solū requirit ab homine oēs illos habitus tūc inditos ⁊ cōcreatos: sed etiā req̄rit operatiōes illor̄. Et sic manet ille infans statim obligat⁹ ad debitū oīm illor̄: ideo peccatū originale nō solū est ꝑuatio ⁊ carētia oīm illor̄: sed etiā cū debito corū: imo ratio formalis originalis peccati est debitū illor̄ cū ira ⁊ indignatiōe dei et ideo nō est dicēdū q⁊ per baptisimū tollatur ꝑuatio supradictor̄ bonor̄: ⁊ q⁊ iusticia originalis cū ceteris habitib⁹ ⁊ bonis recuperet: ne corruptio ⁊ fomes auferatur sed solū absoluitur baptisatus ab oīni debito: ne ꝑuatio illorum bonor̄ ⁊ cōcupiscentia carnis ad culpā ⁊ penā imputet: ideo dicit Augustinus in libro de nuptijs: q⁊ baptisimus nō tollit cōcupiscentiā vt nō insit: sed vt nō imputetur ⁊ nō obsit. ergo est dicēdum q⁊ gratia gratifica habitualis que dat⁹ in baptisimo reducit infantem in gratiam dei: et facit ipm meritoriū vite eterne ex solis meritis passionis xp̄i cui cōfiguraf per talem gr̄az ⁊ habit⁹ infusi fidei spei ⁊ caritatis nō reducūt bona ꝑdita in adā: nec operationes eor̄: sed tollūt ⁊ absoluūt infantem ab oīni debito eor̄: ne talis priuatio ⁊ carentia imputet ipsi ad peccatū vsq̄ ad annos discretiōis. Et ideo mala q̄ facit puer ante annos discretiōis non imputant ipsi ad pctm̄: immo excusat ꝓpter illos habit⁹ theologicos infusos cū gr̄a. Et sic ꝫ nō operet⁹ tales habit⁹: tm̄ excusat ⁊ meret ex solis merit⁹ passionis xp̄i: ex cui⁹ passiōis vtute infundunt. Sed cū hō peruenit ad annos discretiōis obligatur operari actualiter ꝑ tales habit⁹. s. credere articulis fidei ⁊ diligere deū ⁊ primū ⁊ cōstituere finē suū in bonis celestib⁹. Sz hoc nō pōt facere ꝑ solos habit⁹ infusos nisi ipsi ꝑ doctrinā exponant articuli fidei q̄b⁹ dz credere: ꝑ quā doctrinā acquirat habitus acquisitos fidei ⁊ spei ⁊ caritatis: vñ manifestū est q⁊ si infans baptisat⁹ nutriat⁹ inter sarracenos ⁊ infideles nunq̄ ꝑ habit⁹ infusos poterit credere articulis fidei: nisi ipsi nomine et actualr exponant: ⁊ faciat habitū acquisitū cōuersando inter xp̄ianos: ⁊ sic habitus infusi excitant ꝑ habit⁹ acquisitos ex doctrina parentum aut magistri aut ex studio sacre scripture vtriusq̄ testamēti. Et ratio est quia tales habit⁹ infusi non reducūt habitus ꝑditos in adā quib⁹ homo poterat cognoscere in actu: sed tm̄ dant ad absoluendū a debito illor̄ vt dictū est. ⁊ ideo tales habitus sunt quodāmodo sopiti sicut in dormiente q̄ non possimt excitari nisi ꝑ habitus acquisitos.

¶ Sed ē iterū aduertendū q⁊ si baptisim⁹ totaliter tolleret cōcupiscentiā ⁊ fomitem ex carne ⁊ sanaret sensualitatem a tali morbo ne pugnaret aduersus spūm: sed ipsi obediret: vt exposcit ordo nature: tunc baptizat⁹ libere posset bene opari et virare oīnia ꝑcepta: ⁊ ꝑcepta dei adimplere ꝑ habit⁹ infusos ⁊ acq̄sitos theologicos. Sed q⁊ adhuc manet talis morbus in carne qui sit cū mundo ⁊ diabolo nunq̄ cessat pugnare. Quibus tribus inimicis volūtas restistere nō valet: iō de se nō pōt peccata vitare nec ꝑcepta adimplere nisi aliquo superiori actuali auxilio fuerit adiuta. Et hoc accidit rōne amotis naturalis qui est inter volūtatē rōnalē ⁊ sensualitatem corruptā: cui volūtas studet cōplacere: ꝓut dictum fuit in. vj. cōclusione. Et iō est necessaria gr̄a actualis nouiter a deo ispirata ad exercitādas virtutes theologicas infusas: ⁊ ad roborandas acq̄sitas: ⁊ ad mouendū et auxiliandū ⁊ roborandū liberū arbitriū: vt nō solū resistat tentatiōibus tam exteriorib⁹ q⁊ interiorib⁹: sed etiā vt valeat restringere ⁊ cohibere passiones ⁊ cōfringere ⁊ in seruitutē redigere sensualitatē corruptā: ⁊ ad oīne malū ꝯ rōnez inclinatam: vt possit vitare oīne pctm̄: ⁊ adimplere diuina ꝑcepta. Est ergo ista gr̄a necessaria non solum iustis sed etiā pctōribus vt per eam valeant detestari petā in quibus iacent ⁊ velint ipa dimittere ⁊ cupiant agere penitentiā. Et ista dicit⁹ gratia ꝓueniens bonam volūtatē. Sedo est necessaria ista gr̄a eisdem pctōribus vt incipiant vt exequant ꝓnam. Et ista dr̄ gr̄a incipiens ⁊ operās. Tertio est necessaria iustis penitētibus vt ꝑsequantur bene opari: ⁊ conseruent gratiā gratificaz quā hñt ⁊ recuperauerūt per penitentiā. Et resistāt futuris tēptationibus ne iterū cadāt. et ista dr̄ gr̄a ꝓficiens. In fine ast totius cursus vite hois dr̄ gratia consummata et perficiēs: vnde de gr̄a preueniente dr̄ psal. lviij. Misericordia eius preueniet me. et de gratia subsequente dicitur psal. xxij. Et misericordia eius et subsequatur me oībus diebus vite mee. et ideo magister diuidit istam gratiā in preuenientē subsequentem. ij. sententiar̄ distin. xvj. Et hāc duplicē gratiaz petit ecclesia cum dicit⁹ in collecta. Actiones nr̄as quesumus dñe aspirando preueni ⁊ adiuuādo ꝑsequere. Item in alia collecta ait eccl̄ia. Gratia tua dñe preueniat ⁊ sequatur ⁊c. ¶ Differt ergo ista gr̄a actualis auxiliatiua liberi arbitrij multiplr a gr̄a habituali gratifica: q̄ dat⁹ in baptisimo ⁊ sacris. Primo q⁊ illa ꝓficit tota essentiā ale: ꝫ ista ꝓficit liberū arbitriū et volūtatē. Secda differentia q⁊ illa ꝓsistit in habitu totius ale: ista ast in solo actu ⁊ motu liberi arbitrij cui⁹ est auxiliatiua. Tertia q⁊ illa gratificat semp habentē faciendo ipsum gratū ⁊ dignum acceptum ad vitā eternā: ista ast nō semp facit gratum nec gratificat habentez: q⁊ pōt etiā reperiri in peccatoribus disponēdo eos ad gr̄az gratificā. Item quarto q⁊ illa gratia habitualis gratifica vel ē ipsa charitas vel nūq̄ sine charitate: ista ast quādoq⁊ reperiſ sine charitate puta in aliquo peccatore penitentiam desiderante. Item quinto: q⁊ gratia gratifica cōmuniter dat⁹ ꝑ sacramēta ista vt plurimus datur ꝑter sacramēta. Tertio sexto q⁊ oēs operationes ꝓcedentes a gratia gratifica sunt meritorie et deo accepte ad vitā eternā: sed nō semp oēs operationes facte per istam gratiam actualem valent ad vitam eternā, ꝑ illo statu: sicut elemosine et cetera bona facta ꝑ hoies pctōres. Septia differētia est: nā ista gratia actualis quandoq⁊ precedit rpe gratiā gratificaz: q⁊ disponit peccatorē ad illā recipiendā per penitentiā remouendo ꝓhibens. q⁊ iuuat liberum arbitriū ad testandū peccatum: ⁊ dimittendū illud ⁊ ad resistendū sensualitati ⁊ ceteris tēptationibus exteriorib⁹: ⁊ ad subiugandā carnē. Et sic recuperat per penitentiā gratiā gratificā: quā homo ꝑdiderat ꝑ culpam. ℟ ¶ Quid quidē misteriū explicat saluator. Luce. xv. de filio ꝓdigo ꝑ penitentiam ad gratiā pfis reducto: qui cū familie custodiret porcos ad se reuersus ꝑ gratiā pueniētē ⁊ motinā liberi arbitrij dixit. O quanti mercennarij in domo patris mei abundāt panib⁹: ⁊ ego hic fame pereo. Et rursus magis motus ꝑ gr̄am incipientē dixit. Vadā ad patrē meū: dicā: pr̄ peccaui in celū et coram te ⁊c. Sed rursus per gratiam operantē ꝓcedens ad pedes pfis dixit. Pater peccaui ⁊c. Et tunc pr̄ mia mot⁹ accurrēs cecidit super collū eius ⁊ osculatus est eū. Et fecit ipz indui stolā primā: ꝑ quā designat gr̄a gratifica ⁊ caritas recupata per illā pniam. Et q̄b⁹ ptz q⁊ ille filius ꝓdigus per gratiā preuenientē cognoscendo seipm detestatus est peccatum: et ꝑ gratiam incipientē ꝓposuit dimittere cum dixit. Surgā et ibo ad patrē meū: sed ꝑ gratiā iā operantem ꝓcedens dixit. Pater peccaui ⁊c. Sed tūc recuperauit gratiā gratificā: q̄n pater occultatus est eis ⁊ induit eū stolā primā ⁊c. Ex oīnibus supradictis soluitur q̄rtus perplexus memoratus in primo articulo: nā quātocūq⁊ sit aliquis peritus in scriptura vtriusq⁊ testamenti ⁊ habeat habitū fidei acquisitū tm̄ si nō hz istā gratiā auxiliatiuā: nunq̄ de se poterit resistere tentatiōib⁹ nec iplere diuina ꝑcepta. et hoc ꝓpter morbū cōcupiscētie in carne manēte.

¶ Quarto dubitat⁹ ꝓpter id q̄ dictū ē in octaua cōclusione secūdi articuli. ⁊ in quita tertij articuli. s. q⁊ taliter fuit natura corrupta i adā: q⁊ nemo ex ꝑ ptis naturalibus pōt vitare oē peccatū. nec implere diuina ꝑcepta nec agere aliq̄ bonum absq̄ diuina gratia. Quia sequeret⁹ q⁊ homo non esset dñs suoz actuū nec cāpos sue voluntatis ⁊ liberi arbitrij: q̄ esset cōtra illud ecclesiastici. xv. De⁹ ab initio cōstituit hoīem ⁊ reliquit eū in manu consilij sui. Item ibidem ait dñs ad hoīez. Apposui tibi ignē ⁊ aquā ad q̄ volueris porrige manū. Item ibidē. Ante hominē vita: ⁊ mors bonum ⁊ malū: quod placuerit ei dabitur illi. Item genesis. iij. sub te erit appetitus eius et tu dñaberis illius. Item ꝓuerb. xvj. hois est animū ꝓparare. Item Aug. ml tā in nra potestate q⁊ voluntas. Item ex hoc sequeret⁹ multa inconueniēcia. Primo q⁊ nemo ex frequētatis actib⁹ posset cōsequi morales vtutes sine gr̄a q̄ est falsum: nā socrates ⁊ Plato multi infideles nō habētes talē gratiā: cōsecuti sūt morales vtutes. Item sedo sequeret⁹ q⁊ nullus posset culpari de aliquo malo: potiꝰ de se illud non potest vitare. Et per consequens nemo debe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret punirī p malefactis: posto ꝙ talia nō potest vita re. Item sequeret ꝙ frustra ponerent leges: vt eaꝝ metu hūana cohibeāt audacia ⁊ frustra assignarēt̄ pene in legibus contra trāsgressores. Item seq̄ retur ꝙ nemo obligaretur ad seruanda pcepta: qz ad impossibile nemo obligat. Ergo sequit ꝙ ex pprijs naturalibus vnusquisq; potest implere ipsa.

In oppositum est illud Hiere. x. Nō est hois via eius nec est viri vt ambulet ⁊ dirigat gressus suos. Itez ad Gotha. vij. nec qđ volo hoc facio ⁊c. put in supioribus probatū est. Respondeā ꝙ quibusdaꝝ catholicis vīa fuit nimis dura positio Augustini cōtra pelagianos: sz ꝙ nullus de se potest vitare malū nec implere diuina precepta ꝓpter authoritates superius inductas ⁊ ꝓpter illa inconuenientia que videt̄ tur sequi ex positiōe Augustini. Ideo dixerūt ꝙ Augustin⁹ in predictis libris cōtra pelagianos nō locutus est limitate nec determinate de ista materia immo locut⁹ est figuratiue ⁊ excessiue ad modū volentis rectificare lignū tortuosum: q̄ curuat ipsum ad aliā partē vltra modū: vt deducat ipm ad medium ita ergo vt dicunt fecit Augusti. nam vt reduceret pelagianos ad rectitudinem veritatis: eo ꝙ totaliter negabant gratiā: ideo excedebat modum in loquendo. Itē dicunt illi ꝙ ibi Aug. nō est locut⁹ nisi de gratia gratificante ⁊ meritoria. Et sic bene concedunt ꝙ nemo potest implere diuina pcepta nec agere bonum meritorie sine gratia gratū faciente: sed cum hoc stat ꝙ quis ex solo influxu generali diuino absq; aliqua gratia speciali possit vitare petā ⁊ facere bona naturaliter ⁊ consequi virtutes morales per frequentatos actus licet nō meritorie.

℟ Sed in veritate si bene volum⁹ inspicere fundamenta Augustini contra pelagianos ⁊ maxie in libro de perfectione iustitie hois ⁊ de natura et de gra ⁊ Julianuꝫ ⁊ in ceteris videbim⁹ manifeste ꝙ Augustin⁹ loquitur limitate ⁊ ferioſe ⁊ nō excessiue: sed recte attentis fundamentis ei⁹ vt ꝓbatum est in q̄rta ⁊ quinta ꝯclusione ⁊ ex fundamēto apostoli ad Roma. vij. cui valde concordat positio Aristotel. iij. de aīa ⁊. vij. Ethicoꝝ quomodo aliter operamur: q̄ ratio ⁊ oscientia dictat vt in superioꝛib⁹ visum est: nec est dicendū ꝙ Augustin⁹ loquat̄ precise de sola gra gratificāte ⁊ meritoria immo loquit̄ etiā de ista gra auxiliatiua volūtat̄ q̄ fm ipm q̄q; precedit ⁊ prevenit caritatem ⁊ gratiam gratificā ⁊ quandoq; subsequit̄ ⁊ comitatur ipsam: ⁊ non solus est in viris iustis: sed etiam peccatoribus: siue quā nō posset vitare aliqua peccata nec resistere alicui tentationi: nec posset velle aliqđ bonum ꝓpter naturā corruptā: ⁊ hoc manifeste probat Augusti. iij. lib. de libero arbitrio dicēs. Illa est el pcti pena iustissima: vt amittat quisq; qua bene vti noluit potestatē. Itē ibidē homo igitur cū potuisset sine difficultate oīa mādata dei adimplere: nolens bene vti ista potestate perdidit eā: vt etiā volens non possit mandata dei adimplere. Item ibidē. Inflictū ē homini ꝓpter pctm: vt nō videat qđ recte sit faciēduꝫ Et si videt: ⁊ velit facere hoc nō possit implere. Itē ibidē Nec tibi ꝙputat̄ ad culpā ꝙ vulnerata membra nō colligis: sz qz volentē sanare contēnis. Ex supra dictis verbis Augusti. pz ꝙ homo ante lapsum et in sua natura integra ex libera potestate poterat vitare ossie malū et facere bonū ex solis bonis naturalibus sibi inditis. s. ex modo: ordine libero imperio quod habebat supra sensualitatē. Sz post lapsū natura corrupta ⁊ diminuta ⁊ libero arbitrio claudicato: iam nō potest ex viribus naturevitare peccatū nec facere bonū: nisi iuuetur ꝓ gratiaꝫ singularitā nature: eo ꝙ natura. s. vires naturales fuerūt expoliate modo ⁊ ordine ⁊ habitus concreatis: tā in appetitu sensitiuo q̄ intellectiuo. q̄bus libere ⁊ expedite poterant operari absq; obice intrinseco. vñ iz alia hois non perdiderit suas naturales potētias per peccatum que sunt potentie vegetatiue ⁊ sensitiue ⁊ intellectiue: nec ꝓdiderit naturales opatiōes earū: qz sensitiue p̄nt sentire naturaliter sua obiecta ⁊ appetit⁹ tā sensitiu⁹ q̄ intellectiuus p̄t appetere ⁊ nō appetere ⁊ voluntas de se p̄t velle et non velle: sed qz iste potētie perdiderūt modum et ordinē: qz tam irascibilis q̄ cōcupiscibilis pdidit habitus morales concreatos quibus recte ⁊ recta appetebat. Et volūtas pdidit originalē iusticiaꝫ q̄ recte ⁊ iuste volebat ⁊ nō valebat: ⁊ perdidit ordinē ⁊ imperiū qđ habebat supra sensualitatē: ideo licet maneat libera in volendo ⁊ non volendo: tamē non manet libera in recte volendo vel nō recte volēdo.

Et licet q̄q; recte velit. tamē nō paret ipsi sensualitas rebellis ⁊ sanciata: et ipsa volūtas non solum fuit expoliata illa originali iusticia qua recte volebat ⁊ ordine quo diuine voluntati cōformabatur: ⁊ obediebat: ⁊ sensualitati ꝓpabat: sed etiaꝫ fuit taliter ad sensualitatē conuersa amore naturali et ꝓ immoderatā cōplacentiā. Et iō volūtas non cōcurrit ad peccādū coacta sed allecta ꝓ sensualitateꝫ inquantū ipsi ex amore cōsentit ⁊ ei⁹ inordinato appetui vult satisfacere: ⁊ sic liberū arbitriū nō dicit coactiū: qz volēs trahitur ꝓut dictū est in sexta conclusiōe scōi articuli. Et per hoc patz rōnsio ad obiecta. nā volūtas semp manet libera in sua actiōe naturali. s. volēdo vel nolēdo: sz nō manet recta in recte volēdo: eo ꝙ pdidit modū ⁊ ordinē q̄ añ lapsum fuerat inditus nature siue viribus naturalib⁹. Et ideo homo est dominus suorum actuum primoriuꝫ ipsius voluntatis. sed non actuū rectorum ⁊ iustorum ꝓpter defectum modi ⁊ ordinis: ⁊ ideo omnes auctoritates ꝓius inducte. s. ꝙ deus ab initio constituit hominem: et reliquit ipsum in manu consilij sui ⁊c. Omnes ille auctoritates tenent verum ⁊ sunt intelligende de homine ante lapsum i sua integra natura. Sed omnes auctoritates apostoli et Augustini ducte in contrarium tenēt verum de natura corrupta post lapsum in qua voluntas nostra sic expoliata nō potest vitare peccatum nec resistere malo nec per consequens implere diuina precepta nisi fuerit supno auxilio adiuta ⁊ roborata.

℣ Ad aliud autem quando dicitur ꝙ philosophi gentiū consecuti sunt virtutes morales absq; gratia xp̄i ⁊c. iam respondit Augustin⁹ ꝙ illi philosophi ⁊ romani nunq; habuerūt veras sed fictas morales virtutes inquantum vna passio vincebat aliā in eis: nam cupio laudis et dominandi vincebat in eis quādoq; luxuriam aut auariciam ⁊ cetera vicia aut passiones vt estimarentur ⁊ honorarentur apō vulgus vt dictum est in vndecima conclusiōe. Item etiam bona que faciebant non faciebāt siue gratia

dei ꝓpter cōseruationē reipublice. vt ille populus duraret vsq; aduentum xp̄i vt ibidem dictum est. Item leges feruntur ⁊ assignant pene in eis vt vna passio vitet aliam. s. vt metus penarū vincat ⁊ ꝓhibeat audatiam male agēdi ⁊ cohibeat alias passiones impellētes ad malū vt inquit Aug. ⁊ Isidor⁹: quia leges ideo cōdite sunt vt earū metu humana cohibeāt audacia. Et sic homines nō virāt mala publice virtut⁊ amore: sz formidine pene: vt ꝯtra Horatius ⁊ Augustin⁹. ℟ Ad aliud quando dicitur ꝙ nemo obligaretur ad seruanda diuina precepta: eo ꝙ ad impossibile nemo obligat ⁊c. Respondet augustinus cōtra Julianū ⁊ vt dictū est super psalmo. cxviij. ꝙ quandoq; quis obligat ad sibi impossibile quando ipse vel sui perpetrarunt malū. sicut homicida obligatur ad restituendū quem occidit: et fur restituere furtū qđ iam dissipauit. Itē iz vitare peccatum sit impossibile homini ex ei⁹ viribus: tamen est possibile cū auxilio gratie: ideo petat gratiā cuꝫ perseuerantia. qz oportet semp orare. Luc. xviij. iō dicit Augustinus cōtra Donatum: ꝙ de⁹ nō solum damnat peccatores ꝙ peccant: sz quia nō cucurrit ad medicum. Item libro de libero arbitrio. Nō tibi imputatur ad culpā: q̄ vulnerata membra nō colligis: sed quia volētem sanare contēnis. Sed quod magis videtur militare cōtra positiones Augusti. est illa auctoritas Gen. iiij. vbi dicit dñs ad Caym. Quare irat⁹ es ⁊ cur cōcidit facies tua: nonne si bene egeris recipies: sinante male statim in foribus peccatum tuū aderit. Sed sub te erit appetitus ei⁹ et tu dominaberis illi? Ex supradictis verbis dominī videt̄ ꝙ adhuc post lapsuꝫ voluntas habet liberū imperiū ⁊ dominium supra appetitū ⁊ supra sensualitatem ⁊ ꝙ oēs per se potest vitare peccatum et facere bonū absq; alia gra. Ad hoc respondet ꝙ volūtateꝫ subijcere sensualitatem ⁊ ipsi dñari: pōt intelligi dupliciter. Uno modo ex ꝓprijs viribus sic expoliata habitu originale iusticie ⁊ vulnera. Alio modo ꝓut ē adiuta gra auxiliatiua liberi arbitrij. ꝓmo modo est impossibile fm Augustinum ꝓpter corruptionē ⁊ rebellionē carnis et claudicationem liberi arbitrij: qz perdidit liberū imperiū ad recte volendum ⁊ fuit volūtas vulnerata amore inordinato erga sensualitatē. vt dictum est. Sed scōo modo ipa volūtas adiuta per gratiā potest dominari sensualitati et cuilibet tentationi. Et isto modo sunt intelligēda ꝑba dñi ad Caim. q. d. si tuus petere gratiā sicut frater tuus Abel: tunc adiutus tali gratia subijcies appetitus ⁊ dñaberis illis: qz finisses aduersus ꝓ gratiam. ⁊ victus ira ⁊ odiū qđ cōcepisti contra fratrē tuum. Et hec videtur esse intētio Augustini cōtra pelagianos. Uerumtñ quicquid sit semp dicta in hac q̄stiōe ⁊ ceteris locis ꝓ meritolo subtiliā tur determinationi ⁊ correctioni ecclesie catholice.

℣ Itē dubitatur ꝓpter illud quod frequenter dr in hac questione. s. ꝙ homo ꝓpter peccatum pdidit modum ⁊ ordinem ⁊ finem. Nam idem Augustinus dicit ꝙ species mod⁹ ⁊ ordo manēt i vnaquaq; creatura tanq; vestigiū creatricis trinitat⁊: ergo homo nō perdidit modū ⁊ ordinē per pctm. Ad hoc respōdetur ꝙ species modus ⁊ ordo dupliciter sumūtur in hoie: vno modo ꝓ respectu ad deū et vniuersum et ad modum sui esse. ⁊ sic idem est quod numerus: pondus ⁊: mensura. ⁊ sic ola fecit de⁹ sub certo numero specie: qz species sunt sicut numeri ⁊ sub certo pōdere ⁊ modo: qz in certo locos vniuersi collocauit ⁊ sub certa mēsura ⁊ ordine procedunt a deo fm gradū pfectiōis. Et isto modo species modus ⁊ ordo respiciūt esse ⁊ essentiā rei. Scōo autē modo species modus et ordo respiciunt operatiōes ⁊ finē: et isto modo sequunt formam: et sic vires et potentie ale dñr bona naturalia speciei quib⁹ ala immediate opatur. Et habitus ⁊ dispositiōes dñr modi potentiaꝝ quibus potentie bene ⁊ expedite operantur Et subalternatio inferiaꝝ potentiarū ad superiores in operando dicit̄ rectus et debitus ordo: ⁊ ista dñr bona naturalia. Tā sicut vires dñr bona ale: ita habit⁹ ⁊ dispositiōes dicunt bona potētiaꝝ. Et rect⁹ ordo dicit̄ bonum operationiꝫ ⁊ potentiaꝝ ⁊ habituum. Et isto scōo modo dicimus ꝙ licet homo per peccatum non perdiderit bona speciei. s. vires ⁊ potentias tamen perdidit bona modi ⁊ ordinis: qz vires fuerit expoliare ⁊ vulnerare: ⁊ volūtas pdidit liberum imperiū supra sensualitatem nisi iuuetur per gratiā eo modo quo dictum est. Et ideo oportet semp orare ⁊ non deficere et currere in odorem vnguentoꝝ xp̄i: vt sanemur. ℟ Ex solutione supradictoꝝ quattuoꝛ dubioꝝ resultāt quattuoꝛ conclusiōes. quaꝝ prima est: ꝙ licet ꝑ baptismū nō tollantur penalitates nec miserie corporales de pēna: tamen baptismus cōfert meritū baptizato vt possit resurgere in corpus gloriosum in nouissimo die. Et sic iz baptizat⁹ nō resurgat ⁊ liberet ab illis penalitatib⁹ in actu: tamen iam resurgit et liberat in merito. Scōa cōclusio ꝙ ꝓpter malus bonū nostrū relicte sunt nobis penalitates i carne post baptismū sz ad pugnā ꝓ maiori corona adipiscenda ⁊ ne rollatur meritū fidei ⁊ spei: ⁊ vt reparetur ruina angeloꝝ per hoies. Tertia conclusio ꝙ licet baptizatus recipiat habitū fidei ⁊ spei ⁊ charitatis per baptismū ad soluendum ab omni debito: tamen non potest ꝑ illos habit⁹ operari nisi excitetur per habitus acquisitos ⁊ adiuuetur per gratiam auxiliatiuam liberi arbitrij tpe discretionis. Quarta conclusio licet homo ex ꝓprijs viribus nō possit implere diuina pcepta nisi adiuuetur ꝑ gratiam xp̄i: obligatur tamen semp ad obseruandū diuina pcepta. Et sic obligatur ad ipsi impossibile: quia de⁹ semp exigit ab hoie bonos habitus quos Adam pdidit per culpā ⁊ exigit operatiōes eoꝝ. et ideo oportet semper orare ⁊ petere gratiam ꝑ quaꝫ homo possit adiuuari ad cōplendum diuina precepta per gratiā ⁊ que non potest implere per naturam sanciatam.

℟ Ex supradictis oibus patēt ⁊ manifestant nobis quinq; diuersi status hois successiue. quoꝝ primus fuit status innocētie ante lapsum i quo hō fuit in sua integra natura ꝯstitut⁹ cū oibus bonis hūane nature ꝓportionatis. s. cū modo ⁊ ordine in sua natura ꝑ q̄ bona poterat ex ꝓprijs viribus modificatis ⁊ ordinatis vitare oē pctm ⁊ implere diuina pcepta: ⁊ sic merebat de pēna illā naturalē beatitudinē possidere i illa celestri patria: sub illo fauorabili hemisperio australi: ⁊ sic poterat nō mori nec pati miseriā. Sz vltra hoc ꝑ gratiam gratificā sibi supra facultatē nature largiā merebat̄ post longā vitam tpalē absq; morte trāsferri in vitam meliorē celes-

stem ⁊ eternã felicitatẽ. Scõs status hois fuit post lapsum in quo statu postq̃ hõ pdidit locũ ⁊ situ illius paradisi: pdidit lignũ vite nõ põt nõ mori nec infirmari: immo hz necessitatẽ moriẽdi ⁊ infirmitates ⁊ innũeras miserias patiendi. et q; perdiderũt modũ ⁊ ordinẽ vires naturales. Jdeo nõ potest vitare peccatũ nec implere divina p̃cepta absq; supernaturali auxilio divine gratie nature superaddito in supplemẽtum bonorũ perditorũ. Et sic Adam cũ tota sua posteritate mansit ira ⁊ odio dei obligatus ad penam eternã sensus vel dãn: et per consequens fuit p̃natus illa gratia gratifica quo potuerat transferri in vitã meliorẽ. Sed homo in isto secũdo statu per gratiã fidei xp̃i futuri poterat vitare petã ⁊ implere divina p̃cepta ⁊ merebatur redemi per xp̃m in suo aduentu: vt patet de Adam ⁊ Abel ⁊ Enos ⁊ Noe ⁊ Abraã ⁊ ceteris patriarchis ⁊ prophetis ⁊ fidelibus veteris testamẽti qui cũ pro testatione fidei xp̃i futuri nõ solum expiabant peccata: sed etiam merebantur redemi per christum in suo aduẽtu ⁊ participare passionẽ eius. et ideo qui sub tali p̃testatione offerebãt oblationes ⁊ sacrificia ⁊ recipiebãt aliqua sacramenta in signum federis ⁊ in figura xp̃i: hinc est q̃ meruerũt participare passiones xp̃i ⁊ recipere nobiscum rep̃missiones Tertius status hominis est post aduẽtũ christi in qua omnes homines mũdi possunt participare passionem xp̃i per baptismũ christi ⁊ cetera sacramenta: per quẽ baptismũ datur gratia gratifica in actu et fides ⁊ spes ⁊ charitas in habitu q̃ quidem gratia baptismalis tollit oẽ debitũ ⁊ omne peccatũ ex anima vt non insit nec imputetur homini ad penã eternã: ⁊ tollit ex carne cõcupiscentiam non vt non insit: q; ibi manet in habitu: sed vt nõ imputet̃ ale ad peccatũ per eius consortium: vnde ille fomes et concupiscẽtia que manet in carne post baptismum non imputatur homini nec anime ad peccatũ per solum habitum: sed reputatur ad peccatũ p actum cum cõsensu scz quãdo voluntas consentit actibus cõcupiscẽtie. Jtem gratia baptismalis vltra hoc q̃ tollit oẽ debitum ⁊ peccatũ: confert duplex meritũ: primo quia talem gratiã homo meretur vitã eternam post istam mortẽ corporalẽ. Secũdo meretur gloriosam resurrectionẽ in nouissimo die. Jtem homo in isto tertio statu constitutus licz ex ꝓpriis viribus non possit vitare peccatũ nec implere divina p̃cepta, ꝓpter corruptionẽ ⁊ cõcupiscentiã manẽtem in carne ⁊ impedientem habitus theologicos in suis opationibus: tamen per gratiã auxiliatiuã et actualem postulatã et largitã potest vitare oñe peccatũ ne admittat ⁊ cõsentiat voluntas tentationibus: ⁊ si homo est in petõ potest per talẽ gratiam disponi ad penitentiã ⁊ gratiam gratificam. Quartus status hois est post mortẽ corporalem in quo si discedit ab hoc seculo cũ gratia ⁊ charitate licet corpus resoluatur in terrã: tamen anima fruitur in celo visione divine essentie cũ certa ⁊ firma spe recuperandi corpus gloriosum in nouissimo die. vt ait. Augustinus. xij. sup Gen. ⁊ magister. iiij. sententiarũ di. xlj. Quintus ⁊ vltim⁹ status hominis erit post secũdam regenerationẽ ⁊ resurrectionẽ q̃ quã auferetur ab hoc oẽ lachrymа et miseria corporalis. Et sic erit homo in vltima sui ꝓfectione ⁊ sufficienti reparatione ⁊ pfecta beatitudine corꝑis et anime: q; possidebit gloriam vtriusq; ſ. corꝑis et aĩe: et totus homo fruetur toto xp̃o: nam p oculos glorificatos corꝑis videbit humanitatẽ xp̃i: ⁊ p patrem essentie: ⁊ sic erit pfecte btus. Ex quo patet magna differẽtia inter istam sedam regenerationẽ factam per resurrectionẽ: ⁊ primam factam p baptismum ⁊ penitentiã que tantũ purgabat animam a peccato et absoluebat ab omni debito cõtracto sed nõ contrahẽdo: ⁊ cõferebat gr̃am gratificã meritoriã vite eterne ⁊ future resurrectiõis vt dictum est: sed non tollebat nec auferebat causas pcti futuri quia non tollebat corruptionem nec morbum cõcupiscentie ex carne: nec recuperabat iusticiã originalẽ cum ceteris omnibus bonis pditis in Adam. Sed ista secunda regeneratio et finalis resurrectio nõ solum beatificabit animã sed etiam corꝑ⁹ ⁊ totum hominem: nec solum absoluet iustos ab offi debito sed etiam tollet et auferet omnẽ causam peccati ⁊ miserie ex anima et corꝑe: et recuperabit omnia bona corꝑis et aĩe que perdidimus in Adam: immo adipiscemur oĩa bona glorie corꝑis ⁊ anime cum securitate ⁊ sacietate. et tunc erimus perfecte beati in vltima pfectione. Ex quibus oĩbus patet qualiter xp̃s fuit pfectus ⁊ sufficiens redemptor ⁊ reparator humane nature: ⁊ metrũ ⁊ mensura ⁊ fons omnium bonorum nature et gratie et glorie. ¶ Sed nũc restat respõdere ad argumẽta in principio totius questionis inducta ad primũ ergo patz responsio p secũdam conclusionem positã in tertio articulo: q; oĩs fideles veteris testamenti erãt mẽbra xp̃i per fidem: ⁊ iam per legem sacrificiorum et oblationũ ⁊ ceterorũ cerimonialiũ currebãt in odorem vnguentorũ xp̃i: et p ꝯs iam opabant p gr̃am xp̃i. Ad scõm autẽ patet responsio per tertiã cõclusionem tertii articuli: quia licet philosophi gentiles nõ haberẽt fidem xp̃i. Tamẽ nõ opabãtur aliquod bonũ nec cohibebant vitia sine gratia xp̃i, phibitiua malorũ ne periret genus humanũ sed perseueraret vsq; ad aduentum xp̃i: et reciperet fidem eius. Et hoc idẽ est dicẽdũ de sarracenis: vt sibi dictũ est. ¶ Ex dictis etiã in secũdo articulo soluunt̃ tres primi perplexus positi in ꝓmo articulo. Nam quia primi parentes fuerũt creati cum quattuor bonis nature immortales ⁊ liberi ab omni miseria ⁊ cũ copia oĩm bonorũ naturaliũ in illa paradiso delitiarũ. Sed quia ꝓpter peccatum fuerunt p̃nati ⁊ expoliati illo felici statu: ideo oẽs homines desiderãt naturaliter illum statum: quia ꝓnatio est causa appetitus. Jtem quia homo nõ solũ fuit expoliatus bonis nature modi ⁊ ordinis ⁊ finis: sz etiã fuit sauciatus in oĩb⁹ potẽtiis: ideo agit ꝺtra id quod conscientia: scientia ⁊ ratio dictat. et sic soluitur secundus ⁊ tertius pplexus. Quart⁹ autẽ perplex⁹ putã q̃ scandalizan̄t ⁊ mirãtur simplices xp̃iani quando vident hoies sanctificos ⁊ in sacra scriptura vtriusq; tes̃ta. peritos: operãtes ꝺ id qõ dicũt ⁊ p̃dicant iste pplexus solvit̃ p hoc q; gr̃a sermonũ ⁊ scientie acq̃site ꝛc. Non sunt gr̃e gratificẽ sz gratis date aliquib⁹ ab vtilitatẽ corꝑis mystici: ideo gratie dãtur etiã malis q̃ quidem gr̃e q; nõ tollũt morbum ⁊ cõcupiscentiaz carnis: ideo est semꝑ necessaria gratia

auxiliativa liberi arbitrij ad vitãda petã ⁊ implẽda p̃cepta quã gr̃am cõtemnũt petere vt plurimum inflati de sua scientia ⁊ viribus p̃sumẽtes. ⁊ ideo confundunt̃ in operationibus suis. Alij autem cũt q̃ causa quare multi viri periti ⁊ mali pla[illegible] eunt vitã prauam: est defectus fidei: et p co[illegible] charitatis: nam licet predicẽt legem eu[illegible] subtilissimis disputationib⁹ reddan[illegible] bus diuinis ⁊ nouerit canonica in[illegible] ter credunt articulis fidei: illõ f[illegible] bis cõficentur. Ex sic cõmitt[illegible] licita cõtra legem dei ⁊ s[illegible] quo patz q̃ nõ habẽt fi[illegible] nem de his que dicũ[illegible] cõtinente. Quic[illegible] defectu gratie m[illegible]

4/8 + Ordang de
abonno